G. M. D. LUDOLF
SIMPHOREMA
CONSULTAT.
ET
DECIS FORENS
TOM. III.

2° jur.
257/3

Jus, čiv. Arch 2547.

Stat
Pe

GEORGII MELCHIORIS DE LUDOLF,

ARCHI-DICASTERII IMPERIALIS CAMERÆ ADSESSORIS,

comparavit SYMPHOREMA P. Fabio

CONSULTATIONUM

Waldmannstetts

TIONUM

Minorita Patisk

ET

DECISIONUM FORENSIUM.

TOMUS TERTIUS.

SYMPHORIMA

CONSULTA

MUSICUM

DE

MUSICO

CLASSICO.

TOMUS TERTIUS.

SYMPHOREMATIS CONSULTATIONUM ET DECISIONUM FORENSIUM

VOLUMEN TERTIUM,

IN QUIBUS

CAUSARUM PLURIUM ILLUSTRIUM ALIARUMQUE INSIGNIUM HISTORIA RECENSETUR, ADDITIS SCHEMATIBUS GENEALOGICIS, CUM DEDUCTIONE ET DECISIONE JURIDICA, OBSERVATIONIBUS ALIQUOT, ET SENTENTIIS RECENTIORIBUS.

ACCESSERE

DOCUMENTA QUÆDAM AD JUS PUBLICUM ET FAMILIARUM ILLUSTRIUM FACIENTIA IN PRÆFATIONE COMMEMORATA.

NEC NON

SPECIMINA ALIQUOT CANDIDATORUM ASSESSORATUS.

OPUS

DOCTRINA VARIA JURIS TUM PUBLICI TUM PRIVATI, TUM ET FORENSI ET HISTORICA NOTITIA INSTRUCTUM.

CUM ARGUMENTIS MATERIARUM,

PRÆFATIONE ET INDICIBUS NECESSARIIS,

EDITUM

STUDIO ET CURA

GEORGII MELCHIORIS DE LUDOLF,

ARCHI-DICASTERII IMPERIALIS CAMERÆ ADSESSORIS.

FRANCOFURTI AD MOENUM,

APUD JOAN. BENJAM. ANDREÆ ET HENRIC. HORT.

ANNO MDCCXXXIX.

SYMPHORIANI CAMPEGII CONSULTATIONUM MEDICINALIUM LIBRI DUO

Hero Froelich. Fl. Carol
C/B gum.

Staatl. Bibliothek
Regensburg

PRÆFATIO.

FOrenſium cauſarum in Judiciis, cum primis Superioribus Imperii, multitudinem eſſe infinitam, quotidie ſuccreſcentem, nemini in foro verſato ignotum eſſe poteſt, quamvis de cauſis tantæ multitudinis non omnibus eadem ſit ſententia. Nimirum, præter actionum & negotiorum humanorum imperfectionem, cum impoſſibile fere ſit, ut caſus futuri omnes ea, qua opus foret, cautelâ prævideantur aut excogitentur: tum vero animorum inter homines plurimos ad lites ferendas, ſuſcipiendas proſequendasque inclinationem, habendi & acquirendi deſiderium: cauſas obſervamus alias plures. Inter eas non infimam eſſe puto, Juris & conſuetudinum in diverſis Imperii Germanici Regionibus, quarum quælibet ſuis moribus regitur, diverſitatem, non tantum in

ipſo juris objecto, ſed etiam in modo perſequendi, ſive proceſſus judiciarii forma. Quantus exinde oriatur in adplicatione juris ad factum inter litigantes diſſenſus, facile eſt intellectu, accedentibus etiam ſtudiis cauſas poſtulantium, quorum numerus ubique eſt ſuperfluus, ita ut quam plurimi ſpe forte nimia ducti Epilogi *Novellæ* Juſtiniani Imperatoris *primæ*, ex litibus ſuſtentationem quærant.

Mirandum proinde non eſt, tantam exiſtere etiam multitudinem Deciſionum, Definitionum, Reſolutionum, Conſultationum, Concluſionum, Diſceptationum, Obſervationum, per diverſos Jure-Conſultos in variis Europæ Regnis & Germaniæ Provinciis atque Dicaſteriis editarum, quarum differentia eſt notabilis, prout cujuslibet Auctoris fuit inſtitutum, acumen judicii & rerum experientia.

De ſingulis agere hoc loco non eſt conſilium noſtrum, dicam ſaltem & generaliter de quibusdam. Sunt ex illis, quibus edere in publicum placuit Reſponſa, ad quæſtiones ipſis propoſitas, elaborata. Horum, in decidendis per judicem cauſis iisdem, tanta habetur ratio, quanta cum diligentia, rationum vi, & absque ſtudio peculiari erga petentes, elaborata dignoſcuntur. Neque enim eo vivimus tempore, quo, ut olim, a Reſponſis Juris-Conſultorum recedere non liceat juxta §. 5. *Inſt. de I.N.G. & Civil. L.* 2. §. 1. *de Origin. Jur.* Reſponſorum itaque Volumina de cauſis non amplius decidendis, ſed præteritis, utilia eſſe poſſunt magis ad doctrinam juridicam vel ad hiſtoriam, quam ad exemplum, ſive, ut vocant, præjudicium. Alii controverſias forte natas ampliſſimis argumentis tractarunt, & exemplis rerum judicatarum, quilibet in foro ſuo vel vicino, illuſtrarunt. Ex his præſtantiſſimi ſunt: ex Germanis *Matthias Berlichius*, *Hartmannus Piſtoris*: inter exteros *Antonius Merenda*, *Franciſcus An-*

Andreolus, *Cyriacus Niger*, *Cancerius*, & qui primo loco nominandus erat, *Didacus Covarruvias*, cum Commentario *Fariæ*. Disceptationum titulus placuit *Stephano Gratiano* & aliis. Discursuum vocabulo usus est *Cardinalis de Luca*, *in Theatro Veritatis & Justitiæ*. Et hæc quidem opera aliaque similia usui esse possunt in dijudicandis causis, si quæstio aliqua solide reperitur enucleata, non tam vi auctoritatis quam rationum. Decisionum opera Jure-Consultorum & Dicasteriorum celebrium magnæ utilitatis semper fuere. Neque tamen existimandum, præjudicia decisarum causarum sequenda esse absque ulteriore inquisitione: hoc enim qui fecerit, vereor, ne graviter possit falli, cum, ut casus alter alteri sit per omnia similis, accidat perraro. Etsi etiam perfecta sit similitudo, non erit judicis prudentis rationem petere a solo exemplo. Porro non recte concluderetur ex eo, quod in hoc illove Judicio, secundum consuetudinem ibi receptam, aliquid fuit decisum, hoc etiam alibi esse observandum.

Celeberrimæ *Decisiones Mevianæ* palmam jam dudum obtinuerunt, cumprimis quod Judicium supremum Wismariense, cujus *Mevius* suo tempore fuit Præses, per legem Imperii ad formam Judicii Imperialis Cameræ fuerit constitutum, ipsæque Decisiones studio & diligentia haud vulgari elaboratæ.

Andreas Gailius & *Joachimus Mynsingerus*, in Augusto Judicio Imperiali Cameræ quondam Senatores, Observationibus editis laudem non perituram meruerunt, cum ex iis non solum fundamenta Praxeos Forensis generalis, sed etiam hujus Judicii fuerint tradita. Et quoniam per leges nostras a recepto veteri stylo, si cætera sint paria, temere recedendum non sit, non erraturum puto, qui ad eos, tanquam veræ praxeos Judiciariæ duces, respexerit.

Non

Non longe ſecus ſentio de Deciſionibus *Mevii*, cum in iis, præter multitudinem caſuum Forenſium, omnia curate ſint elaborata; & diſtincta. Scio equidem ipſum *Mevium* interdum videri ſibi contrarium, adeo ut conciliationi operam dederint laudabilem *Scharnhorſtius* & *Zaunſchlifferus* JCti; neque tamen *Mevius*, vel quisquis aliorum Jureconſultorum, ita pro Magiſtro eſt habendus, ut, ſi negotii factique circumſtantiæ vel juris ratio aliud ſuaſerint, ab eorum ſententia recedere non liceat. Laudandum interim eſt Conſilium omnium, qui hucusque forenſibus negotiis eam, quam habemus, lucem addiderunt.

Uſum atque abuſum iſtiusmodi ſcriptorum obſervamus varium: Ille eſt, ſi edantur ſingularia nondum propoſita, vel in memoriam revocentur non ſatis obſervata, atque debite applicentur. Qui omnia promiſcue ediderit, ſi inter eos numeretur, qui ex nominis titulo Libris inſcripto gloriolam quærunt, patienter ferre debet. Operibus etiam eximiis aliter utuntur, qui praxin Judiciariam vix ſunt ingreſſi, aliter, qui in rebus forenſibus ſunt exercitati. Illi ad defendendam ſententiam, quam ſumſerunt ſibi, arripiunt quæcunque promiſcue, perperam ſæpius & imperite: Hi vero, circumſtantiis recte expenſis, mente Auctoris probe conſiderata, adhibitoque debito judicio.

Non inutilem mea opinione facient operam, qui, ad Judicium Practicum formandum ſibi, uterentur inter alia ſcriptis veteris JCti *Nicolai Vigelii*; hic enim in *Methodo Juris Civilis & Methodo Juris Controverſi*, cæterisque opuſculis minoribus, (licet forte diſpoſitio adhibita ipſi ſit peculiaris, neque imitanda) * rectam oſtendit viam, hodie per recen-

* De *Vigelio* ejusque ſcriptis vide *Morhoſium in Polyhiſtore Tom. III. Sect. V. pag.* 577. Editionis Lubecenſis, *An.* 1732. & Scriptum perſonati Auctoris, *Ricciardi de Antiquis, de Uſu Juris Feudalis Longobardici.* §. 3.

recentiores JCtos in uſum deductam, & ulterius illuſtratam, cauſarum decidendarum, adeo ut qui eam methodum familiarem ſibi reddiderit, maturumque attulerit judicium, ſcriptis aliis de modo referendi acta, ad quem laborem multi accedere volunt imparati, opus vix habeat.

Ea in methodo deſcribenda (quod generali quidem modo, ſed non univerſali fieri poſſe exiſtimo) unusquisque ſuo utitur ſenſu, cum tamen idem non ſit modus referendi in Judiciis omnibus, neque etiam in Collegiis Academicis. Proinde inſigniter falleretur, qui modum acta judicialia tractandi in uno alterove Judicio vel Collegio, transferre vellet ad aliud. In Imperiali Camera modus eſt legibus præſcriptus, eum qui obſervaverit, atque redigendo Acta in compendium judicium adhibuerit, bene functus erit officio ſuo: non ita, qui ſolo arbitrio proprio fuerit uſus. Non credimus in Senatu Camerali Referentis recenſioni, niſi ex ipſis Actis & Documentis narrationi ſuæ fecerit fidem,

Dicendum jam eſt de inſtituto noſtrarum Conſultationum, præſentisque Tomi tertii. Et ea quidem, quæ in Præfatione Tomi primi expoſui, ad unumquemque Tomum repetita eſſe vellem a Lectoribus: Conſilium fuit nobis exhibere in unaquaque Conſultatione controverſiæ cujusvis terminos, una cum deciſione Senatus, addito uno alterove Voto. Quandoquidem vero Referentis periti cujusvis ſtudium ſolet eſſe, ut recenſitis per compendium iis, quæ in actis fuerunt propoſita, ſuum addat confirmetque judicio practico votum; Male tamen uteretur aſſertis in voto, qui exiſtimaverit fuiſſe ubique easdem numero rationes decidendi Senatus, quas adduxit in voto Referens. Singulorum Senatorum vota in præſente noſtro opere, ſicut in præcedentibus Symphorematis Voluminibus non comprehenduntur, potuerunt itaque plures, quod accidit ſæpius,

conſentire ad eandem ſententiam, licet non ex omnibus argumentis, quæ in medium protulit Referens. Hic error notandus erat, cum animadverterim fuiſſe, qui ex Conſultatione aliqua pro fundando remedio Reſtitutionis in integrum, cauſam arripuerit veluti novam, quod ex iſto loco demum didiciſſet rationem decidendi Sententiæ præcedentis, adverſus quam petebatur Reſtitutio. Cum tamen votorum reliquorum Senatus, ſecundum quæ ſententia fuit concluſa, eſſet ignorantiſſimus, neque etiam ipſa Acta eſſet perſcrutatus, in quibus aſſertum Referentis ex ipſa confeſſione partis erat adhibitum.

In præſente Tomo continentur Conſultationes XXVI. pleræque in cauſis illuſtribus, cum neceſſariis Documentis & Schematiſmis Genealogicis, quorum ſummam intelliget Lector ex præmiſſo Indice Generali. Sunt autem cauſæ hæ omnes per Sententias deciſæ, atque Executione facta, vel Transactione ad finem perductæ, vel, ubi ſtatus rerum ante ſententiam mutationem ſubiit, memoriæ & doctrinæ gratia Symphoremati inſertæ. Non omnes Conſultationes me habent Auctorem, quod deprehendet facile Lector. Comprehendi enim quasdam ab aliorum Dominorum Aſſeſſorum ſtudio profectas, ipſis non invitis. Plures cur non ediderim etiam ex meis, indicavi in Principio *Obſervationum* ultimæ Conſultationi ſubjectarum. Quas, pro complemento, ſequitur Faſciculus Sententiarum notabilium, quæ in aliis Collectionibus noſtris non reperiuntur.

Et hucusque pertingit hujus Tomi pars prima.

Alteram partem, quemadmodum in prioribus Tomis placuiſſe Lectoribus obſervavi, comprehenſis variis Documentis ad Jus Publicum & Familiarum illuſtrium facientibus inſtruere conſtitueram. Potuiſſem quidem ex permagna copia apud me extante etiam huic Tomo inſerere plura; ratio tamen habenda fuit inſtituti & foliorum deſtinatorum numeri, quapro-

propter tantum tria huc ſelegi, quæ propter raritatem Lectoribus non ingrata fore ſperavi.

Primum eſt Reſponſum celebris olim Juris Conſulti GOEDDEI, in cauſa *Vallendarienſi* contra Dominum Epiſcopum Trevirenſem, cum Documentis neceſſariis, quod Reſponſum Voluminibus Marpurgenſium non eſt inſertum, ſed ſeparatim in forma quarta editum, cujus typi repetitio dudum deſiderata, & non niſi per exemplum manuſcriptum ex editione prima haberi potuit. Continet autem materias inſigniores Juris publici & privati, & ob frequentem allegationem, conſilio amicorum adhibito, ſymphoremati noſtro accedere volui.

Alterum eſt Hiſtoria de Comitatu Falckenſtein trans Rhenum ſito, Documentis inſtructa, fortaſſis adhuc incognita multis.

Tertium, Pactum inter Regem Danorum & Norwegiæ & Comitem de Aldenburg jam defunctum de anno 1693.

Tertia parte continentur Specimina quædam Candidatorum Aſſeſſoratus, ob induſtriam & materiæ nobilitatem hic adjecta. Antiquiora ſpecimina ediderunt *Klockius* in Volumine Relationum, poſtea *Deckherrus* & *Thülemarius*. Ex duobus poſterioribus delectum fecit *Joannes Friedericus Hoffmannus*, Cam. Imp. Advocatus & Procurator. Nos ex recentioribus elegimus tantum *tria*. Poterant exhiberi plura, quod tamen utile hoc loco fore viſum non fuit, non, quod non extent æque digna, ſed quod ſint vel prolixiora, quam tulerat modus hujus Voluminis, vel, quod cauſæ, de quibus agunt, nondum ſint in Judicio deciſæ. Tandem, non patent cuivis omnes, & ſunt nonnullæ tali ſtilo elaboratæ, ut doctrinam quidem teſtentur Candidati, ſed tamen Lectorum omnium palato delicatiori ſatisfacere nequeant.

De utilitate totius operis judicent benevoli Lectores, sintque certi, me cum nullo in disputationem esse discessurum de thesibus & argumentis, neque enim hoc fert meum quod gessi hucusque Officium.*

Suscepisse vidi Candidatum quendam in Academia Giessensi pro gradu Doctoratus, qui nomen præscripsit suum Dissertationi *de Feudis Franconicis inprimis Herbipolensibus*, laborem adversus Consultationem octavam tomi primi, quem, cum me Antipatronum, & Antagonistam suum nominaverit satis immodeste, consideraſſe prudentius velim, & meminisse: Argumenta Consultationis ex ipsis actis in Judicio productis esse desumta, quorum fidem qui destruere voluerit, negotium ipsi fore non cum Auctore Consultationis, sed cum Dominis feudi eorumque Curiis feudalibus. Num vero ab his, vel Judiciis Imperialibus, Candidatus iste, vel qui lingua Germanica eadem repetiit argumenta,** assensum sit impetraturus, hoc ipsius curæ relinquendum erit. Stabit interim rerum in utroque supremo Imperii Judicio decisarum auctoritas. Antagonistam vel Antipatronum non egit Auctor Consultationis supra dictæ, sed functus est secundum Acta officio Judicis.

Inveniet Lector benevolus in præsenti Tomo materias Feudales, Ganerbinatus & Jurisdictionis communis inter familias nobiles: Porro de Retractu & statu immediato prædii in territorio siti: De jure Dioecesano, & Relatione Ecclesiæ matris ad filiam: Casus singulares separationis Allodii a Feudo, Fideicom-

* Utilitas librorum est varia pro diversitate Lectorum. Sunt alii libri ad hominum cujuscunque conditionis leviter studiis imbutorum usum conscripti, quorum requisita eleganter expressit *Clericus in Parrhasianis Tom. II. pag.* 108. *seq.* Aliud genus librorum est ad usum non tantum eorum, qui in certo quodam studio versantur, publicis laboribus addicti, verum etiam qui tali officio non funguntur, & tamen istiusmodi studiis operam dant privatim. Consultationes nostræ usui esse possunt utrisque ex classe posteriore, aliis Historiæ, & Genealogiarum familiarum illustrium, atque ad eas pertinentium Documentorum.

** Titulus scripti in folio editi anno 1733. est: Rechtsgegründete Vertheidigung der althergebrachten Fränckischen Lehens-Gewohnheit, vermög deren die Agnati Collaterales die Succession in denen Fränckisch- sowohl alt- als neuen Lehen, ohne Unterscheid, ob sie von dem Primo Acquirente abstammen oder nicht, auf gleichen Namen, Schild und Helm zu behaupten berechtiget sind. ꝛc.

commiſſorum, aliarumque controverſiarum notabilium. In quibus, ſi ſpectetur vel perſonarum objective dignitas, vel per varias litis ſcenas atque ambages diſtractas lites, tum vero elaborationis diligentia, ſatisfactum fore confido Lectorum deſiderio.

Hoc iterum iterumque moneo, & de opuſculis meis omnibus repetitum volo, me à vanitate jactantiæ & auctoritatis propriæ ſemper fuiſſe atque eſſe alienum, imo meliora docentem ſemper auſcultaturum ſecuturumque. Senatus univerſi auctoritatem in honore habeo, idemque ut faciant alii, Legibus noſtris eſt conſtitutum.

De Obſervationibus meis Forenſibus, Wetzlariæ quatuor partibus jam editis, hoc loco monendos eſſe Lectores putavi, eſſe in iis aliqua non per modum Theſeos juridicæ vel deciſionis, ſed notitiæ ſaltem hiſtoricæ collocata, aliqua in medio relicta. Hæc omnia diſcernere poterit facile Lector candidus. Neque enim ea, quæ ad notitiam hiſtoricam pertinent, pro theſibus meis ſunt accipienda, prout nec omnia ea, quæ Obſervatione aliqua digna eſſe exiſtimavi.

In partem primam Obſervationum poſt Obſ. CX. referre placuit Diſſertationem meam antehac ſeparatim editam de *Jurisdictione Officialium in cauſis civilibus*. Cui ſubjunxi *pag.* 383. *Narrationem hiſtoricam* argumenti non plane ejusdem, ſed tamen aliquo modo affinis. Narratio hæc Auctorem me ipſum non habet, ſed a JCto quodam Leodienſi mihi fuit transmiſſa, quod ego *pag.* 309. indicaveram. Neque continet hæc Narratio Theſes meas, ſed Auctoris Leodienſis. Miratus ergo ſum, quod in ſcripto nuper Leodii edito pro ampliatione Jurisdictionis Officialis in cauſis criminalibus * nomen meum in fronte poſitum viderim, id quod indicandum eſſe publice puta-

* Titulus Scripti eſt: Narratio hiſtorica de Jurisdictione Officiali Leodienſi per Dn. Georgium Melchiorem de Ludolf, Imperialis Judicii Aſſeſſorem poſt Obſervationes Forenſes folio 383. relata, appendicibus variisque admonitionibus ac monumentis adaucta. Leodii, absque mentione Anni impreſſionis.

vi, ne quis unquam existimet, me Narrationis illius historicæ fuisse Auctorem, vel Consultorem.

Scripto huic oppositum vidi aliud, Jurisdictionem in causis Criminalibus asserens Scabinatui Leodiensi, cum variis adjunctis Documentis.* Scripti hujus Autor cum *pag.* 49. in Notis Auctorem Dissertationis supra commemoratæ incertum esse dicit, non vidit fortasse Observationem meam CX. vel, quod ibi meipsum Dissertationis Auctorem sim professus, non meminit. Cæterum de meritis utriusque scripti totiusque controversiæ ego sententiam privatus dicendam non sumo, expectaturus an fortassis ea de re aliquid occasione nascente ad Judicium Imperiale sit perventurum.

Optarem equidem, ut, priusquam Lectores mei ad Opus aliquod a me editum accederent, placeret ipsis Præfationem perlegere, in qua consilium mearum lucubrationum aperui candide. Nisi enim id fiat, facile in errorem labi posset Lector, accipiens pro thesi mea, quam ut defenderem, nunquam venit in mentem. Multa sunt observatione digna, non tamen absque discretione sequenda.

Supereſt, ut de utilitate Collectionis sententiarum paucis dicam, in præfatione mea ad Collectionem novam, quæ prodiit anno 1715. comprehensa esse mea opinione potissima, quæ de tali studio proferri possunt. Libellus vero iste in bibliopoliis venundari desiit. Dixi in principio de diligentia Barthii, quondam Assessoris Cameræ, nec non de Collectionibus, Blumiana & Deckherriana. Speraveram tunc, inventum iri, qui operam laudabilem continuaret, quod cum factum non vidissem, ego sententias nobiliores, recentiores collectas edidi & in Tomo primo

* Titulus est: Manifeste où l'on expose les Entrepriſes de l'Official de Liege ſur la Jurisdiction ſeculiere des Echevins, ſignament en matiére criminele & où l'on refute le Libelle qu'il a publié ſous le titre de Narratio Hiſtorica de Jurisdictione Officialis Leodienſis, à Liege An. 1739. Prodiit dudum ante ſcriptum aliud nomine Scabinatus Leodienſis editum ſub Titulo: Motivum Juris in cauſa Jurisdictionali Scabinatus Civitatis & Patriæ Leodienſis contra Officialem ejusdem Epiſcopatus Leodienſis, cujus ſcripti mentionem injicere tantum voluimus.

mo Symphorematis Consultationum & in Observationum Forensium partibus tribus posterioribus, & nunc in præsente Tomo memoratu dignas inveniet Lector. Explicavi in dicta Præfatione causas, ob quas uni viro ex nostris colligere omnes definitivas sit difficile, reliquas etiam levioris momenti, inutile: Addidi ibidem, quis sit sententiarum usus Historicus, Juridicus & Philologicus, ubi de Stylo in sententiis adhibendo, & non oportere Assessores esse servos formularum, sed pro re nata formulas temperandas.

Dubitare nemo debet, quin expediantur quovis anno plures, quam editas videmus, sententiæ definitivæ. Sunt utique multo plures quam Collectionibus typis vulgatæ existunt, ut taceam definitivas paritorias ad mandata, ad sententias, & similes, quæ quotannis magno numero publicantur, sed in Collectionibus nostris plerumque sunt omissæ quoties in nuda formula consistunt, ex qua de meritis non potest observatione dignum quid intelligi. Deinde si existimaverit quis, Assessori cuivis certum numerum Relationum definitivarum præscriptum esse, huic errori occurrit *Pomponius* in *Colloquiis Acroamaticis pag.* 13. *seqq.*

Indicis specialis rerum in Consultationibus comprehensarum operam ut susciperem, per quotidianos labores alios fui impeditus, curam tamen habui, ne in eo conficiendo ab amanuensi multum posset desiderari. Adhibendus est Index generalis non solum Consultationum, sed etiam Observationum & Sententiarum, ex quibus supplementum erit Indicis rerum specialis.

Sed jam satis sum præfatus, Lectorum benevolentiæ me, & Opellas meas, ea qua par est observantia, commendo.

ERRA-

ERRATORUM TYPOGRAPHICORUM

ne ullum in aliquo libro inveniatur, cumprimis in Editione prima, vix eſt ſperandum. Alia conditio fuit antiquiſſimarum Officinarum, quam quæ eſt hodie. Quamvis vero per diligentiam Correctoris factum ſit, ut in hoc Opere parvus erratorum numerus reperiatur, effugerunt tamen oculos aliqua hic notata, a Benevolo Lectore mox corrigenda. Reliqua leviora, forte in commatibus & interpunctionibus, facile animadvertuntur.

Pagina 76. in Rubrica lin. 5. legendum: *Votum deciſivum.*

Pag. 390. in fine verſu: *ad narrata &c.* legendum: **Es hätte Kläger.**

Pag. 892. Integer Paragraphus: *Unum quod &c.* usque ad finem debuerat diſtingui literis diverſis a præcedenti Scripto Implorationis, cujus initium pag. 876. Pertinet enim iſte Paragraphus ad Votum, quod ſubjectum eſt Sententiæ pag. 875.

Pag. 966. Obſerv. 8. in fine legendum: *in cauſa* **Worms.**

Pag. 971. Obſ. 14. in Rubrica poſt *præſcribatur*, ponendum erat punctum.

Pag. 972. lin. 13. *hinc non potuit.*

- - lin. 33. *directe.*

Pag. 1007. Obſ. 25. in Rubrica legendum: *contra perſonam.*

Pag. 1018. verſu: *dico delegatum &c.* lin. 3. legendum: *ſed tamen dependens.*

Pag. 593. P. III. in Rubrica Cenſuræ legendum: *Domini.*

INDEX
CONSULTATIONUM ET DECISIONUM FORENSIUM.

Quæ in hoc Volum. III. Symphoremat. continentur.

Consult. I. In quæstione de Fideicommisso, clausulam successorum masculini sexus sæpius expressam, in aliquo casu fortuito omissam, subintellectam esse, deciditur. Præmittitur etiam decisio quæstionis de foro, cum notitia Judiciorum præcipuorum in Frisia Orientali. pag. 1.

Consult. II. Casus memorabilis Jurisdictionis inter Nobiles Circuli Franconici, in facti serie repræsentatus & decisus, cum Sententia. pag. 21.

Consult. III. Recensetur casus notabilis contractus Cambii & simul venditionis partis cujusdam metallicæ, cum historia Processus mandati in Camera Imperiali de relaxando captivo, cum Citatione super injuriis & damno dato contra plures reos. pag. 76.

Consult. IV. De Jure Retractus inter possessorem novissimum prædii & præcedentis hæredem. Tum vero de ipsius prædii statu immediato. pag. 93.

Consult. V. De portione hæreditaria Filiæ nobili debita, quam recusaverant fratres, ideo quod soror nupsisset juxta ipsorum opinionem viro conditionis inferioris. pag. 191.

Consult. VI. In Casu Reluitionis Feudi Megapolitani Sententia prioris instantiæ confirmatur cum notabili declaratione & moderatione taxationis. In qua Consultatione de natura Feudorum Megapolensium multa notabilia occurrunt. pag. 207.

Consult. VII. De natura Feudi Trevirensis, origine Masculini, & transmissione facti Fœminei. pag. 217.

Consult. VIII. Recenset consuetudinem Urbis Imperialis Aquisgranensis in mercatura Boum, & controversiam imposiți alicui arresti cum Sententia Camerali confirmatoria, per quam arrestum fuit relaxatum. pag. 237.

Consult. IX. In Actione Nullitatis contra Judicium Urbis Imperialis Wormatiensis quæstio de necessitate confirmandæ tutelæ legitimæ Maternæ juridice deciditur, & pro sententia absolutoria concluditur. pag. 247.

Consult. X. De Actione retractus bonorum Nobilium Allodialium. p. 257.

Consult. XI. De Revocatione partium Feudalium inter easdem. p. 289.

Consult. XII. De Revocatione feudi cujusdam improprii. p. 301.

Consult. XIII. De Jure Magistratus in Urbe Imperiali contra Ministrum Verbi Divini inobedientem in rebus ad officium ejus sacrum non pertinentibus. pag. 323.

Consult. XIV. De Controversia Juris Ecclesiastici inter Personas Illustres diversæ Religionis, ubi de Jure Diœcesano & argumento ab Ecclesia matre ad filiam. pag. 329.

Consult. XV. Exhibet exemplum justitiæ per varias ambages debitoris impeditæ, tandem ad rectum tramitem in Judicio Appellatorio Camerali deductæ, inter personas nobiles. pag. 349.

Consult. XVI. De Controversia inter Dominos Comites Witgensteinenses de præstatione quantitatis vini. pag. 365.

Consult. XVII. De vindicatione vici Græfendorff per actionem ex *Lege si contendat* a Familia Nobilium Immediatorum de Thungen susceptа adversus celeberrimum Hospitale Herbipolense. Additur historia antiquiorum Processuum Gentis Thungianæ. pag 387.

Consult. XVIII. De materia Collectarum a Corpore quodam Nobilitatis immediatæ exactarum, a Principe Abbate Fuldensi repetitarum. p. 427.

Consult. XIX. Actio mandati directa decisa contra hæredes Mandatarii, qui pecuniarum magnam summam ipsi datam ad deponendum in Ærario Civitatis Hamburgensis, quod *Banco* appellatur, non deposuerat, suam vero fidem interposuerat erga Mandantem. pag. 475.

Consult. XX. Notitia Historica & Juridica Causæ famosæ Spiegelianæ inter Allodiales & Feudales. pag. 557.

Consult. XXI. De statu veteri Obligationum a Serenissima Familia Badensi olim datarum Nobili de Wildsberg cum decisione. pag. 663.

Consult. XXII. Austregalis fori exceptio male opposita rejicitur. Actionem vero pignoratitiam adversus tertium possessorem, ob læsionem in transactione, non fundatam esse judicatur, & Reus absolvitur. pag. 697.

Consult.

Conſult. XXIII. Lite cœpta adverſus Reos, tanquam Conſortes, qui tamen tales non erant, abſoluti fuerunt Rei non conſortes ab inſtantia, & cauſa prævia Reſtitutione in integrum adverſus ſententiam condemnatoriam in contumaciam pronunciatam hic retenta, & definitive per varias litis ſcenas deciſa. Omnis materia pertinet ad pecunias dotales promiſſas & non ſolutas, ubi variæ occurrunt exceptiones, ad jura Familiarum Illuſtrium pertinentes, in his Actis tractatæ, & per Sententiam deciſæ. pag. 723.

Conſult. XXIV. Succeſſio in Fideicommiſſo a Parente conſtituto aſſerta filio ex omnibus ſuperſtiti, qui relicto ſtatu Clericali matrimonium inierat & familiam propagaverat. pag. 767.

Conſult. XXV. De caſu aſſerti & ab altera parte contradicti Fideicommiſſi juxta conſuetudines Leodienſis Patriæ, ſpeciatim Comitatus Loſſenſis. pag. 801.

Conſult. XXVI. Continet caſum Diſpoſitionum maternarum variantium, & ſuper iis multarum litium exortarum inter ejus liberos, generos, & reſpective nepotes neptesque deciſio facta, ut diviſio fieret ab inteſtato. pag. 893.

INDEX
OBSERVATIONUM FORENSIUM.

I. Ex Schedula Cambii, a mercatore ad alium pro exſolvenda pecunia directa, ad requiſitionem Officialis fruſtra fuit conventus Dominus pro reſtituenda dicto mercatori pecunia. pag. 945.

II. De Tutela Filiarum ex Parente Comite Imperii natarum, & Perſonis ad Officium Tutoris conſtituendis. p. 945.

III. De Collegio Eccleſiaſtico Fratrum Hoſpitaliorum in Urbe Imperiali Memmingenſi, & eorum exemtione ab oneribus publicis in Pago Oberholtzgunden, cum nonnullis documentis. p. 947. ſq.

IV. Continentia Cauſæ non habet locum, niſi bona controverſa etiam Jurisdictioni Imperii ſint ſubjecta. p. 949.

V. Lex Reverſionis bonorum ad proximiores in teſtamento communi parentum conſtituta, per diviſionem æqualem inter liberos non ſublata. p. 951.

VI. De Valore Monetæ antiquæ eines guten kleinen Gulden, gut von Gold, und ſchwer von Gewicht. p. 953.

VII. Quæſtio de Reluitione ſive Redemtione bonorum, ante aliquot ſecula ſub Pacto de Retrovendendo alienatorum, deciſa per Sententiam notis illuſtratam. p. 957.

VIII. Adverſus actionem quaſi Servianam contra Reum Poſſeſſorem inſtitutam non habet locum exceptio diviſionis plurium conſortum. p. 965.

IX. Editio Documentorum ejusdemque modus eſt res ad officium Judicis pertinens. p. 965.

X. Conductor prædii, quod per Privilegia Cæſarea, Ordini cuidam tributa, ab oneribus Territorialibus eſt immune, quatenus eadem immunitate frui poſſit, ſi idem eſſet ſubditus Territorii. p. 965.

XI. Poſt Remedium Reviſionis deſertum fruſtra queritur pars condemnata, ſi judex usque ad executionem pergat. p. 967.

XII. Notamina de impedita deciſione in cauſis Leodienſibus, cum variis Sententiis. p. 967.

XIII. Succeſſio in prædio colonario Comitatus Lippiaci aſſerta filio juniori. p. 969.

XIV. Remedium *leg. fin. Cod. de Ed. Div. Hadr. toll.* quo tempore præſcribatur. Contractus Emtionis-Venditionis prædii minorum absque Decreto inutilis. Idque per varias Proceſſus ſcenas tandem deciſum. p. 971.

XV. Con-

XV. Conductio decimarum per multos annos facta communitati, non eſt intelligenda in perpetuum, neque merces in arbitrio conductoris poſita eſſe debet. p. 973.

XVI. De præſcriptione facultatis retroëmendi poſt contractum emtionis venditionis cum pacto de retrovendendo ante aliquot ſecula initum. p. 977.

XVII. Reſtitutio contra non-devolutoriam Sententiam Cameralem ex cauſis juſtis decreta; tum vero in Cauſa principali Sententia interlocutoria, in qua Documentum amiſſum pro exiſtente habitum, cum Actoria. p. 977.

XVIII. De conſenſu Domini Feudi, favore uxoris vel filiarum Vaſalli, in caſum aperturæ, ad præſtandam ipſis certam ſummam pecuniæ, an etiam tacite datus *intelligi* poſſit, vel virtualiter ex actu transactionis inter partes, cui *Dominus* Feudi intervenerat ut Mediator. p. 989.

XIX. Quæſtio Diplomatica de veritate Diplomatis cujusdam Imperatoris Friderici I. p. 989.

XX. Suppetiæ nonnullæ de requiſitis & modo Renunciationum filiarum illuſtrium. p. 991.

XXI. Contractus ceſſionis ſive dationis in ſolutum ab Advocato a Cliente ſuo elaboratus, per Sententiam Prioris Inſtantiæ & Cameralis Confirmatoriam reſciſſus. p. 993.

XXII. De immunitate Cleri ſecundarii Leodienſis. p. 997.

XXIII. De Jure braxandi privatis absque conceſſione Domini territorii non competente. p. 1003.

XXIV. De Succeſſione Clericorum in Feudis Monaſterienſibus. p. 1007.

XXV. De Jurisdictione Cameræ fundata intra perſonam illuſtrem mediatam, ubi exponitur hiſtoria Dynaſtiæ Merveld. p. 1007.

XXVI. De obligatione Succeſſoris Agnati in Territorio ad ſolvendum æs alienum Anteceſſoris. p. 1011.

XXVII. De tempore, a quo Reſtitutio Fructuum debeatur in petitione hæreditatis fideicommiſſaria. p. 1011.

XXVIII. De Advocatia Monaſteriorum. p. 1013.

XXIX. De neceſſitate Inſinuationis Fideicommiſſorum in Patria Leodienſi. p. 1025.

XXX. De decernenda interdum a Judice Superiore Proviſione, priusquam Proceſſibus petitis detur locus. p. 1029.

INDEX
RUBRICARUM IN FASCICULO SENTENTIARUM.

I. In Cauſa Citationis Edictalis pro manutentione in poſſeſſione & immiſſione ex Interdicto Quorum Bonorum, prævia rejectione Exceptionis fori declinatoriæ, teſtamentum & donatio, quibus actio nitebatur, pro invalidis declarantur, & ſucceſſio ab inteſtato decernitur. p. 1031.

II. Contra Civitatem Imperialem Francofurtenſem liber commeatus & navigatio in flumine Mœno pro Domino Comite Yſenburgico declaratur. p. 1033.

III. In Cauſa poſſeſſionis & manutentionis variorum bonorum, ſylvarum & decimarum inter Agnatos de Haxthauſen Sententiarum Cameralium Series cum Mandato de Exequendo, quibus præmiſſa eſt Sententia Prioris Inſtantiæ. p. 1035.

IV. In cauſa memorabili debiti contracti ex conſcriptione militum, poſt Sententiam pure condemnatoriam Reſtitutio in integrum decreta; deinde ex cauſis juſtis adverſus hanc Reſtitutoriam Reſtitutio facta, & Dominus Reus condemnatus: tandem per Transactionem cauſa fuit compoſita. p. 1041.

V. Sententiæ duæ memorabiles, per quas Succeſſio in Fideicommiſſo adjudicatur Actori, confirmando Sententias duarum Inſtantiarum præcedentium, nimirum Scabinorum Leodienſium & Conſilii Ordinarii, deinde Reſtitutio in integrum, a ſuccumbente petita, rejicitur. p. 1051.

VI. In cauſa Fideicommiſſi cum jure Primogenituræ a Patre conſtituti adjudicatio facta filio unico ſuperſtiti natu minori, qui reliquerat ordinem Eccleſiaſticum adverſus filiam primogeniti filii. p. 1053.

VII. In caſu pacti hæreditatis reſervativi Filiarum Illuſtrium & Conſenſus a Domino feudi reſpective dati & aſſerti Sententiæ condemnatoria & abſolutoria cum reſervatione. p. 1061.

VIII. In Cauſa prædii feudalis, per ſubhaſtationem & adjudicationem a Creditore acquiſiti, poſt Sententiam confirmatoriam, poſtquam debitor elegiſſet viam reſtituendi prædii, in puncto ſimul adjudicatorum fructuum & mutatum ſtatum per mortem debitoris, Sententiarum Cameralium ſeries. p. 1063.

IX. *Privilegium* Noribergenſe in puncto ſolennium juramenti calumniæ præſtandi ab ipſa Appellantis perſona, in caſu ſpeciali moderatum absque conſequentia. p. 1067.

X. In Controverſia inter Nobilem & Scabinos rurales, quos ille removerat, Sententia memorabilis, una cum alia contra Subditos ejusdem ad præſtandam obedientiam. p. 1067.

XI. In Cauſa Officialis ab officio depoſiti & reliquorum ab ipſo præſtandorum Sententiæ, prima Interlocutoria, & altera Definitiva. p. 1069.

XII. Sententia, per quam adjudicatur ſucceſſori maſculo feudum Monaſterienſe contra filiæ hæredes, omiſſo puncto Appellationis ab Interlocutoria. p. 1070.

XIII. Cum oppoſitæ exceptiones non devolutæ Appellationis in Judicio ſuperiore eſſent rejectæ, & Mandatum Attentatorum decretum, Judex inferior nihilominus attentando pergeret, autoritas Judicii ſuperioris per Sententiam vindicata. p. 1072.

XIV. In caſu fere ſimili opus erat, ut rejicerentur prius Exceptiones non devolutionis, deinde, ut attentata tollerentur, Judici & Parti demandaretur. p. 1074.

XV. Monaſterium Ilbenſtadt defenditur contra mulctas foreſtales in ſylva a vicino Comite Yſenburgico aſſertas; deinde in exemtione cujusdam prædii juxta Diploma Imperatoris Friderici I. cum aliis Interlocutionibus. Notarius, qui Diploma Imperatorium male deſcripſit, & ſuo teſtimonio exemplum a ſe factum confirmavit, mulctatur. p. 1077.

XVI. Reſtitutio Scribæ Civitatis Imperialis, ab officio absque juſta cauſa remoti, decernitur. p. 1079.

XVII. Exemplum determinationis Operarum ruſticarum, cum explicatione terminorum der Acker-Leute und Einläuffiger, ex Sententia Haſſiaca antiquiore. p. 1079.

XVIII. In Controverſia vindicationis Feudi Monaſterienſis, a fratre in ſororem devoluti, & ab hac, præteritis filiis ſecundi thori, donati, Sententia, per quam Deſcendentes a filiis pro legitimis ſucceſſoribus declarantur. p. 1081.

XIX. In actione vindicatoria variorum bonorum ad Fideicommiſſum Lerchianum pertinentium & alienatorum ex centum & amplius exortis Proceſſibus per viam Citationis contra poſſeſſores, aliqui deciſionem acceperunt, reliqui expectant. p. 1081.

XX. Series Sententiarum Cameralium in Controverſia inter Dominum & Subditos de variis juribus, una cum Concluſis Judicii Aulici in connexis materiis, diverſi tamen objecti. p. 1083.

INDEX

INDEX
SCHEMATUM GENEALOGICORUM.

I. Mauritii & Familiæ de Ripperda, unde descendit Fridericus Wilhelmus Baro de Tork. Conf. I. pag. 10.

II. Familiæ & Descendentium Johannis von Croeve, cum conjunctis de Zant & de Metternich. Conf. VII. p. 219.

III. Familiæ de Miltz, genannt Scholl, & Descendentium de Metternich zur Gracht. Conf. XII. pag. 313.

IV. Familiæ Nobilium de Thüngen. Conf. XVII. p. 393.

V. Familiæ Spiegelianæ. cum Schemate divisionis. Conf. XX. p. 559. seqq. p. 575.

VI. Familiæ de Wildsberg & de Lützelburg per varios ramos divisæ. Conf. XXI. p. 665.

VII. Descendentium Filiarum a Friderico Emich, Comite de Leiningen in Dachsburg, ejusque Conjuge Sibylla Waldeccensi. Conf. XXIII. p. 766.

VIII. Hermanni de Bronckhorst & Conjugis Petronellæ de Praet, porro Maximiliani de Bronckhorst & Conjugis Agnetis de Kettler. Conf XXV. pag. 803.

IX. Joachim Wiesenhavers und Ilse Storrin Descendentes. Conf. XXVI. pag. 895.

X. Wilhelmi, Baronis de Flodorff, & Descendentium de Bronckhorst-Batenburg, Westerloo & Wartensleben. Obs. XVII. p. 979.

XI. Hermanni de Merveld & Descendentium. Obs. XXV. p. 1010.

XII. Johannæ de Sterck & Descendentium de Stubick & Bathiani. Fascic. Sent. pag. 1053.

XIII. Familiæ Comitum de Sayn & Witgenstein. Resp. Jur. p. 71.

XIV. Familiæ de Giech in varias lineas divisæ. Spec. Relat. III. p. 534. 546. 549. 551.

VOLU-

VOLUMINIS TERTII
CONSULTATIONUM
ET
DECISIONUM FORENSIUM

Consultatio & Decisio I.

In quæstione de Fideicommisso, clausulam successorum masculini sexus sæpius expressam, in aliquo casu fortuito omissam, subintellectam esse, deciditur. Præmittitur etiam decisio quæstionis de foro, cum notitia judiciorum præcipuorum in Frisia Orientali.

In Sachen der Geschwistere von Closter in Ost-Frießland/ wieder den Herrn Fürsten zu Ost-Frießland/ Dero Hoff-Cantzley und Lubert Adolph von Tork. Mandati de cassandis decretis Cancellariæ Aulicæ &c. & deferendo possessionem &c. sine clausula. Decretum Mandatum A. 1728. 12. Jun. Reproduct. 30. Aug.

Status causæ.

IN diesen Actis kommen zweyerley unterschiedene Fragen vor, deren

Eine ist/ von des Ost-Frießischen Hoff-Gerichts *Jurisdiction*, in specie, was es damit vor Bewandniß habe gegen den Lands-Fürsten und dessen Hoff-Cantzley?

Die andere/ von der *Succession in Fideicommisso*, nach der in testamento Mariæ de Ripperda de A. 1685. [39] bestimmten Ordnung, insonderheit, nachdem HARO JOACHIM von Closter zu Dornum das Hauß und Gut *Petkum*, als proximus in ordine vocatus, in Besitz genommen gehabt, und am 14. Jan. A. 1728. desgleichen GEORG FRIDERICH zu Dornum post illum vocatus, ohne männliche Erben verstorben; ob krafft besagten Testaments des HARO JOACHIM von Closter hinterlassene Töchter, itzo Klägerinnen, oder Lubert Adolph von Tork als nächster Anverwandter der Testatricin, väterlicher Seiten, zur Succession vociret; mithin nach Ost-Frießischer Landes-Gewohnheit possessio ipso jure auf ein oder den andern Theil verfallen sey?

Beyde Fragen haben jedoch eine solche Verbindung mit einander, daß bey gegenwärtigen Actis auf beyde muß reflectiret werden.

Aus der Historie von Ost-Frießland ist zuvörderst zu gedencken: Nachdem EZARDUS Imus, qui vixit A. 1441. unter denen so genannten Hauptlingen des Landes der mächtigste gewesen, indem er derer andern Hauptlinge Herrschafften an sich und seine Familie gebracht, *Vid. Hist. Ostfr. Tom. I. lib. I. §. 13. pag. 45.* seinen Bruder ULRICUM zum Successore hinterlaßen, hat dieser den Grund zum Regiment nach Teutschen Rechten gelegt. *v. Hist. Ostfr. tom. I. c. 5. sect. 6. pag. 45. seqq.* und ist A. 1454. vom Kayser Friderico im Graffen-Stand erhoben, auch mit dem Lande von Ost-Frießland zum ersten belehnt worden. *tom. I. cap. 5. sect. 6. pag. 79.* Worüber die Ritterschafft des Landes, und die durch Handlung reich gewordene Stadt

Emden jaloux gewesen, es ist aber die lange in der Asche verborgene Unruhe erst im XVI. Seculo circa A. 1572. ausgebrochen, als zu Zeiten *Ezardi II.* zwischen ihm und seinem Bruder Johann, wegen Vertheilung der Lande sich Streit erhoben, *tom. I. lib. 7. p. 328. sq.* Da dann viele aus der Ritterschafft, nebst der Stadt Emden, den Graff Johann unterstützet. *dict. lib. 7. pag. 333. sqq. & pag. 350.* ubi legitur Rescriptum Cæsareum de A. 1587. und durch diese, und fernere Gelegenheit des damaligen Niederländischen Kriegs (*v. tom. I. lib. 7. pag. 361.*) des Graff Ezards, welchem nach seines Brudern Johannis Ableben die Succession des gantzen Landes, dem Ansehen nach, erscheinen würde, (wie er dann A. 1591. ohne Leibs-Erben verstorben) Gewalt und Landes-Herrliche Auctorität, so viel möglich, einzuschräncken getrachtet. Hierzu nun schiene ein guter Weg zu seyn, daß neben Graff Ezards Hoff-Cantzley noch ein ander Gericht im Lande, das Hoff-Gericht genannt, angerichtet würde, worein bey beschlossener Landes-Theilung Graff Ezard gewilliget, und ist durch Kayserl. *Commission* und *Resolution* de Anno 1589. v. *Hist. Ostfr. tom. II. p. 2. seq.* approbirt worden vid. ibi §. 13.

So wurde also solch Hoff-Gericht A. 1590. angeordnet, und zwar dergestalt, daß Hoff-Richter und Assessores zusammen neun Personen, unter welchen 2. aus der Ritterschafft, und 2. aus denen Städten musten genommen werden, aller Eyd und Pflichten, damit sie beyden Gräfl. Gebrüdern außerhalb des Hoff-Gerichts verwandt, was und so viel das Gericht belanget, oder darein gehören würde, gäntzlich erlassen worden. vid. die Ordnung *tom. II. Hist. n. 3. pag. 11. seqq. tit. 2. 3. 4.*

So gut und heilsam nun die Kayserl. Meynung wegen Anordnung des Hoff-Gerichts zu Administrirung der Justitz gewesen, so haben doch die Land-Stände dadurch Gelegenheit genommen, wieder die Lands-Herrliche Gewalt allerhand Beschwerlichkeiten anzurichten, und das Hoff-Gericht sich angemaßt, in alle des Landes Regierungs-Sachen ihre Hand einzuschlagen; Was der Landes-Herr verordnet, durch Gegen-Erkäntniße zu hemmen, auch auswärtige Potentzen um Protection wieder den Fürsten anzuruffen, also daß weder die A. 1597. erfolgte Kayserl. Entscheidung *tom. II. pag. 80. seqq.* noch die erfolgte Landes-Handlungen einen beständigen Frieden im Lande richten können, sondern immer getrachtet worden, der Fürstl. Auctorität etwas zu entziehen. Wovon die gefolgte Land-Tags-Acta, insonderheit, was A. 1619. in der Stadt Emden vorgangen, *tom. 2. p. 495. seqq.* und zu Norden A. 1620. und 1626. *tom. 2. p. 564. 571. 593.* der so genannte Emdische und Haagische Vergleich de Ann. 1662. 1663. *pag. 751. seqq.* Ingleichem die Kayserl. Verordnungen in Annis 1667. 1670. 1683. und nächst-folgenden Jahren *tom. II. lib. 5. & 6.* und andere mehrere Acta, worunter die Kayserl. Rescripta und Verordnungen zu Beybehaltung des Landesherrl. Respects und Abthuung der Bündnisse der Land-Stände unter sich, auch Enthaltung von auswärtiger Protection, sehr merckwürdig. *Tom. I. lib. 7. pag. 486. seq. & tom. II. n. 10. 11. 12. tom. II. lib. VI. n. 6. p. 1027.* Bevorab aber die noch in diesem Seculo im Land entstandene grosse Unruhe, und darüber angeordnete, biß dato fürwährende Kayserl. Commissions-Acta, auch Kayserl. ergangene Resolutiones, in specie des Hoff-Gerichts Anmassungen betreffend, sattsames Zeugniß geben.

Gleichwie nun die vormals Gräflich- itzo Fürstl. Hoff-Cantzley außer Zweiffel älter ist, als das Hoff-Gericht, und jene nicht nur zu Landes-Fürstl. Regierung, sondern auch Justitz-Administration gegründet; Also ist durch Anordnung des Hoff-Gerichts der Fürstl. Cantzley Jurisdiction nicht eingeschränckt, vielmehr durch folgende Kayserl. Resolutiones und Landes-Verfassungs-Pacta festgestellet worden, daß beyde Gerichte auf gewisse Masse, nemlich *in causis privatorum, concurrentem jurisdictionem* haben, bey der Fürstl. Cantzley aber eben so wohl Mandata und andere Processus erkannt, verführet, und die Justitz administriret werden mögen; Jedoch denen Partheyen frey gestellet worden, wenn in einer Sache bey der Fürstl. Cantzley Processus oder Mandatum (stylo Camerali zu reden) extrajudicialiter erkannt worden, daß der andere Theil Literas Remissoriales an das Hoff-Gericht bitten möge; Hingegen, wenn solche Remissoriales nicht gebeten und bescheiniget worden, das Hoff-Gericht keine Jurisdiction habe, sondern die Sache bey der Fürstl. Cantzley verbleibe. Da nun gleichwol das Hoff-Gericht immer der Ritterschafft und Städten, insonderheit der Stadt Emden, mehr als dem Fürsten zugethan gewesen, so hat es an öfterem conflictu jurisdictionis mit der Cantzley und gegen einander lauffenden Mandatis nicht ermangelt, also daß unter andern Landes-Gebrechen, auch hierin nach dem Grund alter Landes-Gesetze, in specie der Remissorialien halber, die Unordnung im Justitz-Wesen abzustellen, der A. 1723. angeordneten Kayserl. Commission, welche noch biß dato dauret, Geschäfft mit ist. [31]

Gestalten das Hoff-Gericht sich öffters angemaßt, in Sachen die Landes-Regierung selbst betreffend, und wo der Landes-Herr nicht als privatus, sondern als Landes-Herr und Richter durch seine Cantzley etwas verordnet, contraria Mandata wieder des Fürsten Procuratorem generalem, als ob es des Fürsten oder der Fürstl. Cantzley Privat-Sache wäre, zu erkennen, da doch in denen alten Kayserl. Resolutionibus und Landes-Ordnungen des Hoff-Gerichts Gewalt sich auf keine Sachen erstreckt, welche von einem Landes-Fürsten qua tali, oder der Cantzley in seinem Nahmen verordnet wird. Weil nun der Articul von der Gewalt oder Competentz, so wohl der Fürstl. Cantzley, als des Hoff-Gerichts, und wie sich ein Judicium gegen das andere, in specie der Remissorialien halber verhalte, in gegenwärtiger Sache vornemlich in die Frage kommt, so habe die Haupt-Stellen aus denen Landes-

Gesetzen

Gesetzen und Actis, wie es damit bewandt, hier anzuzeigen vor nöthig erachtet, welche ohne Einsicht nicht zu lassen wären:

Hist. Ostfr. tom. 2. p. 13. 17. **Hoff-Gerichts-Ordnung** de Ann. 1590. tit. 4. von des Hoff-Gerichts und Beysitzer Amt §. **Und wollen demnach** ꝛc. Tit. 19. Was vor Sachen ꝛc.

pag. 83. **Kayſ.** *Reſolution de A.* 1597. §. 5. In cauſis ſummariis &c.

Dieſes iſt der Haupt-Grund der Remiſſorialium.

Ibid. §. 10. Mandata Executiva &c.

pag. 523. **Der General Staaten** A. 1619. ad quintum poſtulatum.

pag. 757. **Haagiſcher und Emdiſcher Vergleich** A. 1662. ſamt dem Final-Receſs A. 1663.

pag. 759. ad Gravamen ſextum & octavum.

Concordata mit denen Land-Ständen A.

pag. 137. ſeq. 1599. art. 40. usque 46.

Jungatur Hiſt. Oſtfr. Tom. I. lib. I. cap. 9.

pag. 109. 114. *à principio usque* §. 12. *excluſive &* §. 49. *usque* 61. *pag.* 134. 137.

Ingleichem die Anmerckungen über *Ubbonis Emmii Tractat* **von Oſt-Frießland** *cap. 2. not. 34. p. 213. ſeqq.*

Ferner aus denen neuern Actis **bey der** Kayſ. Commiſſion:

[30] p. 36. **Kayſ.** *Reſcript* **an das Hoff-Gericht** 24. Jan. 1724. zuſamt der **Kayſ.** *Reſolution* 17. Aug. 1724. §. 4. Daß das Oſt-Frießiſche Hoff-Gericht aller Cognition in denen zwiſchen dem Fürſten und ſeinen Land-Ständen vorſchwebenden zur Kayſ. Commiſſion expreſſe vel implicite ob connexionem **verwieſenen Streit**-Puncten ſich entſchlagen ſolle.

Hierdurch wird **das Zeugniß der zur Kayſerl.** *Commiſſion Subdelegirten* 30. Jul. 1728. [31] **bewähret, daß** unter andern ihnen auffgetragenen Puncten, auch die Jurisdictions-Streitigkeiten zwiſchen der Fürſtl. Cantzley und dem Hoff-Gericht mit enthalten, und daß wegen der Remiſſorialien itzo würcklich coram Commiſſione gehandelt werde.

Von welchem Punct der Remiſſorialien das Fürſtl. Seits verfaßte und den 19. May 1728. übergebene *Project* erläuterten Hoff-Gerichts-Ordnung §. 1. handelt. [31] lit. C. darauf das **Hoff-Gericht** *Commiſſioni* **ſeine Erinnerungen übergeben** [72] ad §. 1. fo-
» lio ſignato, und daſelbſt endlich **Friedens**
» halber, (ita ſunt verba) **zugeben will, daß**
» diejenigen Partheyen, welche ſich ante petitas Remiſſoriales **unmittelbar** bey dem Hoff-
» Gericht melden, **zuvörderſt angewieſen wer-**
» den mögten, Remiſſoriales zu ſuchen, und
» von beſchehenem Suchen, auch erkannt oder
» expreſſe vel tacite **verweigerten** Remiſſoria-
» lien behörigen **Schein beyzubringen.**

Dieſes iſt es, was der Fürſt in ſeinem Project dicto §. 1. ſchon A. 1713. erfordert hat [72] und iſt bey dieſem Punct nichts neues in dem letztern Project [31] lit. C.

Aus welchem **allen der Schluß iſt,** daß das Hoff-Gericht in Sachen, worin die Fürſtl. Cantzley vorher etwas decretiret hat, absque petitione Remiſſorialium **etwas zu verordnen,** oder auch gegen des Fürſten Procuratorem generalem, re ipſa gegen den Fürſten ſelbſt und deſſen Cantzley Mandata zu erkennen nicht befugt ſey. Und ſo viel iſt bey der Eingangs beſagten erſten Frage vorläuffig zu gedencken geweſen.

Nunmehro auf die zweyte Frage zu kommen, und dabey zu zeigen, wie dieſe mit der erſten verbunden ſey.

So iſt zuvorderſt der **Inhalt** Teſtamenti de A. 1685. weyl. *Mariæ* von *Ripperda*, einer ledigen Dame und Eigenthümerin der Herrſchafft Petkum, zu behalten. In [39] iſt der gantze Text zu finden, und im Abdruck pag. 39. & 40.; worin zu erſehen, welchergeſtalt in der Erb-Folge des Fideicommiſſi deutliche Ordnung und Subſtitution gemacht worden.

Die Klägerinnen haben in der Beylage Supplicæ pro Mandato den Extract [5] nur bis auf die Worte: **Gerd Friderich von Dornum, und deſſen Erben,** machen laſſen; Was folget, ſo doch hauptſächlich hieher ge-
» hört, ausgelaſſen: **Und folgends wann**
» **auch dieſe ausgeſtorben,** auf meine nähe-
» ſte Anverwandten väterl. Seiten erblich
» heimfallen ſolle; **Jedoch dergeſtalt und**
» **alſo,** daß nach ſolcher Ordnung darinnen
» obgedachte Perſonen und Familien von
» mir in dieſem Teſtamento geſetzt, bis und ſo
» lange in einer Familie **annoch männliche**
» **Erben vorhanden,** die Herrlichkeit Pet-
» kum cum annexis bey ſolcher Familie ver-
» **bleiben, und wann keine männliche** De-
» ſcendenten mehr vorhanden, dieſelbe auf die
» ſubſtituirte Familie, und zwar allemal auf den
» **älteſten** mit Ausſchließung der übrigen, da-
» mit meine Güter ferner nicht zertheilt wer-
» den mögen, jure perpetui fideicommiſſi kom-
» men ſolle, da dann jedesmal **derjenige,** wel-
» cher die Herrlichkeit anzutreten geſinnet, an
» dieſelbe, welche ihm krafft alhier gethanen
» Subſtitution jedesmal ſuccediren können,
» und es begehren würden, die in dem erſten
» Articul enthaltene ſchrifftliche Verſicherung
» unwegerlich, und bey Verluſt ſeines Rech-
» tens herauszugeben ſoll ſchuldig ſeyn ꝛc.

Der erſte beruffene Fideicommiſs-Erbe VINCENT WILHELM RIPPERDA iſt nicht darzu gelanget, ſondern der zweyte PETER HIERONYMUS RIPPERDA zu Börs A. 1692. inhalts ſeiner geleiſteten Caution lit. C. [41] und iſt bis A. 1724. in Beſitz geblieben.

Der Bornheimer Berg und Gericht ist ein Kayserl. Taffel-Gut gewesen, ita ait Duplica Hanov. *in Act. prior.* [4]. und ist besage Vertrags mit der Stadt Franckfurt de Ao. 1436. Pfand-weise, hernach per Investituram feudalem an Hanau gekommen. Vide Reichs-Archiv. Continuat. sub titulo Hanau.

Anni der Verpfändung 1351. der Belehnung 1434. ex informat. Hanovica.

Als demnach, wie obgemeldt, der Land-Graf Philipp dieses Closter-Gut im Hanauischen Anno 1527. angesprochen, der Abt Diet-

Dietmar mit seinen Conventualen entwichen, und beym Grafen zu Hanau Schutz gesucht, auch Kayserl. Mandata protectoria an Hanau, Isenburg, Franckfurt und Gelnhausen ausgebracht, hat der Graf zu Hanau des Land-Grafen Begehren: um zu gestatten, daß die Hanauischen Unterthanen, welche die Güter Leyhweise unter sich gehabt, vom Land-Grafen in Pflicht möchten genommen werden, einzugehen, eine Zeitlang Bedencken getragen. Vid. Adjuncta Hanovica. Num. 13. 14. 17. 20. 21. 23. 24. endlich aber doch die Güter folgen und geschehen lassen, daß das Heßische Hospital die Gefälle aus denen Gütern erhoben, dabey sich der neu-erwehlte Abt *Johannes* biß Anno 1554. immer geregt, und den Grafen inständigst um Schutz wieder die Land-Gräfischen angeruffen, auch zu allen Oneribus, wie andere Untersassen, auf gewisse Art sich erboten. Nicht befindet sich in Actis, daß die Gräffl. Hanauische Herrschafft sich selbst der Güter und Gefälle angemasset, oder gegen den Land-Grafen sich etwas wegen der Territorial-Subjection und Beschwerden vorbehalten.

Anno 1535. hat dem Land-Grafen gefallen, die Closter-Güter zu Bergen und Gelnhausen gegen andere Güter und Gefälle, als einer Vergleichung oder Æquivalent auszutauschen, Innhalts des an Appellanten *de Rhon* von Darmstadt communicirten, und in Lectoria vidimirten Documenti. Und ist solcher Austausch auch ohne Zuthuung der Gräffl. Herrschafft zu Hanau, so viel man weiß, geschehen, und seit solcher Zeit diese Güter ohne eintzigen Eintrag und Zeichen Hanauischer Ober-Botmäßigkeit (wie in Extractu und Voto umständlicher wird gezeiget werden) von denen Herren Land-Grafen in Hessen besessen und genutzt worden.

Anno 1669. hat Herr Land-Graf **Ludwig** zu Darmstadt diese Güter im Hanauischen an **Johann Ochsen**, Handelsmann zu Franckfurt, verkauffet, mit aller Freyheit, wie sie vom Herrn Verkauffer und dessen Fürstl. Vorfahren besessen worden, cum pacto expresso perpetuæ evictionis; Der völlige Kauff-Brieff Anno 1669. ist in *Actis Mandati* zu lesen [4]. Extract davon in *Actis Appellat.* [4] Lit. A. Und ist dieser Verkauff und Ubergab des Guts ohne Zuthun der Hanauischen Herrschafft geschehen.

Als **Johann Ochs** verstorben, und dessen sieben Kinder, unter welchen der jüngste Sohn **Henrich Ochs** noch nicht groß-jährig gewesen, Schulden halber das Gut zu verkauffen beschlossen, auch, wie von Appellante behauptet wird, lange Zeit ausgeboten, hat sich endlich jetziger Appellans, **Johann** *de Rhon*, Banquier in Franckfurt, zum Käuffer
[35] gefunden, mit welchem der Kauff Anno
[55] 1695. prævio consensu & decreto des Magistrats zu Franckfurt, wegen des einen noch minderjährigen Sohnes, **Henrich Ochßen**, geschlossen worden. *Adj. Except. n.* 2.

Diesem neuen Käuffer ist die Ubergab des Guts von Hanauischer Herrschafft schwer gemacht worden, indem Herr Graf zu Hanau ex Jure Territoriali den Abtrieb prætendiret, auch die Gefälle in Beschlag genommen, darüber beym Kayserl. Cammer-Gericht ein weitläufftiger Mandat-Proceß Anno 1696. entstanden: Mandati simplicis & ulterioris & adhuc ulterioris, in welchem Proceß und gewechselten Schrifften eben die Argumenta pro asserenda & respective negan-da subjectione territoriali dieses Guts, wie im gegenwärtigen, vorkommen, und hat für den neuen Käuffer *de Rhon* der Herr Land-Graf zu Hessen öffters gar nachdrückliche Schreiben nach Hanau, daß er bey seiner Immunität möchte ohngekränckt gelassen werden, inmassen der Herr Land-Graf selbst dabey interessiret wäre, ergehen lassen.

Als nun endlich der Herr Graf zu Hanau von dem gesuchten Retract abgestanden, und ad restitutionem fructuum sich erboten, vide in dictis *Actis Mandatorum* [54] [58] ist per Sententiam den 7. Jul. 1697. die anerbotene Parition,

doch daß solche würcklich erfolge,

acceptiret; darauf Anno 1699. ein Vergleich zwischen dem Herrn Grafen und dem *de Rhon* errichtet worden, [31] *num.* 11. *vel* [78]. Krafft dessen dem Proceß beym Cammer-Gericht beyderseits renunciirt, und vom Herrn Grafen, den *de Rhon* **beym völligen Genuß/ auch der Freyheit seiner Güter** zu handhaben, versprochen worden: Darneben dem *de Rhon* bewilliget, einige andere Hof-Plätze zu Bergen zu erkauffen, und unter gleicher Freyheit zu besitzen. Die Capelle hingegen ist an die Hanauische Herrschafft, jedoch ohne die dazu gehörige Gefälle, überlassen worden, alles besage des Vergleichs, welcher zu verlesen.

Ob man zu Hanau schon damahls, wie fast vermuthlich, von dem folgenden Streit Nachricht gehabt, lasse ich dahin gestellet seyn.

Indessen ist geschehen, daß der jüngste Ochßische Sohn, nachdem er groß-jährig worden, Anno 1701. das mit Consens seines Curatoris verkauffte Gut retrahiren wollen. Und weil zu Franckfurt der Abtrieb nicht statt hat, stellet er bey dem Hanauischen Amt Bornheimer Berg die Klage an, petendo, das Gut (welches immittelst *de Rhon* angebauet, und verbessert, vid. die Transaction de Anno 1699. und das Schreiben des Magistrats zu Franckfurt *n.* 73. *ad Except.*) zu sechs Theilen zu retrahiren, den siebenden Theil aber begehret er, als sine causæ cognitione sufficienti von seinem Curatore verkaufft, zu vindiciren.

Auf Communication der Klage an Appellanten, hat dieser Forum decliniret; darauf der Amt-Mann Litis contestationem auferlegt, worüber sich *de Rhon* beym Herrn Grafen beklagt, vermeynend, daß er nicht vor das Hanauische Forum, sondern vor die höchste Reichs-Gerichte gehörete, weil das Gut mit Fürstl. Freyheit von Hessen-Darmstadt verkaufft worden.

Man

Man hat hierauff die Sache, als in Appellatorio, zu Hanau zwischen *de Rhon* und dem Amtmann tractiret, und endlich per Sententiam dem *de Rhon* die Einlassung vor dem Amtmann aufferlegt den 15. Decembr. 1701. Von diesem Urthel appelliret *de Rhon* ad Cameram, und weil post decretos Processus plenarios die Ochßische Retracts-Klage ruhen müssen, so hat Henrich Ochs agnoscendo Jurisdictionem territorialem Hanovicam, [77] beym Herrn Graffen angesucht, und Erlaubniß bekommen, seine Klage interveniendo in [29] Camera anbringen zu können, wie auch geschehen, und sind also in diesen Actis zwey Haupt-Fragen, Interventionis und Appellationis, deren jede der andern, jedoch mehr die Intervention der Appellation, præjudicial ist. Denn die Retracts-Klage fundiret sich auf Hanauische Land-Rechte; Hingegen behauptet Appellans, das Gut sey dem Hanauischen Territorio nicht unterworffen. Hingegen, weil Interveniens Hanauische Jurisdiction agnosciret, und sich derselben unterwirfft, so scheinet die Appellations-Sache gäntzlich zu fallen, wenn Interveniens obsiegen solte. Beyde Puncten sind mit vielen weitläufftigen Schrifften tractirt, und utrinque submittiret. Daferne aber Appellans *de Rhon* in puncto Interventionis obsiegen solte; so bleibet die Haupt-Frage zu decidiren übrig:

Ob das Rhonische, vormahls Land-Gräffl. Hessische Gut zu Bergen von Hanauischer Ober-Herrlichkeit und Jurisdiction befreyet sey oder nicht?

Hierin ist Herr Graff zu Hanau zugleich Richter und Appellatus.

Tantum ad speciem facti: der folgende Extractus wird ein mehreres Licht geben.

Votum ad Causam Intervenientis, quæ est alteri præjudicialis.

§. 1.

DE Cameræ Imperialis Jurisdictione dubium non est, quia utraque pars consentit.

Causa post litis-contestationem factam, prævia petitione pro expensis, est sufficienter instructa.

§. 2. Duo sunt, quæ petit Interveniens: Unum, Rescissionem contractus Emtionis Venditionis rei communis hæreditariæ a Curatore suo una cum cæteris fratribus & sororibus celebrati, & id quidem pro parte septima: Alterum, quod petit, est Jus protimiseos, in reliquis sex partibus venditis.

Unumquodque petitum peculiari opus habet disquisitione & decisione.

§. 3. Actio est vindicatoria rei nulliter venditæ, quia Curator vendiderit sine necessitate & Decretum Magistratus datum fuerit sine causæ cognitione sufficienti ad instantiam Curatoris. Vide [35] [55]

In Thesi Argumentum est Juri nostro consonum, quod res minorum vendi non possint, nisi adhibitis solennibus. *ff. de reb. cor.* alioqui venditio est nulla.

Non opus est, ut immorer recensendis requisitis s. solennibus jam dictis, satis sunt nota ex Commentariis ad *dict. tit. Pandectarum.* Præstat inspicere, quatenus ad Hypothesin applicari possit Thesis, ubi considerandæ erunt Circumstantiæ sequentes in facto:

1.) Objectum vendendum erat Prædium commune inter liberos Ochsianos, quorum sex erant majorennes.

2.) Hæreditas Ochsiana ære alieno erat onerata, sub graviſſimis usuris.

3.) Liberata fuit hæreditas ab æris alieni parte duriore per venditionem dicti prædii.

4.) Liberi majorennes ad venditionem rei, quæ sine damno dividi non poterat, provocarunt.

5.) Curator Minoris per Supplicam porrectam Magistratui 29. Julii 1695. [35] decretum ad alienandum, sc. pro parte septima indivisa petiit.

6.) Emtor non inventus erat, licet prædium per aliquot annos publice fuerit ad vendendum proscriptum.

7.) Tandem per Proxenetam persuasus ad emendum *de Rhon*, quam occasionem hæredes capillatam in fronte prætermittere, & alacritatem emtoris per lapsum temporis debiliorem reddi noluerunt.

8.) Magistratus impertivit decretum de alienando 31. Jul. 1695. [35]. Quomodo habita sit inquisitio utilitatis, ex Actis nostris non constat. Verosimile tamen non est, circumstantias rei statumque hæreditatis fuisse notoria Francofurti, cumprimis inter personas Magistratus, quarum plures cum Ochsiana familia erant conjunctæ, partim Curatores hæreditatis constituti & in Senatu præsentes. Et juxta Reformat. Francof. tantum opus est Decreto. Equidem Actor *Ochsius* nullitatem Decreti non obscure incusat, & Curatorem quondam suum ad articulos [45] examinari petiit. Huic tamen quatenus futurus esset locus, ex sequentibus patebit, ubi applicabuntur jura ad factum.

9.) Nullus ex omnibus reliquis *Ochsianis* Descendentibus contractum cum Emtore *de Rhon* improbat, neque, prout res est, improbare potest.

10.) Bona fide ergo possedit emtor ab Anno 1695. prædium, & insigniter auxit, ita, ut in præsentiarum longe majoris sit pretii, quam fuit venditum. Venditum autem fuit pro 21000. flor. ut adeo septima pars fuerit 3000. flor.

11.) Agnoscit Actor *Ochsius*, quod prædium divisum pro septima parte habere ne-

queat, proinde totum habere desiderat, nempe reliquas partes sex, Jure protimiseos. Et sic in hisce partibus venditionem agnoscit validam.

12.) Ipsi *Ochsio* quantæ sint facultates, non quidem probatum invenio in Actis: sed tamen objicitur ei a Reo, quod admodum sint dissolutæ, ad notorietatem publicam in civitate Francofurtensi provocando.

Faciamus ad has circumstantias facti applicationem positionum quarundam Juris huc inprimis facientium.

I. Conclusio de prohibita alienatione prædiorum minoris ampliatur etiam in prædiis cum aliis communibus, per

L. 8. §. *f. de reb. eor.*
L. 17. *C. de præd. minor.*
Heeser. *P. I. loc.* 8. *n.* 475.

II. Limitatur vero, si in re communi socius major ad divisionem provocet, ut tunc ad alienandum Decreto opus non sit.

L. 1. §. 2. *de reb. eor. L.* 8. §. 2. *eod.*
L. 17. *C. de præd. minor. &* ibi *Interpret.*

III. Divisionem esse speciem alienationis ex *L.* 1. *Cod. comm. utriusque judic.* constat.

Simoncell. *de decr. L.* 2. *tit.* 1, *n.* 3.

Hinc est, quod minor ad divisionem provocans opus habeat decreto.

Id. *d. l. inspect. l.*

Ergo vice versa, si major pars sociorum ad alienationem provocaverit, certe etiam ad divisionem provocabit, qui est casus, in quo Decreto opus non esse, paulo ante n. 2. ostendi.

IV. Major natu socius, veluti in præsentiarum res sese habet, sex personæ majores non tenebantur manere in communione, & prædium indivisum retinere unius minoris gratia. Hoc onus nullibi leges imponunt, neque iniqua conditio per minorem debebat inferri majoribus.

V. Superfluam itaque puto fuisse cautelam petitionis decreti a Curatore factæ, quod Decretum Magistratus tanto facilius impertire potuit, prout factum d. 31. Julii 1695. [35]

VI. Neque Decreto objici potest defectus solennitatis, cum adesset casus, in quo Decreto opus non fuisset.

In terminis Harpprecht. *Resp.* 4. *num.* 52. *seqq.*

Alioquin etiam, si vel maxime in iis facti circumstantiis non versaremur, pro judice foret præsumtio, & defectus probandus ab Actore.

Vid. Simoncell. *L.* 3. *tit.* 8. *n.* 52.
Conf. Reform. Francof. *part.* 7. *tit.* 6. *p.* 231. ubi pro solennitate tantum requiritur consensus & Decretum Magistratus.

Probanda vero foret falsitas circumstantiarum, in supplica Curatoris allegatarum, quod fieri non posse existimo: In specie evidentis utilitatis, ob quam alienatio etiam absque solennitatibus sustinetur.

Simoncell. *L.* 3. *tit.* 8. *inspect.* 16. *n.* 124.

Et cognitas fuisse Magistratui circumstantias, nulla est dubitandi causa. Constituti enim fuerant ex personis Magistratus duo hæreditatis Curatores. Sane articuli probatoriales [45] non comparati sunt, ut probent fallitatem narratorum supplicæ [35] sed continent alia, quorum probatio necessaria vel pertinens ad intentionem non erat, hinc omnino rejiciendi.

VII. Non potest venditio prædii valida esse & legitima pro sex partibus, pro septima vero nulla. Atqui pro sex partibus validam agnoscit Actor, quia vult retrahere rem venditam. Retractus præsupponit contractum legitime factum. Ergo necessario firma quoque erit venditio ratione partis septimæ: Ergo agendi fundamento non probato, & per ipsas facti circumstantias elisо absolvendus est reus ab ista actione vindicatoria.

Actor allegat in suis scriptis, quod alienatio non fuerit necessaria, quia hæreditas fuerit satis opulenta, quod probare vult per adjunctum [44]: Sed ex hoc ipso adjuncto contrarium evincitur. Nam Summa illa 14767. Imperialium, quam dicit fuisse in hæreditate Ochsiana, redacta est post venditionem prædii. Venditio enim facta est Anno 1695. d. 25. Aug. præcesserat vero transactio cum vidua *Ochsii* defuncti; Sed pecuniæ in [44] designatæ acceptæ fuerunt tempore sequente a Mense Decemb. 1695. usque April. 1700. ut adeo vanitas petitionis satis elucescat.

Videamus de Actione ex Jure protimiseos. Mira videtur in ipso ingressu hæc Actio instituta ab ipso venditore. Nam venditum fuit prædium pro indiviso, non vero singulæ partes. Actor autem Curatoris sui factum approbare tenetur, quousque læsionem non probaverit, & restitutione in integrum sibi consuluerit, in quibus terminis nos non versamur. Ergo non magis poterit agere ex Jure protimiseos, quam venditores reliqui. Accedit, quod prædium tantum velit retrahere pro sex partibus, quod non licet per tradita

Richt. *d.* 76. *n.* 47.
Lynck. *d.* 189.

Neque aliter dispositum in Ordinatione Solmensi *Lib.* 2. *tit.* 12. quam receptam esse in Comitatu Hanovensi testantur differentiæ paucæ ibidem in Appendice notatæ. Sed cum Interveniens provocat ad Jus Provinciale Hanovense, ipse quidem mutando principia parentis sui, præsupponit, prædium esse de Territorio Hanovensi, sed hoc esse adhuc in dubio, testatur causa Appellationis hujus principalis. Quodsi absque respectu ad Ordinationem Solmensem dicere velim, universali Germaniæ consuetudine receptum esse Jus Protimiseos: Non tamen ulla consuetudo probari poterit, quæ permittet minori, cujus Tutor rem communem cum aliis pro indiviso vendi passus est, Jus retractus pro quota competere.

Tandem Actionem hanc in utilitatem Actoris susceptam non fuisse, non vana est conjectura.

Vid.

Vid. Notamina Appellantis *ad Speciem facti Ochsianam p.* 16. *seq.*
Gail. 2. *Obs.* 19. *n.* 10. *vers.* 3. *&c.*

Quibus rationibus accedunt adhuc aliæ in causa principali Appellationis occurrentes ex Transactione Francofurtensis Civitatis cum Comite Hanovico Anno 1481.

Sequitur ex prædictis Sententia absolutoria.

Votum ad causam Appellationis principalem.

VIdebatur cessare quæstio de foro competente, post definitam in Camerali Judicio causam, propter quam forum per Sententiam a qua fundabatur. Sed quia agitur de præjudicio in casibus futuris, necessaria omnino est decisio: *An fundata sit Hanovica Jurisdictio in similibus causis realibus de isto prædio contingentibus?* Vel: *An prædium sit a Jurisdictione territoriali Hanovica liberum?* De oneribus territorialibus nulla est in præsentiarum controversia, cum libertatem prædii ab omni onere territoriali Hanovici non diffiteantur: sed tantum propugnant, quod exemtio ab oneribus non inferat exemtionem a juris dicendi potestate vel subjectione territoriali.

Vid. *Resp. ad Grav.* 2.

Sed metuit Appellans, nec absque causa gravi, ne Hanovici mox ad alia onera imperanda sint deventuri. Expertus est hoc Appellans in occasionibus præcedentibus hunc processum, & subsecutis, unde varii nati sunt in Camera Processus Mandatorum, partim transacti, partim parendo sopiti:

Mandat. simplex reprod. 27. *Mart. Anno* 1696. *de restituendo, non amplius turbando, nec via facti sed juris proced.*
Ulterius reprod. 28. *Jun.* 1697.
Adhuc ulterius 27. *Aug.* 1697.
Vid. *Sentent.* 7. *Jul.* 1697.
Recentius Mandatum Anno 1718.

Multa sunt in his Actis utrinque congesta, quæ sine tædio legi & excerpi nequeunt, pleraque inutilia, & ineptivit quandoque Advocatus Appellantis mit seiner Fürstl. Freyheit, & in aliis. Nobis, quid res ipsa ferat, dispiciendum erit, neglectis ineptiis Advocatorum.

Opposita fuit ab Appellato, qui est *Dn. Comes Hanoviæ*, & simul is, qui sententiam a qua pronunciari fecit, exceptio non devolutionis, quam minime fundatam esse statuo.

Nam quod dicitur (1) Appellantem non appellasse rite a Citatione ad audiendam Sententiam, [23] quia *Flender* non habuerit Mandatum ad appellandum; Id frustra affertur. Nam si vel maxime a Citatione non rite appellasset, quod tamen non puto, sufficeret Appellatio ab ipsa Sententia, cujus tenor ante publicationem erat ignotus. Imo vero Appellans Jurisdictionem Hanovianam nunquam agnovit, semper contra eam tanquam incompetentem protestatus.

Quod ajunt (2) esse Sententiam interlocutoriam, & in contumaciam, & tantum in puncto fori; sane hoc Appellationem minime impediebat, quia gravissima erat de foro competente quæstio. Jurisdictio Judicis in sua substantia impugnata.

Vid. Mev. *P. I. decis.* 131. *n.* 1.
Add. *P.* 2. *decis.* 7.
Pacian. *de Probat. L.* 1. *c.* 58. *n.* 42. *sqq.*

Quod objicitur (3) a Decreto refutatorio Appellationis 29. Decemb. 1701. Vide [23] Judici non insinuatam fuisse Appellationem, ergo Inhibitionem decerni non debuisse: Id miror excidisse Consiliariis Hanovicis. Nam Judex a quo simul est Appellatus; appellatæ parti vero Actus Appellationis non insinuari solet. Neque a Decreto refutatorio opus est Appellatione nova.

Vid. *Commentat. nostra ad Jus Camer. p.* 211. *&* 244.

Quod excipiunt (4) Sententiam esse in possessorio momentaneo latam, in ejusmodi causis vero obstare Appellationi Privilegium Hanovicum de non appellando, respondeo 1.) quod de judicio possessorio dicitur, asseri sine fundamento, id quod demonstrabitur quæstione proxime sequente. 2.) Posito, fuisse tale judicium, absurdum foret, privilegium allegare de non appellando in causa propria.

Vid. Lyncker. *de Grav. extraj. pag.* 376. 555.

Sic enim Judex pro arbitro fingere posset processum possessorii, & gravare partem ad suam utilitatem.

Tandem quod opponitur (5) contumacem non esse dignum beneficio Appellationis, respondetur: Fuisse quæstionem præjudicialem de fundata vel non fundata Jurisdictione ante omnia decidendam.

Mev. *P.* 2. *decis.* 7.

Neque adeo Appellantem pro contumace habendum, qui ipsum Jurisdictionis fundamentum impugnat.

Tantum de Exceptione non devolutionis.

Quale sit Judicium, Petitorium an Possessorium?

Multum interest, ut hac de re certi simus. Possessorium, & quidem momentaneum volunt Hanovici in Except. passim. Equidem de possessorio acquirendæ vel recuperandæ, non est quod laboremus. Nihil enim, quod ad ejusmodi processus naturam quadret, est prolatum in Actis. Videamus de retinendæ possessionis judicio. Non versamur in Processu Interdicti, sed Appellationis ordinario. Advocatus Appellantis, uti in scriptis productis confuse & inutiliter absque discretione multa protulit, ita hac in re non satis constare sibimet videtur; modo enim agi causam petitorii dicit, modo possessorii ordinarii. Igitur ad Judicis officium pertinebit, definire,

nire, quid naturæ rei & controversiæ conveniat, talis enim Actio est, qualis res, ad quam competit.

Ruland. *de Commiss. P. 3. L. 2. cap. 2. n. 22.*

Res autem, de qua agitur, est quæstio fori & exemtionis a Jurisdictione, cui quidem convenire remedia possessoria dubitandum non est, sed prout Acta sunt composita, nullum ego potui reperire indicium processus *possessorii, omnia vero ad petitorium potius judicium spectare, nullus dubito.* Idque confirmandum putavi rationibus sequentibus: Possessio, quatenus denotat insistentiam rei, quæ insistentia in juribus incorporalibus ex Actibus exercitis probatur.

Vid. Gylmann. *Symphor. Tom. 2. P. 1. Vol. 1. n. 70. & 71.*

Ubi in specie de Jurisdictione agitur, facti esse dicitur, quatenus vero comprehendit facultatem moralem insistentiam actualem continuandi, dicitur esse juris.

Schilter. *ad Instit. tit. de Jurisd. aph. 1. & Exerc. ad ff. 47. §. 19.*

Remedia vero retinendæ possessionis, quia solam insistentiam concernunt, ad id, quod in facto potissimum consistit, respiciunt;

Lyncker. *ad Loccam. tit. de Interdict. §. 2.*

Hinc possessoria judicia jus momentaneum habere dicuntur, etiam suo modo in ordinario.

Arg. *L. ult. C. de bon. quæ lib.*

Lynck. *dict. §. 2. in fin.* Add. §. 4. *ibid.* ubi de Actuum probatione in possessorio vel summario vel ordinario.

Ergo qui in possessorio judicio retinendæ versatur, atque in eo fundamentum intentionis ponit, ad victoriam obtinendam Actus adferre & probare debet, ex quibus insistentia illa, de qua est controversia, doceatur specifice.

In controversia de Jurisdictione territoriali & subjectione territoriali non sufficiet, aliquem Actum dubiæ interpretationis adferre, sed opus erit specifico, ex quo fluat directe conclusio: Ergo tu es meæ Jurisdictioni subjectus.

Vid. Gylmann. *dict. loc. n. 71. seqq.*

Omnis Jurisdictionis fundamentum esse subditorum obedientiam, celebre est effatum, quod inculcat

Textor. *Disput. de Jurisdict. territorial. th. 17.*

Quodsi ergo Homagii præstatio, sive reale dicas, sive personale, (de qua distinctione vide sis

Lyncker. *de Relig. obseq. §. 5. & 7.*
Hert. *de subject. territ. §. 3.*)

probetur facta ab aliquo possessore legitimo prædii in territorio siti, puri, non restricti,

Vid. Hert. *dict. diss. §. 4. & 19.*
Lyncker. *d. l. §. 4.*

tum haud dubie probatus erit Actus ad possessionem retinendam faciens. Est enim modus Subjectionem firmandi potissimus homagium.

Hert. *d. l. §. 13.*
Lyncker. *d. Dissert. de Relig. obseq. §. 3. & 5.*
Add. Eund. *Diss. de super. territ. p. 71.*
Deduct. Lindav. Heideri *p. 88. in fine.*

Ubi vero Juramentum obsequii a forensibus exigi non est consuetum, quod nonnunquam usu venire tradit

Lyncker. *ibid. §. 5. in fine.*

alii Actus erunt proferendi ad subjectionem in possessorio tuendam, non particulares sive singulares, qui etiam regalium nomine in alieno territorio exerceri possunt, e. g. sequelæ, Collectarum; vide hæc singula accurate explicantem

Lyncker. *de Super. territ. p. 71. & seqq.*
Add. *Deduct. Lindav. pag. 273.*

Sed in universaliori complexu, prout ipsa Jurisdictio territorialis totum est aliquod partibus constans, quas vocant potestativas,

Vid. Textor. *dict. Diss. §. 15.*
Add. Lyncker. *l. Resp. 55. n. 107.*

Sed de Actibus infra pluribus erit agendum.

In præsente quæstione, an *versemur in Judicio petitorio vel possessorio?* sufficit scire, quod *Actuum demonstratio* etiam *ad petitorium Judicium* pro qualitate materiæ *substratæ requiratur*, neque sequatur illatio hunc in modum: Ego fundo meam intentionem in Actibus jurisdictionalibus, ergo versor in Judicio possessorio. Omnis litigantium opera, rei natura, & petita Appellantis in scriptis non ad possessorium videntur respicere, sed ad petitorium. Videtur etiam, possessorii causam, si non etiam petitorii, in processu Mandatorum esse finitam. Nam licet *ageretur ibi de Jure Retractus*, fundamentum tamen rei erat Jurisdictio territorialis, de qua & hic agitur. Non differt processus præsens Appellationis ab illo Mandatorum fundamento petendi, differt saltem accidentaliter, ob exortam novam causam: Perinde, ut in processu pignorationis dantur quandoque plures processus, ob plures pignorationes rerum diversarum, quæ tamen omnes unum habent principium. *Hanovienses* antea via facti etiam utebantur, unde Mandatorum S. C. erat occasio; nunc via Juris intendunt obtinere Jurisdictionem territorii, in qua antea fundabant jus retractus. Hinc natus est Processus Appellationis.

Crederes, novam litis telam paulo ante transactionem Ao. 1699. initam fuisse ab *Hanovienſibus* vel prævisam vel cum persona *Ochsii* Ao. 1701. Mense Januar. elaboratam. Retractum petiit *Ochsius*, licet rerum gerendarum nervo non instructus; (multo minus est ejus vidua) *Rhonius* exceptionem fori opposuit; *Hanovici* de competentia sua pronunciarunt. Hicne est possessorii processus? Ita vero omnis quæstio de foro competente foret judicii possessorii. Unusquisque Judex sibi fingere posset possessorium suæ competentiæ. Vanum plane est, quod de momentaneo dicunt *Hanovici*: Nullum enim hic intervenit possessionis

sionis momentum: Nulla unquam Actio realis vel in rem scripta ad prædium istud pertinens in foro Hanovico instituta fuit: Nullus possessor prædii & dominus unquam Hanovicis juramento obsequii obstrictus, neque Actione vel reali vel personali etiam in foro Hanovico conventus fuit. Nullum ergo adest possessionis momentum, quod in juribus incorporalibus latius accipi debere, non est ignotum Jurisconsultis.

Sed neque ordinarium possessorium hic adesse existimo. Utrumque enim summarium & ordinarium ad retinendam possessionem spectant.

Lyncker. *Anal. ad Loccam. tit. de Interdict.* §. 4.

Differentia est tantum in Actibus recentioribus & antiquioribus, ita ut etiam titulus & bona fides veniant in considerationem.

Lyncker. *ibid.*

Jung. Gail. *I. Observ.* 7. *& de Pignor. Obs.* 22.

Hic vero in Actibus non fundatur possessorium judicium ab Appellante, sed dicit, se esse liberum a Jurisdictione Hanovica. *Hanovienses* excipiendo fundant intentionem suam in præsumtione a situ prædii; quam præsumtionem confirmant per allegatos actus. Ergo non in possessorio versantur partes; Minime vero Appellans, a cujus provocatione debet æstimari, ut ego quidem existimo, qualitas Judicii, quod censeo mere & pure esse petitorium. A quo etiam in materia jurium incorporalium possessorium ordinarium non multum differre, auctor est

Schilterus *Ex.* 18. *th.* 40. *seqq.*
Coll. Jur. Argent. tit. Uti possid. th. 17.
Gylm. *Symph. T.* 2. *P.* 1. *Vot.* 1. *n.* 42. ubi *de Cumulatione.*

Quis in hoc Processu Actor sit, & quis Reus?

Non frustra esse hanc inspectionem, sequentia docebunt. Versamur in judicio non duplici, cujus exempla sunt in

L. 13. *ff. de Judic.*

Nam utriusque partis causa æqualis minime est existimanda. Non versamur in possessorio retinendæ momentaneo, ubi uterque ad judicem convolat, & de turbatione queritur, ita, ut is pro Actore habeatur, qui prior judicem adierit.

Arg. *d. L.* 13. *de Judic.*

Et Meichsn. *Tom.* 2. *Lib.* 1. *decis.* 6. *p.* 310.

Actio nulla in toto processu prioris instantiæ super quæstione Jurisdictionis competentis edita fuit, sed ita sese res habet: Conventus fuit *Rhonius* A. 1701. d. 21. Januar. ab *Ochsio* in Judicio inferiori Hanovico, vor dem Raht und Amtmann Cranzen, Actione ex Retractu *Act. pr.* [27] *n.* 1. *Ochsius* tum erat Actor haud dubie. *Rhonius* exceptionem fori opposuit, Jurisdictionem Hanovicam plane declinando. *Ibid. n.* 2. d. 22. Martii Præfectus rejiciendo exceptionem, injunxit *Rhonio* Litis-contestationem, quod unicum est decretum præfecti, ut Rubrica habet, primæ instantiæ. Nescio itaque, quare duo alleget Auctor rationum decidendi.

Cessavit deinde penitus Actio Ochsiana, tota scena est mutata, neque amplius *Ochsius* tanquam Actor considerari potest in hac controversia, quæ fuit abhinc inter *Rhonium* & Hanovienſia Judicia. Ubi primo conquestus est *Rhonius* apud *Dnum Comitem*, quod præfectus arrogaverit sibi Jurisdictionem, petens & fore sperans, post transactionem in Causa Mandatorum initam, ut præfecto injungeretur, ne sibi ulterius molestiam faceret, sed *Ochsium* ad competentem Judicem remitteret. Hic incipiunt *Acta*, quæ inscripserunt *secundæ Instantiæ n.* 1. Imploratio ista *Rhonii* facta erat non sane animo agnoscendi forum *Comitis Hanoviæ*, quod satis indicat *exceptio* opposita antea *n.* 2. sed per modum Gravaminis adversus Officialem *Dni Comitis.* Sed Hanoviæ res aliter accepta fuit. Dicunt in Rationibus decidendi, *Rhonium* usum esse remedio supplicationis, forte quod duas sententias præfecti præsupposuerit Auctor *Rationum decidendi*, quarum altera fuerit inhæsiva. Sed tale Remedium Juris, quod est ad instar Revisionis, adhibuisse *Rhonium*, ex Actis probari nequit, cum ipse substantiam Jurisdictionis Hanovicæ impugnaverit. Frustra itaque objicitur ei in *Rationibus decid.* **Er habe sich wieder gedrehet, eine Lücke zum durchschlüpfen gesuchet,** & similia Actis contraria. Absque ratione dicunt, quod ob contumaciam mulcta pecuniaria adnimadvertere potuerint in *Rhonium*, quia more Rabularum loco remedii suspensivi protestationem saltim interposuerit. Legit forte Auctor *Rat. decid.* apud

Meichsner. *Tom.* 2. *lib.* 2. *decis.* 1. *num.* 96.

quod citatus comparens ac dicens: Domine Judex, non intendo in vos consentire, tanquam incompetentem Judicem, nihilominus quasi contumax puniri possit. Sed quam male hæc ad casum præsentem quadrent, ex sequentibus cognoscetur. Miror, hæc omnia Judicio Camerali in *Ration. decid.* quasi nullo dubio essent obnoxia, proponi: Cum tamen sint partim Actis contraria, partim ipsius causæ naturæ repugnent.

Licet enim Judicis sit de Jurisdictionis suæ competentia cognitio

per *L.* 2. §. 6. *ff. de Judic.*
L. 2. *pr. si quis in Jus vocatus non ierit.*
Gail. *I. Obs.* 34.

multas tamen patitur hæc Regula limitationes, sive, ut loquuntur, fallentias. Ex quatuordecim, quæ traduntur, eas, quæ huc pertinent, ex

Felin. *in Comment. de Cap. super literis* 20. X. *de Rescript.*

excerpere juvabit, ad quem locum deductus fui per Votum Assessorium

ap. Gylm. *T.* 2. *Symph. P.* 2. *vot.* 3. *p.* 11.

Ait Felin. *Num.* 23. *Fallit tertio*: Si exceptio contra Judicem opponitur de totali fundamento Jurisdictionis & proprietate ipsius, quia præsumitur Judex habere affectionem super tali articulo, imo est causa propria. Hoc est, quod

Mevius dicit *P.* 1. *decis.* 131. *n.* 1.

Non est Judicis, de sua competentia cognoscere, si exceptio esset opposita de Jurisdictionis substantia, sed esse cognitionem superioris. *Fallit quarto*, pergit Felin. *n.* 24. quando agitur non solum de nudo exercitio Jurisdictionis, sed etiam de proprietate subjectionis, qua citatus se dicit exemtum esse, & Judex negat, quia de hoc esset cognitio superioris. *Fallit sexto: n.* 26. ubi Judex se ingerit, tenendo opinionem partis, quæ stat pro Jurisdictione: Addit Felinus, quod Judex procedendo injuste extrajudicialiter non possit amplius in illa causa procedere judicialiter, quia satis redditur suspectus. Processit enim primo, ut persona privata, & sic videtur se constituisse adversarium: Adde verba notabilia §. sed reputavi semper &c. Processisse enim hic videntur Hanovici ex officio magis, quam quod inter partes *Ochsium* & *Rhonium* de foro instituta fuerit disceptatio. *Fallit decimo n.* 32. quando Judex non habet Jurisdictionem, nisi super causa notoria, & casus accidens esset dubius & non notorius, quia tunc non posset cognoscere, an sua sit Jurisdictio. Sed hic tantum abest, ut notoria sit Jurisdictio Hanovica, ut potius sit insigniter dubia, neque ejusmodi casus extiterit unquam.

Cum ergo per has fallentias Decretum Præfecti Hanovici fuerit incompetenter latum, sequitur, vires rei judicatæ non accepisse, licet *Rhonius* remedio suspensivo non fuerit usus. Erat enim quæstio competentiæ Judicis omnino præjudicialis basis totius judicii, & a Superiore definienda, ita, ut extra Jurisdictionem Jus dicenti impune non parere licuerit.

L. f. de Jurisdict.

Vid. Gail. 1. *Obs.* 42. *n.* 8. *seq.*

Si enim tales Sententiæ vires rei judicatæ acciperent, unusquisque Judex in suam utilitatem pro competente se declarare posset, & judiciorum ordo turbaretur, quod non permittendum.

Vid. Mev. *P.* 1. *decis.* 130. *n.* 6.

Hinc licet tres conformes Sententiæ super competentia fuerint latæ, tamen opponetur efficaciter exceptio non fundatæ Jurisdictionis.

Gail. 1. *Obs.* 42. *n.* 12. 13.

Mev. 1. *decis.* 83. *n.* 7.

Neque obstaret, quod exceptio altioris essset indaginis,

Mynsi. *6. Observ.* 4. *nnm.* 7. ubi hoc, ceu singulare vult notari. Facit huc *L.* 1. *& L. fin. C.* si a non competente Judice judicatum esse dicatur, ibique Brunnemann.

Sed ajunt *Hanovici*, *competentiam suam esse certam*, adeo ut *plane in possessorio momentaneo judicasse velint*, fundando exinde exceptionem non devolutæ Appellationis ad Cameram, quod quam sit frigidum, in principio hujus voti ostendi. *Negat vero Rhonius*, certam esse Jurisdictionem, negat se esse subjectum *Dno Comiti Hanoviensi* ratione sui prædii, adeoque pugnat adversus omnem Jurisdictionem Hanovicam, argumentis non vanis aut futilibus, sed habebat in suum favorem *Decreta Mandata bina Cameralia Ao.* 1696. non quidem super quæstione fori, sed aliis Gravaminibus, in qua lite tamen exemtio a Jurisdictione Hanovica aperte satis & fuse erat tractata, & sub judice lis fuerat, nisi transactio interveniisset, de qua in Narratione facti dixi. Habebat porro *Instrumentum Emtionis Vendit.* in quo prædii qualitas libera in genere expressa, und zwar wie es die Herren Land-Grafen besessen haben.

Communicatæ ipsi fuere & laudatæ pertinentiæ ac immunitates juxta *Lit. C. in fasciculo adjunctor. ad Libellum Gravam.* welche Beylage nicht von Joh. Ochsen, sondern etwa vom Fürstl. Hauß Heßen selbst herrühren mag, wiewohl sie absque forma solenni eingerichtet. Indeßen hat der Herr Land-Graf zu Darmstadt öffters in favorem des Appellanten, pro tuenda Immunitate, geschrieben, und wie Hr. Land-Graf selbst ob onus evictionis dabey interessiret sey, gemeldet.

Erat Appellans in possessione libertatis ab omnibus oneribus territorii. Nunquam extiterat ullus casus, quo possessor prædii *Comiti Hanoviæ* aut subjectionis juramento esset obstrictus, aut Actione aliqua reali in Hanovicis Judiciis conventus. Quandoquidem vero, si exceptio fori fuisset levioris momenti, nulla verosimilitudine munita, non de proprietate subjectionis, notorie vana & non fundata, Judex non prohibeatur in causa progredi, & habere possit vim judicati, quo sensu recipienda foret doctrina Referentium Cameralium apud

Meichsner. *Tom.* 2. *P.* 2. *decis.* 1. *n.* 92. *& 96. juncto n.* 53.

Sed in casu præsenti prævalebunt rationes, quibus exceptiones s. ut ajunt Fallentiæ a Regula stabiliuntur supra ex

Felin. *in cap. super Lit.* 20. X. *de Rescript.* relatæ.

Vid. quoque Mevium *P.* 1. *decis.* 131. *num.* 1.

Decretum igitur Præfecti Hanovici 22. Mart. 1701. incompetenter plane est latum, cum ipsius non esset, sed superioris cognitio de Exemtione, neque opus habebat remedio suspensivo, neque adeo peccavit *Rhonius* simpliciter adeundo Dominum Comitem, ut officii sui moneretur Præfectus.

Qua

Qua spe cum excidisse se animadverteret, protestatione sibi consultius fore putavit. Crediderit quis, Hanovienſem curiam bona mente, ut causa ad superiorem Judicem Cameralem deduceretur tandem, sententiam istam, a qua appellavit *Rhonius*, pronunciasse, morali certitudine, eum appellaturum. Sed si attendamus ad circumstantias sequentes: (1) Quod sententia a qua non expresse dicat, suam Jurisdictionem esse fundatam, sed tacitè, injungendo *Rhonio* Litis-Contestationem coram Præfecto. (2) Quod in rationibus decidendi sese nimium ingerat Curia Hanovienſis, tenendo opinionem partis, uti loquitur

Felin. *d. l. n. 6. ibi*: Fallit sexto.

approbando istas rationes, quæ videntur ab ipso præfecto Bergensi conceptæ.

Vid. *subscript. rat. decid.*

Lectum & approbatum in Consilio 14. Nov. 1701. (3) Quod in istis rationibus varia allegentur Actis contraria. (4) Quod antea variis Gravaminibus dederint causam, ob quæ in Camera Mandata S. C. decreta fuere. (5) Quod in Camera exceptione non devolutionis tueri voluerint suam sententiam in propria causa latam. (6) Quod novissime Ao. 1718. novum actum exercere tentaverint, arrestando den Rhonischen Verwalter militiæ causa, qui tamen nullo jure eis erat obstrictus, qui post Mandatum Camerale decretum liberatus, superstite adhuc actione Fiscali adversus Præfectum *Bassy*, ob male tractatum Nuncium insinuantem.

Si, inquam, hæc considerentur, non existimandum est, animo tali fuisse Hanovienses, ut jure experiri, atque in Camera quæstionem decidi voluerint, sed potius, ut *Rhonius* quovis modo suæ jurisdictioni subjiceretur, vel ad vendendum prædium adduceretur; ut plane suspicer, actionem Ochsianam studiose & cum consilio Hanovienſium fuisse compositam.

Falsum est & actis adversum, imo ipsi sententiæ a qua, quod dicitur in *Rationib. decid.* Es hätte de *Rhon* so wohl in prima, als secunda Instantia Hanovienſi den Ochsischen Klag-Libell negative beantwortet, und eo ipso litem contestiret.

Falsum, quod Jurisdictionem Hanovicam unquam agnoverit, und hätte sich hernach wieder gedrehet, und protestando abzuhelffen gesucht. Quæ tamen in *Rationibus decid.* pro veris vendere non erubuit earum Auctor, & approbavit Consilium superius.

Hoc quidem lego in actis prioribus, quod in Curia Hanovica, quæ *Acta* vocant *secundæ Instantiæ, n. 2. Rhonius* addiderit nonnihil de fundata actione Ochsiana, id quod tamen pro Litis-Contestatione nullo modo haberi potest, quia totus scripti tenor & petitum repugnat.

vid. Lauterb. *ad tit. ff. de Jurisd. §. 16.* ibi: Hinc licet Reus ad ipsa etiam causæ merita responderit &c.

Et hoc ne quidem factum fuit a *Rhonio*, nisi valde obiter.

Hanovici id studiose egerunt, ut *Rhonium* figura aliqua Judicii ad subjectionem perducerent, quasi ipse remedio supplicationis Dn. Comitem pro Judice agnovisset. Hinc in Cancellaria Hanovica præfectus *Frid. Ludvv. Bassy*, qui subscripsit producta, tanquam appellatus tractatus est, & tamen communicatoria decreta directa sunt an den Rath und Amtmann, cui nomen erat *Crantzius*, & hujus causæ fuit tunc director.

In Camera ipse Dnus. Comes suam fecit hanc litem, & exceptiones per procuratorem produxit, indicio manifesto, Acta priora & decreta habenda esse pro talibus, quæ fieri dicuntur in causa propria, juxta

Felin. *d. l. n.* 23. Fallit tertio.

Cum igitur *Rhonius* in declinatoria fori exceptione semper manserit, negans se Jurisdictioni Hanovicæ subjectum, actio vero Ochsiana in foro Hanovico plane cessaverit, in Camera deinde introducta, ideo operæ pretium est disquirere, quisnam in causa exemtionis a Jurisdictione Hanovica pro Actore, quis pro Reo sit habendus.

Actor dicitur in judicio, qui alicui controversiam movet, seu qui litem intendit.

Ita Ummius 1. *Disp. th.* 4. juxta *L.* 1. *ff. de edendo.*

Cum itaque *Rhonius* in Hanovico judicio nullam ediderit actionem, hinc videtur, quod pro Actore habendus non sit.

Num vero exceptionem fori opponendo & exemtionem allegando Actoris partes sustineat,

juxta *L.* 19. *ff. de probat.*

alia est disquisitio. Verum id est, si exceptio proponitur narratis Actoris contraria: puta, si pacti conventi exceptione utatur Reus, docere debet pactum conventum factum esse; ait JCtus.

L. 19. *de probat.*

Si vero in negativa permanserit Reus, cum per rerum naturam negantis nulla sit probatio;

L. 23. *C. de probat.*

dubium est non leve, an ipse dicendus sit actoris vicem sustinere. Nam quod in axiomatibus Juris legitur: Reum excipientem actorem fieri,

Mascard. *de prob. Concl.* 864. *n.* 31.

id intelligendum in ordine ad probandam exceptionem, quia alias actoris est onus probandi;

L. 4. *C. de edendo.*

Sed cum negantis nulla sit probatio,

d. l. 23. *C. de probat.*

hinc fallit brocardicon illud de Reo Actoris loco habendo, si Reus in nuda negatione se contineat.

Quid ergo hic dicendum? Nam neque Præfectus Hanovicus, neque Dnus. Comes ipse actionem aliquam adversus *Rhonium* instituerunt, sed vices Judicis gerere voluerunt. Ille declarando, se esse competen-

petentem: Hic injungendo *Rhonio* Litis Contestationem coram Præfecto per sententiam a qua.

Existimo, salvo meliori judicio, in hoc casu Judicem determinare debere, quis pro Actore sit habendus. Et videtur mihi convenire hoc negotium aliquo modo cum actione, quam vocant Negatoriam,

§. 2. *Inst. de Action.*

quia intendit *Rhonius*, Jus non esse adversæ parti trahendi se ad forum Hanovicum.

Atque ad objectum Jurisdictionis applicari posse utiliter actiones *Confessoriam* & *Negatoriam*, quæ alias directæ sunt ad servitutes, tradit

Lauterb. *tit. ff. de Jurisdict.* §. 50.
Carpzov. 1. R. 78. *n.* 3.
Ruland. *de Commiss. p.* 3. *L.* 3. *cap.* 18. *quod de jurisdict. remediis.*
Meichsner *Tom.* 2. *L.* 2. *decis.* 4. *n.* 35. *plenissime*
Müller ad Struv. *tit. ff. si servit. vindic.* §. 53. *in notis.*

Ut adeo ad decidendam quæstionem propositam existimem, quod *Rhonius*, licet in negatione Jurisdictionis Hanovienſis permanserit, Actoris loco sit habendus, eo magis, quod ipse non solum adierit *Comitem Hanoviæ*, petendo, ut præfecto ulterior progressus inhiberetur, sed etiam ad Cameram appellaverit, suspendendo progressum Jurisdictionis Hanovicæ in causa retractus Ochsiani non tantum, sed etiam in omnibus causis futuris, declinando plane Jurisdictionem Hanovicam, ratione sui prædiii in præfectura Bergen siti, quod exemtum esse ab omni Jurisdictione Hanovica statuit.

vid. Mev. *P.* 1. *dec.* 130.

De Actionis formula & probandi onere mox dicemus.

De Actione ejusque probatione.

Quodsi igitur *Rhonio* Actoris personam attribuamus, quia saltem ipse primus ad judicem superiorem provocavit, non alia *Actio* mihi congruere videtur huic negotio, quam *Negatoria utilis*.

Negat enim, Dno. Comiti competere Jurisdictionem in prædium & personas nullo alio vinculo subjectionis adstrictas. Negat inquam subjectionem territorialem.

Actionem istam pro defendenda libertate competere, in præcedente quæstione dicere occupavi.

Gravior est inspectio hoc loco, cujus sit probandi onus, an assertæ Jurisdictionis territorii *Dni. Comitis*, an vero libertatis *Rhonii* Appellantis.

Equidem traditio est JCtorum: Actorem in Negatoria ab onere probandi non liberari, si adversarius possessione nitatur. Quod qua ratione sit capiendum, ex sequentibus intelligemus.

vid. Schilter *ad Inst. tit. de Serv. rust. & urb. præd. aph.* 10.

Carpzov. 1. R. 67. & 68. ubi ait:
Non prodest Reo, si dicat, se esse in possessione servitutis, quia servitutem sibi constitutam adhuc probare tenetur.

Et *n.* 13. Quamvis possidentem relevet possessio ab onere probandi, hoc tamen saltim procedit in ea quasipossessione, quæ inest actualiter, vel est apta inesse ab origine, per

L. 14. *de prob. L.* 7. §. *f. de liberal. caus.*

Secus, si quasi possessio alicujus status vel qualitatis necessario non convenit cum origine rei, sed illi repugnat: tunc enim non transfertur onus probandi in Actorem, qui negat, & quæ sequuntur; atque exemplo filii, qui dixerat, se esse in quasipossessione sui juris, illustrantur, quem allegatio non liberat ab onere probandi, quia repugnaret huic quasipossessioni status primævus.

Add. Besold. *Cons.* 118. *n.* 12. *usque* 24.
Berger in *Discept. forens. Supplem. Tom.* 1. *tit.* 20. §. 13. ubi Carpzovii Doctrinam laudat.

Schilterus *d. l.* distinguit inter libertatem naturalem & civilem. Hanc, quæ immunitas & exemtio dicitur, probandam esse ab allegante, quia præsumtio sit in contrarium.

Add. Pacian. *de prob. L.* 1. *c.* 51. ubi ad propositam *n.* 28. conclusionem: quod negativa facti probanda sit ab eo, qui in ea se fundat, *n.* 69. limitationem adfert: Si præsumtio juris sit pro eo, qui negat, explicans. Paulo post *n.* 70. sententiam, quodsi nulla sit præsumtio legis, nec pro affirmante, nec pro negante, tunc onus probandi incumbat neganti. *jung. cap.* 53. *n.* 3.

Clarius loquitur

Müller ad Struv. *tit. ff. si servitus vind*, §. 50. ubi ita differit: Is, qui asserit libertatem, probare debet, si in exemtione Jurisdictionis, Decimationis, vel alterius juris universalis se fundat, quia militat præsumtio juris in contrarium, quod contenta intra limites territorii sint in jurisdictione ejusdem Domini.

Arg. *c. omnes basilicæ.* 17. *p.* 1.
Conf. *Deduct. Lindav. p.* 262. ubi eadem Regula traditur.

Quam propositionem seu regulam communiter receptam nec ego rejicio, sed addito grano salis, ex dicto loco Carpzovii, si scilicet sua natura & origine persona vel res foret Jurisdictioni istius domini subjecta: Quod enim non sufficiat in materia Jurisdictionis allegare situm in territorio, facile patebit per ea, quæ in sequentibus in medium sum prolaturus.

Præmittenda autem sunt nonnulla ex facto:

1. Verum est, *Rhonium* esse dominum & possessorem prædii, quod ante Reformationem sacrorum, quæ accidit seculo XVI. in Monasterii Cistercienſis Heyna proprietate fuerat, a Dno. Landgravio Hassiæ occupatum, Hospitali traditum, ab hoc possessum, & postea permutatione facta Dno. Landgravio retraditum Ao. 1585. & ab eo tempore in familia Hassiaca pleniſſimo jure conservatum, qua de re in subsequentibus plura occurrent, tandem Ao. 1669.

1669. civi Francofurtensi fuit venditum cum omni jure & libertate, **wie es die Herren Land-Grafen besessen.**

Ab *Ochsianis* hæredibus causam habet noster Appellans, etiam civis Francofurtensis, ut adeo de dominio prædii, quod alias actor in negatorio probare tenetur,

Berger. *Discept. for. loco supra dicto.*

Gylm. *Symph. T. 2. p. 1. Vot. 1. n. 54.*

sit nulla contradictio.

2. Verum est, non esse etiam contradictionem ullam de immunitate pleniſſima ab omnibus oneribus territorii, & in ea possessione esse etiam Appellantem, non sane ex privilegio vel Landgraviorum Principum Hassiæ, vel Comitum Hanoviæ, sed quia prædium sua natura & origine est exemtum, & ita possessum per plura secula.

3. Verum est, nunquam ullum possessorem & dominum prædii juramento homagiali & subjectionis fuisse obligatum Comiti Hanoviæ, ne quidem officiales, qui præfuerunt prædio ejus nomine.

De Abbatibus Cistercienſibus nemo dubitare poterit; nam ante Reformationis tempora non erat ea tempestas, ut Abbatibus Cistercienſium quæstio exemtionis moveretur a Comite Hanoviæ.

De Landgraviis Hassiæ, vel Hospitalium Hassicorum Præfectis ante permutationem nemo quoque dubitaverit.

De sequentibus possessoribus, *Ochsio & Rhonio*, etiam est certum, ita, ut tentata aliquoties Citatione ad homagium nemo comparuerit, neque effectus citationi fuerit additus ab Hanovienſibus, ſpeciatim Anno 1713. cum protestatus esset *Rhonius*, respondit Præfectus: **Es hätte *de Rhon* jemand ſchicken können oder nicht.**

vid. *Instrum. protestat.* [66].

Id quod perinde est ac si diceret: **Die Hanauer versuchen es, ob es angehen wolle, wo nicht, ſo laſſen ſie von ihrem Suchen ab.** Et acquievere Hanovienſes, quia, uti antea, ita hac vice nihil amplius postularunt. Hinc non sufficit, quod ajunt Hanovienſes in *Duplica. f.* 25. **Man wüſte nicht anderſt, als daß je und allewege, wenn die Hanauiſche Erb-Huldigung vorgenommen worden, auch die Keller oder Aufſeher, ſo auf dem Gut gewohnet, mit andern Unterthanen ſolchen leiſten müſſen.** Negat hoc & pernegat Appellans vid. *Triplic.* [64] *fol.* 38. Nullam vero credulitatis suæ, **ſie wüſten nicht anderſt,** fidem faciunt Hanovienſes. Ergo & mihi non credere licebit. Sane, si ullus talis extitisset actus præstiti homagii per officialem prædii nomine, non solum fuisset bene annotatus, & in hac lite productus, sed etiam non defuissent Hanovienſibus & voluntas & media in ea possessione sese conservandi.

vid. *Duplicam fol.* 14. *ad replic.* 7. *mam.*

4. Verum est, situm esse prædium intra terminos **des Gerichts Bornheimer-Bergs,** quod est Hanovicæ jurisdictionis: Verum etiam, quod in eodem districtu alia sita sint prædia exemta, adeo ut dici non possit, omne quod situm est intra terminos **des Gerichts,** pertinere ad Jurisdictionem Hanovienſem, existentibus exemplis notoriis in contrarium.

Extant ejus rei indicia in *Actis* his *Appellationis*, & præcedentibus *Mandati.*

(1) **Von dem Gut der Schelmen zu Bergen,** nomen habet a vico familiæ **der Schelmen,** quod prædium notorie pertinet ad Nobilitatem immediatam. Erravit enim Dnus. Landgravius Hassiæ Ao. 1660. requirendo auxilium Dni. Comitis. *Except. Hanov. Adj.* 70. add. *replic. fol.* 34. & 43.

(2) **Von dem Gut des Closters Arnſpurg in der Wetterau.**

Vid. *Except. Adj. n.* 72. Monasterium vero hoc agnoscere jurisdictionem Hanovicam, credibile non est

(3) **Von einem Gut, ſo das Compoſtell zu Franckfurt daſelbſt und zu Enckheim beſitzet.**

Vid. *n.* 71. *ad Except.*

(4) A Magistratu Francofurtano, & dicitur hoc **der Kaſten-Hoff, ſoll vor dieſem dem Barfüſſer Cloſter zu Franckfurt gehöret haben, iſt aber** post Reformationem **zur Armen-Stifftung angewendet.**

vid. *num.* 75. *Adj. Except.* ubi fit mentio **des Kaſten-Hofs.**

Audivi etiam de prædio aliquo Ordinis Teutonici, nec non aliis nobilium prædiis, quæ cum recensitis Hanovicæ Jurisdictioni subesse, vereor ut Hanovienses sint asserturi.

vid. Auct. *Deduct. Lindav. p.* 273. ubi ait: actibus & symbolis superioritatis deficientibus, etiam res signata deficiat.

Alia est quæstio consilii, an non utile sit Appellanti, ut per hanc submissionem protectione Dni. Comitis in variis occasionibus adversis, quæ accidere possunt, fruatur. Nam incidentibus controversiis cum subditis colonisque non patientur Hanovici vel minimum sibi præjudicari & fundamentum habent in actibus exercitis compluribus.

Alia est quæstio, an Hanovienſibus reservanda sit forte melior probatio juris sui prætensi, puta, originem translationis prædii ad monasterium & jurisdictionis suæ in prædium; consensus & scientia Landgravii in actibus illis contra officialem exercitis & similia.

Nullum hic est dubium, studiosissime conquisita fuisse documenta omnia. Appellans vero nulla potest onerari probatione, quia ipse copiam Archivi neque Hassiaci neque Hanovienſis habet, tantum jure venditionis & documentis a Dno. Landgravio communicatis utitur. Foret ergo talis injunctio probationis res impossibilis. Interim juxta hæc acta & probata judicando nihil peccabitur.

Atque ita claudo meum votum, omnia majorum judicio relinquens, rationes meliores libenter auditurus atque secuturus.

Sententia expedit. 17. Jul. 1720.

IN Sachen **Johann Martin** *de Rhon*, *Appellanten* eines, wieder weiland Herrn **Philipp Reinharden**, jetzo Herrn **Johann Reinharden**, Grafen zu **Hanau**, als Richtern a quo und zugleich *Appellaten* andern, so dann weyland **Henrich Ochßen**, jetzo dessen hinterlassener Kinder, in Actis benannter Vormünderen, *Intervenienten* pro suo interesse, dritten Theils.

Ist

Ist zuforderst in puncto Interventionis allem Vorbringen nach zu Recht erkannt, daß Beklagter *de Rhon* von der wieder ihn angestellten Klage zu absolviren und entledigen sey, als wir denselben hiermit absolviren und entledigen; die Gerichts-Kosten derentwegen auffgeloffen, aus bewegenden Ursachen compensirend und vergleichend.

Dann in puncto principali Appellationis ist der von beyderseits Anwälden gethaner Beschluß Amts halber hiemit auffgehoben, und Dr. Gulcher als Gräfl. Hanauischer Anwald, die im Gräfl. Archivo weiters vorhandene, das vormahls dem Cistercienser-Closter Hayna, hernach aber dem Herrn Land-Grafen zu Heßen gehörig gewesene, und von dessen Erben an Appellanten verkauffte freye Gut zu Bergen betreffende Documenta, in specie, um daraus zu ersehen, wann und von wem, auch in welcher Qualität dieses Gut vor Alters an besagtes Cistercienser Closter gekommen, wie es nach Angeben der Duplic-Schrift fol. 40. von etlichen 100. Jahren her, vor Zeit der Veränderung des Closters in puncto Jurisdictionis über dieses Gut gehalten worden, und wie die fol. 25. & 29. Duplicæ angegebene Huldigungs-Actus dieses Guts halber und die von Hrn. Land-Grafen dem Vorgeben nach anerkannte Subjection des Guts an Hanauische Lands-Herrschafft zu bescheinen. Ingleichen, wie auf weyland Hrn. Land-Grafen Philipps zu Heßen bey denen Exceptionibus producirte Schreiben und Begehren Ao. 1528. 1531. 1533. Num. 17. 20. 21. 23. 24. die damahlige Gräfliche Hanauische Landes-Herrschafft in Antwort sich erkläret, und was sonst zur Sachen Erläuterung weiters als bißhero vorgebracht, dienlich, anbey die Beylagen Num. 10. 23. 37. integraliter zu produciren, zugleich auch auf das Angeben des Appellanten in Replica fol. 34. von denen übrigen Hanauischen Closter-Gütern im Isenburg. zu Gelnhausen, und Franckfurt, in Triplica fol. 25. von Præstation des Grund-Zinses, fol. 55. von Wohnungen der Keller ausser dem Gut, und daß dieselbe vorhin Hanauische Unterthanen gewesen, endlich auch, wie es bey denen in Actis gemeldten andern freyen, und theils Geistl. Gütern zu Bergen in puncto Jurisdictionis gehalten werde, sich vernehmen zu lassen; jedoch ohne fernere in beyderseits Productis bißhero vermerckte ohndienliche Weitläufftigkeit und respective Anzüglichkeit, Zeit 3. Monat pro T. & P. von A. W. angesetzt, mit dem Anhang, wo er solchem also nicht nachkommen wird, daß alsdenn auf des Gegentheils Anruffen ergehen solle, was recht ist.

Endlich ist die durch Lt. Flender in der am 5. April. 1715. producirten Triplic-Schrifft gebetene Citatio ad assistendum liti, und des Endes die Nachrichten, dieses Guts Exemtion oder Subjection betreffend, aus dem Fürstl. Heßischen Archivo diesem Kayserl. Cammer-Gericht zu ediren, wieder Hrn. Land-Grafen zu Heßen-Darmstadt hiermit erkannt.

Indessen und biß zu Austrag dieser noch zu Recht hangenden Appellation-Sache läst man es bey der ausgegangenen Verkünd- und reproducirten-Kayserl. Inhibition, daß hierwieder von Seiten des Herrn Appellaten dem Appellanten zu Nachtheil nichts angemuthet oder verhänget werden solle, hiermit bewenden.

Votum ulterius.

EX omnium Actorum cum anteriorum, ad quæ Sententia Ao. 1720. fuit concluſa & publicata, tum ſequentium hiſtoria & recenſione, nemo eſt noſtrum, qui non intellexerit, quod tota hæc lis non habeat Objectum prædii *Rhoniani* dominium vel poſſeſſionem, vel libertatem pleniſſimam ab omnibus oneribus, quibus ſubditi Hanovici ſubjacent; nam & dominio & poſſeſſione & hac inſigni libertate absque controverſia gaudet Appellans: Sed unicum Litigii objectum eſſe caſum aliquem futurum & incertum, qui antea, cum de *Retractu Hanovienſi* Anno 1695. & *Ochſiano* Ao. 1701. ageretur, extitit, & dari poſſit aliquando in ſimili vel alia actione reali, quis tunc futurus ſit controverſiæ Judex, an ſupremum Imperii Tribunal, an Judicium Hanovienſe, ſalva ad ſupremum Imperii Judicium Appellatione?

Quandoquidem vero adeo non ſit perſpicuum, quidnam commodi vel incommodi alterutra pars, quæcunque in hoc proceſſu vincat vel ſuccumbat, nanciſcatur, & num totius litigii materia tanti ſit momenti, quanta fuit in peragenda lite animorum inter partes concitatio, quantus etiam in tractandis hiſce Actis judicialis labor.

Dominus Comes Hanoviæ, poſita libertate ab omni onere territorii, quam Appellanti non contradicit, præter auctoritatem Judicis, caſu aliquo litis exiſtente, nullum alium aſſerti ſui juris territorialis in hoc prædio effectum quærit, vel ſaltem alium affectare non declarat.

Appellantis ſcopus in hac controverſia non eſt alius, quam quod Dominum Comitem pro Judice in caſu aliquo futuro, nondum licet præviſo, agnoſcere nolit, ſed immediate a ſupremo Judicio judicari malit.

Parum abeſt, quin ego crediderim, ſi a primordio litis Ao. 1695. & facta deinde transactione Ao. 1699. Hanovici *Rhonium* habuiſſent modeſtius, neque præfecto *Bergenſi*, ut eum, prout fecit, arroganter & ſupercilioſe tractaret, permiſiſſent, litem hanc ad inqui-

sitionem usque Originis prædiorum & fundamenti Jurisdictionis Hanovicæ extituram non fuisse; sed cum post vexationem unam alia mox sequeretur, non mirum est, suspicatum esse Appellantem, alia consilia immunitati suæ periculosa subesse, adeo ut tandem ad hanc disputationem res devenerit.

Cum ergo utraque pars sententiam efflagitet, nobisque certum non sit, quanti unaquæque partium victoriam litis sua æstimatione faciat, peragendum erit tandem officium Judicis, quod est nostrum, ut cuique suum, cujuscunque tandem sit pretii sive veri sive affectionis, tribuatur.

Et me quidem Voti mei, quod Ao. 1720. pro statu Actorum, qui tunc erat, in senatu dixi, adeo non puduit vel pœnituit, cum etiam plurium DDnorum assensum habérem, ut potius per ea, quæ post Sententiam 17. Jul. 1720. publicatam in Actis ulterius sunt producta, aliaque argumenta in præsenti Voto exponenda, conclusiones meas multo magis confirmandas esse existimem.

Repetito itaque Voto meo priore integro, præsentis capita feci sequentia: 1.) Præmittitur Annotatio variarum periodorum, in quibus status bonorum Monasterii *Heyna* fuit commutatus, junctis Legibus Imperii successive latis ab Ao. 1529. usque ad Pacem Westphalicam Ao. 1648. ex quibus novum argumentum, antea a me non tractatum, profluere credidi.

2.) Ad *scriptum Hanovicum* **die Folgleistung** [106] in quo scripto satisfacere voluerunt sententiæ de 17. Jul. 1720. succinctæ fient Annotationes, ostendendo, quod intentio Hanovica nullo argumento sit confirmata.

3.) Agetur de variis *Documentis* Appellantis in scriptis eorumque *Adjunctis* [144] [145] [155] [156] in medium productis, & de rationibus, quibus Consiliarii Hanovici hæc documenta elidere studuerunt [145] & in scripto extraj. superfluo, mereque repetitorio priorum 4. Octobr. 1726. exhibito.

4.) Quid tandem sit pronunciandum, dicam in causa principali, & respectu quorundam attentatorum ab Appellante accusatorum.

Caput I.

Variæ temporum periodi ordine distinctæ.

MOnasterii Haynensis Reformatio cœpta fuit per *Philippum* Hassiæ Landgravium Ao. 1524. teste Winckelmanno *Descript. Hass. L. 4. p.* 432. *Anno* 1527. consummata, & loco Monachorum, numerus magnus hominum miserabilium ibi receptus.

Eodem Anno 1527. Dienstag nach Simonis & Judæ, h. e. circa finem Octobr. *Ditmarus Abbas* scripsit literas ad Comitem Hanoviæ *Adjunct. n.* 12. mit Bitte, ihnen zu verstatten, die Güter und Nahrung unter Ihro Gnaden und in Ihrer Herrschafft mit wesentlicher Wohnung zu beziehen und Leibes-Nahrung davon zu haben ꝛc. prout in dicto *Adjuncto n.* 12. id est, sie haben eine Wohnung allda bauen wollen, dergleichen der Zeit noch Anno 1527. nicht da gewesen.

Adjuncta hic allegata sunt ex scripto Hanovico. [30] [31]

Anno 1527. Sontag nach Thomæ i. e. circa finem Decembr. hat der Herr Land-Graff durch den Rent-Meister zu Nidda Ansprach an diese Güter machen lassen, als zum Hospital Heyna gehörig, quod Hospitale in locum Monasterii successerat, juxta *Adjuncta n.* 13. & *n.* 14. Responsio fuit dilatoria.

Anno 1528. den 8. Aug. hat der Abt beym Cammer-Gericht zu Speyer das Mandat extrahiret an Hanau, Isenburg, Franckfurt und Gelnhausen *n.* 15. daß die Gefälle des Closters niemand als dem Abten verabfolget werden solten.

Si quæratur, quis interim bona administraverit?

Es sind die Closter-Güter zu Bergen von vorigen Aebten an Hanauische Unterthanen Pacht-weise ausgethan gewesen. Ita ajunt Hanovici in Actis Mandati [80] es wäre also von mehr als 200. Jahren also die Observantz gewesen.

Anno 1528. Montag nach Assumtionis Mariæ Virg. i. e. 15. August. ist das Schreiben vom Land-Graff *Philipp* an Hanau abgangen, *n.* 17.

Nota. Das Jahr soll gewesen seyn nicht 1528. sondern 1529. si credendum scripto Hanovico [106] f. 19. Ist aber nicht zu befinden, warum der Land-Graf über ein gantz Jahr damit gewartet habe. Die Hanauische Antwort darauf ist [110] 21. Septembr. 1529. mit Entschuldigung wegen des Kayserl. Mandats, und daß nicht Er der Graff, sondern die Mönche die Güter in Besitz hätten, die er nicht herauswerffen können.

Anno 1529. 30. Jul. ist *Rescriptum Mandati Cameralis* ergangen an die Herren Vormünder zu Hanau, *n.* 18.

Eodem Anno 22. April. war zu Speyer der Reichs-Abschied publiciret, darin §. 10. verordnet, daß kein Stand den andern Glaubens halber vergewaltigen, noch seiner Renten, Zinß und Güter entwehren solte.

Anno 1531. hat Abt *Johannes* bey Hanau ferners Schutz gesucht, und bey seinen Gütern zu handhaben. *Adjunct. n.* 19.

Eodem Anno Samstag nach Oculi schreibt der Land-Graff an Hanau, dem sich also nennen-

nennenden Abt keine Veräusserung der zum Hauß Hayna gehöriger Güter zu gestatten *n.* 12. 20. Auf dieses Schreiben scheint die Hanauische Antwort [111] de dato 19. Nov. 1531. abgegeben, nicht gerichtet zu seyn, sondern auf fernere des Land-Grafen Instantz. Diese Hanauische Antwort aber ist fast gleichen Inhalts, wie die vorige.

Nota. Anno 1532. ist im Hanauischen durch Graff Philipp den vierten die Augsburgische Confession argenommen und öffentlich im Lande eingeführt.

Imhof. *Not. Proc. Imp. lib. 6. c. 5. §. 6.*

Anno 1533. Literæ Landgravii ad Comitem Hanoviæ 6. Septembr. Daß er die Zinß und Gefälle dem Hospital zu gute einsammlen lassen wolle, begehrende, der Graff wolle dem Fürnehmen nicht entgegen seyn. *Adjunct. num.* 21.

Eodem Anno 25. Octob. schreibt der Land-Graff den Brieff, welcher vorhin Extracts-weise *n.* 23. hernach in toto tenore [114] produciret. Ad has literas videntur quadrare Responsoriæ Comitis nach Simonis & Judæ Ao. 1533. [112] beziehen sich auf vorige causas Mandati Cameralis, der Graff wolte sonst gern dem Land-Grafen zu Willen seyn, und keine Ursach zur Ungnade geben.

Eodem Anno 13. Novemb. ist ein ferneres Schreiben *n.* 24. worinnen das im vorigen beschehene Erbieten weiters erkläret wird.

Hierauf ist geschehen, daß die Güter und Gefälle dem Land-Grafen ohne weitere Hinderung überlassen worden, wie nicht allein aus des Abten de anno 1533. 1534. 1535. *n.* 25. 26. 27. zu erkennen, sondern auch aus dem Umtausch-Brief, welchen der Hr. Land-Graf mit dem Hospital Hayna Anno 1535. Montag nach Reminiscere errichtet, Krafft dessen dem Land-Grafen die bißhero dem Hospital assignirt gewesene Güter zu Gelnhausen und Bergen, welche in allem in- und über 400. Fl. nutzen können, gegen andere besser gelegene in Heßen erblich und eigenthümlich cedirt worden.

Und also hat von solcher Zeit her von denen Haynaischen Closter-Geistlichen niemand des geringsten Besitzes sich mehr angemasset, oder gerühmet, welches um folgender Begebenheiten willen wohl zu mercken.

Anno 1541. ist auf dem Reichs-Tag zu Regensburg, bey welchem Land-Graf Philipp in Person zugegen gewesen, beschlossen worden §. 26. des Reichs-Abschieds versu: auch die Clöster ꝛc. sollen denen Geistlichen, so sich der Entsetzung halber beklagen, ihre Renten und Einkommen, so viel deren noch in Possession sind, hinführo unaufgehalten gefolgt werden, mit Suspension aller vorhin darüber erhabenen Cameral-Processen.

Anno 1544. auf dem Reichs-Tag zu Speyer, da der Land-Graff auch zugegen war, wurde §. 83. & 86. des Reichs-Abschieds, vorigen R. A. de Anno 1541. Verordnung wiederholet, mit dem Beysatz §. 84. daß die Clöster, Geistliche Stifft und Häuser, ungeacht welches Theils Religion die seyen, ERGO ETIAM die HOSPITALien in Hessen die Rent-Einkommen und Güter, so in eines andern Fürstenthum und Obrigkeit gelegen, verabfolget werden solten. Et §. 87. doch, daß gleichwohl jedem Stand, unter dem die Gült, Zinß oder Güter gelegen, die einem andern Closter, Stifft, Spital-Hauß oder Kirchen in ein ander Land folgen sollen, an dieselben Güter, seine weltliche Obrigkeit, so sie vor Anfang dieses Streits in der Religion daran gehabt, und im Brauch gewesen, vorbehalten, und demselben nichts benommen seyn solle.

Consectaria.

1. PEr has Constitutiones permansit Landgravius *Philippus* in possessione bonorum & redituum Monasterii quondam Haynensis, eorum quoque, quæ ex Hanovico Comitatu debebantur. Nam Anno 1541. tempore Comitiornm Ratisbonensium nullus ex Religiosis istius Monasterii possessione fruebatur amplius, neque ullum est indicium in omnibus literis Hanoviensium ad Landgravium etiam post mutata sacra Romana, quod Hanoviæ Comes sibi attribuerit Jus bona Monasterii Jure territorii ad alios usus adplicandi.

2. Præstanda erant bona & reditus ad Monasterium quondam pertinentes, nunc Domino Landgravio ex Comitatu Hanovico.

Licet enim Anno 1535. permutatio esset facta, tamen jure surrogati eadem erat ratio, quia Dnus Landgravius ex suis bonis alia in locum priorum surrogaverat.

3. Nullum aliud Jus territoriale vel Jurisdictionem asserere sibi potuit Comes Hanoviæ in ista bona, quam quod *ante has lites Religionis exercuerat.* Ergo quod exercitum fuisse probari nequit, ab eo haud dubie exclusus fuit.

Anno 1555. 25. Septembr. in *pacificatione religiosa* §. 19. ita dispositum legitur: Die eingezogene geistliche Güter, welche einem Reichs-Stand nicht zugehörig, und deren Besitz die Geistlichen zur Zeit des Passauischen Vertrags oder seithero nicht gehabt, sollen in diesem Friedens-Stand mit begriffen seyn, und wie jeder Stand damit verordnet, dabey gelassen werden, cassatis omnibus processibus Cameralibus.

Deinde §. 21. repetuntur verba *Recessus Imper. de Ao.* 1544. §. 87. supra recensita de Jurisdictione Domini territorii.

Conse-

Consectaria.

1.) COnfirmatur itaque permutatio bonorum supra dicta jam dudum per Dominum Landgravium Anno 1535. facta, omnisque ejus dispositio.

2.) Nihil plane juris relictum fuit Comiti Hanoviæ, quam quod in ista bona ante controversias Religionis exortas exercuisse probari potest.

Exemplum hujus testamenti extat im Reichs, *Archiv* inter diplomata Hassiaca *part. spec. contin. II.*

Anno 1567. defunctus est Landgravius *Philippus*, relicto testamento, in quo filiis quatuor terras possidendas distribuit:

Wilhelmo primogenito Cassellanam Provinciam.

Ludovico Marpurgensem cum bonis in Wetteravia.

Philippo Rheinfelsensem.

Georgio Darmstadiensem.

Ex his *Philippus* primum obiit absque prole.

Deinde *Ludovicus* etiam absque liberis, & hic quidem ante mortem inter agnatos proximos Cassellanum & Darmstadiensem omnes ditiones diviserat.

Per quam divisionem prædium in *Bergen* ad Darmstadienses pervenit, jure omnino æquali, quo antea habuerat *Ludovicus*, Philippi primi filius, & ipse *Philippus*, hoc est, cum plena libertate.

Ab *Edicto Ferdinandino de Ao.* 1629. nihil metuendum fuit Hassiacis, nam occupaverant & possederant hoc prædium dudum *ante Pacem Passavienſem.* Per Pacem Osnabrüggensem etiam plenissimum Jus est confirmatum, quia absque dubio 1. Januar. 1624. prædium hoc habuere in manibus. Ab Hanovicis certe nulla mota fuit quæstio, neque moveri potebat Hassiacis, quod prædium esset IN vel DE TERRITORIO Hanovico. Nam ut taceam, istiusmodi distinctionem, alias in legibus publicis fundatam, si sermo est de bonis & reditibus ecclesiasticis olim ad Monasterium vel fundationem aliquam ex alieno territorio pertinentibus & a statibus Augustanæ Confessionis quovis modo occupatis, *locum invenire non posse, per verba Rec. Imp. Anno* 1544. & 1555. supra recensita & ipsam *Pacem Osnabrügg. Art. V.* §. 25.

Sufficit hic, quod omne jus territoriale in bona ecclesiastica ad fundationem aliquam extra territorium pertinentia, restrictum sit legibus Imperii ad usum ejus ante controversias Religionis exortas probatum *R. J.* 1544. §. 87. *& Anno* 1555. §. 21. neque hac in re aliquid mutatum fuit vel declaratum in *Instrum. Pac. Westphal.* adeoque prior Constitutio manet firma *Art. V.* §. 1.

Cum autem ante controversias Religionis exortas Comes Hanoviæ nullum unquam docere possit usum cujuscunque Juris territorialis vel Jurisdictionis in bona Monasterii *Hayna* sita in *Bergen*, imo ne quidem principium seu fundamentum aliquod Juris territorii fingi possit, quod non per ipsam originem possessionis Monasterii, vel per exemtionem Caroli IV. Maximiliani I. & Caroli V. Impp. de Annis 1354. 1495. & 1521. destruatur.

Ex his vero, quæ dixi, confirmatur optime Voti mei præcedentis Ao. 1720. Caput illud, in quo de onere probandi actum fuit, & demonstratum, incumbere Domino Comiti, & faciendam probationem per actus exercitos claros & directos, non vero ambiguos. Videant Consiliarii Hanovici, qualis ex his præmissis fluat conclusio.

Caput II.

Annotationes ad Scriptum Hanovicum die Folgleistung (106) cum Adjunctis usque (117).

AD fol. 1. observetur Confessio Synonymicæ denominationis Monasterii HAYNA, HEGENE, olim AULESBERG.

Fol. 2. Juxta Jongelinum *in Notit. Abbat. Ordin. Cisterc. L.* 3. *p.* 56. ist das Closter Anno 1140. durch den **Grafen von Ziegenhain** gestifftet.

Diese Gräfliche Familie ist von Ludovici IV. vulgo Ferrei, Landgravii utriusque Thuringiæ orientalis & occidentalis s. Hassiæ entsprossen gewesen. Defunctus Ludovicus IV. Anno 1172. und ist die Ziegenhainische an Land und Leuten, die sie auch ausserhalb denen ursprünglich Heßischen Landen adquiriret gehabt, sehr mächtige Gräfl. Familie Ao. 1450. oder wie andere wollen Anno 1453. ausgangen. Tab. Genealog. apud Winckelmann. *Descript. Hass. p.* 244. *seq.* und daß die Ziegenhainische Lande vor sich immediat und denen Land-Grafen zu Hessen zur Succession jure stemmatis eben nicht afficiret gewesen, ist aus dem über der Erbschafft zwischen verschiedenen andern Gräffl. Häusern, in specie dem von Hohenlohe und dem Land-Grafen entstandenen Streit, und wie der Land-Graff einen gantz andern Titul Successionis vorgebracht, zu ersehen; Da dann endlich Ao. 1495. der Ausspruch

Ausspruch vor dem Land-Graffen durch Kayser Maximil. I. auf dem Reichs-Tag zu Worms erfolget.

vid. Lucæ **Graffen-Saal.** *pag.* 805. *seqq.* Imhof. *N. P. J. lib.* 4. *cap.* 7.

Also ist das Closter über 100. Jahr vor Zertheilung der Land-Graffschafft Thüringen in das Östliche und Westliche Theil, welches jetzo Hessen genennet wird, und über 300. Jahr vor Vereinigung der Ziegenhainischen Landen mit Hessen, gestifftet, auch vor jetztgemeldter Vereinigung mit stattlichen Kayserlichen Privilegiis versehen gewesen. Ob aber solche im Hessen-Lande ihre völlige Krafft gehabt, darüber ist hier zu untersuchen nicht nöthig. Was sonsten hoc folio aus des **Lezners** Beschreibung des Hospitals Hayna, und von einer nach Wittgenstein vor Alters aus dem Closter schuldig gewesenen Recognition mit præstirung eines Hahns, eines Hunds und eines Eber-Schweins, erzehlet wird, kommt auf des Auctoris *Joh. Lezneri*, der Zeit Pfarrern zu Leuthorst, Glauben, und etwa eine alte unbegründete Tradition an, sintemal mit dem Schloß Wittgenstein, denen Ziegenhainischen Landen, und dem Closter Heyna keine Connexion bekannt ist. Jetzterwehnte **Beschreibung** in 12. Bogen bestehend ist Anno 1588. 15. April. zu Mühlhausen ohne Beyfügung einiger Documenten ausgangen, aus welcher hernach andere diese Erzehlung genommen, thut aber allhier zur Sache nichts.

Daß dieser Auctor vom alten Zustand des Closters und dessen Gütern keine völlige Information gehabt, ist unter andern auch daher zu schliessen, daß er von denen Closter-Gütern zu Bergen nichts in seiner Beschreibung berühret hat. Doch ist in diesem Auctore eine wiewohl unvollkommene Anzeige davon *cap.* 3. befindlich, da er derer zum Hospital gehörigen Heßischen Dörffer, Battenhausen und Todtenhausen, gedencket, welche Dörffer eben diejenigen sind, so Ao. 1535. gegen die vormalige Closter-Güter nicht nur zu Gelnhausen, sondern auch zu Bergen, teste documento permutationis, vertauscht worden.

Was ferner hoc *Fol.* 2. *& seqq. Fol.* 3. 4. Hanauischer Seits in Ermangelung anderer Nachrichten præsumirt werden will, daß die Capelle zu Bergen, samt dazu gehörig gewesenen, jetzo de Rhonischen Gut vom Lands-Herrn zu Hanau, oder denen Parochianis erbauet, gestifftet, und dem Closter zugeeignet worden, das alles wird aus Mangel historischer Nachricht dahin geschrieben, und fället gantz hinweg, nachdem in folgender de Rhonischen Schrifft der Ursprung endlich hervor gebracht worden, welcher über 100. Jahr älter, als Hanau einig Recht auf dem Bornheimer Berg erlanget hat.

Dicto *Fol.* 4. ist nun das Haupt-Fundament, worauf man sich Hanauischer Seits vorhin etwas dunckler, jetzo aber, nachdem sie ex sententia 17. Jul. 1720. die Instantiam von anderen exemten Gütern zu Bergen wahrgenommen, deutlich gründet, und behaupten will, daß zur Zeit, als der Bornheimer Berg einem Römischen Kayser oder Könige noch zugehöret, und ehe dieses Land und Gericht durch Pfandschafft Ao. 1351. an Hanau gekommen, alle dessen Eingesessene, Geist- und Weltliche, ohne Unterscheid des Land-Gerichts, sive der Kayserl. Land-Vögte daselbst Jurisdictioni ordinariæ unterworffen gewesen.

Notanda hic erit differentia inter Jurisdictionem ordinariam istius judicii & supremam Imperatoriam; de hac nulla est hic quæstio, sed de illa, quæ erat a suprema semper dependens.

Nun will man Hanauischer Seite den Satz beweisen, aus der alten Rolle oder Weißthum de Ao. 1303. [107] Lit. A. davon ein Abdruck zu finden in der zu Hanau bey der Gräfflichen Regierung gefertigten und Ao. 1720. gedruckten Beschreibung der Hanau-Müntzenbergischen Landen unter denen Beylagen *Num.* 57. Ubi notandum, daß nach damahliger Redens-Art selbigen Orts das Wörtlein **kein** (wenn es anders recht geschrieben) so viel heißt als **ein**, wie der Sensus es also unwidersprechlich giebt. Ich habe dieses vorhin in Actis zwar angezogenes, aber jetzo erst beygelegtes Document, vid. *Act. prior. Hanov.* [4] mehrmals überlesen, kan aber den obgemeldten Hanauischen Satz daraus nicht, vielmehr dieses abnehmen, daß im Bornheimer Berg-Stiffte Herren, Ritter und Edle Knecht gewesen, welche das Vogt-Recht über ihre Güter gehabt, und ist diese Rolle mehr eine Beschreibung der Rechte zwischen denen, so Vogtey-Recht haben, und den Bauern, auch diesen unter sich selbst, als daß die Competentia Judicii ratione personarum diversæ conditionis darinnen solte beschrieben, und solche ohne Unterschied, wie Hanauischen Theils vorgegeben wird, bestätiget seyn.

Der **Pfand-Brieff** selbst Caroli IV. Imp. an Hanau de Anno 1351. welcher dem extraj. exhibito de 4. Octobr. 1726. sub Lit. M. beygelegt, besagt es auch nicht, sondern mit ausgedruckten Worten, daß so viel verpfändet, als zum Gericht gehöret.

Die Anno 1434. beschehene Belehnung an Hanau [108] (Consensus Electorum ist in obgemeldter Beschreibung Hanau-Müntzenbergischer Landen zu lesen Num. 55.) meldet auch von dergleichen Universal-Jurisdiction nichts; vielmehr hat Kayser *Sigismundus* auf die Ansuchung des Raths zu Franckfurt ein Diploma de non præjudicando ertheilet, daß es denen von Franckfurt und NB. andern unschädlich seyn solle, Anno 1434.

vid. *Privil. Francof. pag.* 291.
vid. supra dictum *Scriptum Hanovic. pag.* 82. 92.

Quandoquidem vero jura oppignorationis Caroli IV. Anno 1351. & subsecutæ investituræ Sigismundi Anno 1434. in Actis præcedentibus

tibus ante sententiam Anno 1720. publicatam fundamenti loco adducta, in seqq. scriptis maxime urgeant Hanovici adversus libertatem prædii Appellantis non solum, sed etiam aliorum in vico **Bergen** & districtu **des Bornheimer Bergs** sitorum, partim Nobilium partim Ecclesiasticorum: Visum mihi fuit hoc loco fundamentum istud in fonte ipso examinare; non quod existimem, hanc operam plane necessariam, sufficiunt enim mihi argumenta ex Legibus Imperii prolata supra, & documenta producta, ex quibus de origine bonorum cum magna rei verosimilitudine constat; adeo ut Hanovicis certior & firmior incumbat probatio, quæ certe ex documentis Oppignorationis & Investiturarum non colligitur: Sed ut ostenderem, ne isti quidem fundamento vim aliquam inesse.

Quem vero alium fontem hic quæram, quam ipsius Domini Comitis & ejus Consiliariorum historicas adsertiones in majoris momenti negotio typo Ao. 1720. publicatas, plurimisque documentis confirmatas ad informationem Aulæ Cæsareæ. Totius operis istius scopus est, ut ostenderetur, plerasque possessiones Hanovicas esse allodiales, feuda vero Imperialia non tanti momenti, uti nonnullis videretur. Speciatim documenta Oppignorationis & Investituræ **über den Bornheimer Berg** ampliora esse in verbis, quam in re ipsa.

Die hieher applicirlichen Stellen von der **alten Rolle** de Anno 1303. vom **Bornheimer Berg**, von der **Pfandschafft**, de Anno 1351. und gefolgter **Belehnung**, Ao. 1434. finden sich pag. 32. §. Das 2te usque pag. 43. in fine **keinen Zweiffel habe.**

pag. 87. §. 2. **gehört hieher.**

pag. 92. §. 11. **gehören hieher**, scil. ad classem allodialem.

pag. 96. **überhaupt aber**, usque pag. 97. in fine.

und meritiren diese Stellen abgelesen zu werden.

Ex his vero colligere licebit contra assertam in hisce Actis jurisdictionem universalem & territorialem in omni Districtu **des Bornheimer Bergs**, omniaque bona a quibuscunque possessa, tali modo:

Si totum Objectum Ao. 1351. oppignoratum tantum fuit jus centenæ cum restricta ad certos casus jurisdictione civili **des Land-Gerichts.**

Si Domini prædiorum vel Nobiles vel Ecclesiasticæ personæ habuerunt **die Vogteylichkeit auf ihren Gütern** h. e. non jurisdictonem modo civilem, sed ipsum quoque jus plenum libertatis a judicio **des Bornheimer Bergs**, (ita enim explicant Hanovici) necessario sequitur, quod Hanoviæ Domino universalitas jurisdictionis non fuerit neque oppignorata neque feudi jure collata.

Si nequidem Comitatus Imperii fuit districtus **des Bornheimer Bergs**, multo minus ei adhærens fuit jurisdictio universalis.

Consequentias puto esse certas, *antecedentia* vero ex ipsis confessionibus Hanovicis publicis sunt probata.

Neque hic officiet mihi exceptio, esse hoc scriptum Hanovicum in alia controversia ad alium finem editum, in Actis nostris non allegatum. Quemadmodum enim in dijudicandis causis utiliter adhibemus scriptores historicos de circumstantiis facti testantes, licet in Actis non allegentur, etiam extraneos, ita licebit mihi multo magis in hac quæstione historica uti testimonio publico, ex Actis domesticis ipsius Domini Comitis & ipsius auctoritate confecto, cui multo major fides erit tribuenda, quam argumentis in præsenti liticula propositis.

Per digressionem commemorare hic volui, non absque ratione Hanovicos in dicto opere pag. 34. Jus Vogtejæ pro universali & ordinaria jurisdictione accipere. Centena enim merum Imperium sive criminalis jurisdictio ex veteri Jure Romano & Germaniæ moribus antiquissimis Jure Magistratus non competiit, sed ex concessione speciali summi Principis. Hinc est, quod Imperatores sive Reges Germaniæ Jus meri Imperii præcipuum habuerint in terris Germaniæ iis præsertim, quæ fisco regio erant relictæ. Ex his erant terræ Rhenenses provinciæ. Inferior Jurisdictio Vogteja relinquebatur Dominis pagorum & prædiorum. Possem hanc rem plurimis auctoritatibus illustrare, nisi crederem, esse vobis, Domini, ex praxi judiciaria notissimam.

Sufficit adducere paucos:

Lynck. de *Superior. territ. p.* 22. 35.

Andler *Tom.* 2. *Corp. Const. Imp.* Voce **Adel.**

Wehner. *Obs. pract.* Voce: **Vogtey & Cent.**

Myler ab Ehrenb. *de Princ.* & *Stat. c.* 48. §. 16.

Hoc etiam in transitu monendum duxi, quod de statu processus Mandati in Aula Cæsarea Nobilitatis Wetteraviæ contra Dominum Comitem Hanoviæ; de quo Mandato Adj. ultim. Appellantis loquitur, mihi præter hoc adjunctum nulla sit notitia. Hanovici in his Actis negant, tale mandatum sibi fuisse insinuatum, ergo litem sibi motam esse negant vel dissimulant. Ego fictum non esse credo. Credo potius quievisse hunc Processum, non quod cœptus non fuerit, sed quod Hanovici Nobilibus status quæstionem amplius non moverint. Sunt enim hi absque dubio in possessione immedietatis.

Ad Fol. 5. 6. 7. **Alles, was hier** de jurisdictione civili in bona Ecclesiastica ex Jure naturali, gentium & civili generaliter **angeführet, und** Fol. 10. usque 15. **wiederholet wird, vermeyne ich, sey** extra Sphæram **und** ad hypothesin **undienlich.**

Fol. 7. usque 15. **wird** subjectio **des Guts** probiret **von Zeit, da es noch dem Closter zugehöret**, a situ & cohærentia sive permixtione partium cum aliis bonis subditorum.

Hoc argumentum antea fuit tractatum in Voto meo Ao. 1720. data responsio §. duo

adhuc

adhuc superſunt argumenta &c. Cui jam addo, quod argumentum hoc probet nimium h. e. etiam ad onera territorii, a quibus tamen exemtum esſe prædium conceditur. Unde vero hæc immunitas? Non sane ex privilegio aliquo Domini territorii Hanovici, sed ab origine ipsa bonorum. Dixi hac de re Anno 1720. in expositione Argumentorum Appellantis Art. 3.

Porro ab exemplis bonorum ecclesiasticorum, speciatim Cistercienſium, quæ sunt in Imperio mediata, inutile hic est argumentum per instantiam facile destruendum.

Fol. 16. adfertur argumentum de ipso Monasterio Heyna, quod fuerit Landgravio Hassiæ subjectum, adeoque jure pertinentiarum seyen auch die Closter-Güter zu Bergen nicht immediat, sondern Hanauischer Landes-Herrschafft unterworffen.

Obſervandum hic est (1.) Argumentum a jure pertinentiarum facere magis pro Hassiaca, quam Hanovica jurisdictone; (2.) An vero Monasterium Heyna in Comitatu Ziegenhain situm exemtum fuerit a territoriali jurisdictione Hassiaca post unionem Comitatus cum terris Landgraviatus Hassiæ Anno 1495. factam, vel inter Landsassios connumerandum, id quidem deficientibus documentis mihi est incertum, neque ex literis Investituræ Maximil. I. Anno 1495. datis Landgraviis Hassiæ (Copia est im Reichs-Archiv rubr. Hessen) mit Stifftern, Clöstern, geistlichen Zwing und Bann, satis id colligitur. Dixi ea de re in Voto Ao. 1720. & loc. ex Hortledero attuli, daß nicht der vierte Theil geistlicher Closter-Personen in Hessen Landsässig. §. de Monasterio Heyna speciatim notandum &c.

Bey der Vereinigung der Hessischen Prælaten, Graffen und Ritterschafft de Ao. 1509, so im Reichs-Archiv zu lesen, findet sich der Abt zu Breitenau vor sich und andere Prælaten unterschrieben; Ob aber der Abt von Heyna, als der vornehmste in Hessen juxta Winckelmann p. 431. darunter gewesen, ist ungewiß.

Nun werden dicto Fol. 16. 17. 18. diejenigen Beweiß-Stücke ex ante actis wiederholet, wodurch die Gräffl. Hanauische Jurisdiction über die Güter zu Bergen agnoscirt, sind aber nicht älter, als ab Anno 1527. da Land-Graff Philipp mit dem Closter die Veränderung schon gemacht, und die Güter zu Bergen angesprochen, dahero diejenige, so sich Aebte des Closters genennet, und zu Mayntz sich aufgehalten, (Warum nicht auf dem Closter-Gut zu Bergen? Resp. Es war kein Hauß allda zur Wohnung. Denn die Güter allda sind nicht als ein Corpus zusammen gestifftet, sondern successive kleine Stücke zur Capelle allda gewidmet worden, daraus in jüngern Zeiten das Gut entstanden, und eine Wohnung per Appellantem *de Rhon* auf die darzu erkauffte Stätte gebauet worden. Vorhin tempore Abbatum & Landgraviorum waren die Güter Hanauischen Unterthanen verlehnt) durch Gräffl. Hanauischen Schutz, ehe noch der Graff zu Hanau sich zur Augspurgischen Confession bekannt, welches, wie obgemeldt, Anno 1522. erst geschehen, etwas zu erlangen verhoffet. Ob diese Aebte den Besitz der Einkünffte gehabt, wie die Hanauische Schreiben der Zeit melden, [110] [111] [112] möchte wohl aus derselben flehentlichen Ansuchen noch wohl zweiffelhafft seyn.

Auf alle solche vorhin cum Exceptionibus [31] producirte Beylagen Aebtischer Schreiben und Erklärung, ist in meinem Voto Ao. 1720. geantwortet in *Examine Classis primæ* der Beylagen. Worzu noch dieses beysetze, daß diese sich als Aebte gerirende Ditmar und Johannes dafür nicht einmahl passiren können; Denn *Meinolphus* Abbas, welcher vor Veränderung des Closters Abt gewesen, hat noch Anno 1574. gelebet, in welchem Jahr er verstorben.

vid. Winckelmann *Chron. p.* 432. *seq.*
Lezner Bericht vom Heynischen Hospital *cap.* 12.

Dahero der Land-Graff obgenannte Ditmar und Johannem vor Aebte nicht erkannt, also ihre Brieffe und Erbieten gegen Hanau, nach Gestalt selbiger Zeiten, gar keinen Beweiß geben dessen, was Hanau daraus folgern will.

Fol. 19. usque 26. Werden diejenigen Beylagen wiederholet, wodurch erwiesen seyn solte, daß die Herren Land-Graffen Hanauische Obrigkeit über das Gut zu Bergen erkannt, und sich derselben unterworffen hätten. Wie es mit denen Schreiben Land-Graff Philipps bewandt, habe in Voto meo Anno 1720. beym *Examine Classis secundæ* der Beylagen angezeiget. Es ist zwar die Hanauische Antwort auf des Land-Graffen Schreiben Num. 17. 20. 21. de Anno 1528. oder wie es heissen solle 1529. item Ao. 1531. 1533. Fol. 31. pag. versa mittelst der Beylagen *D. E. F.* [110] [111] [112] beygebracht; Aber auf die Haupt-Schreiben Num. 23. 24. sagt man, es finde sich die in Sententia erforderte Hanauische Antwort im Archiv nicht. Aus vorigen Hanauischen Schreiben habe ich dasjenige, so ich zu Behauptung ihrer Intention anzutreffen vermeynet, nicht gefunden, nemlich die Beruffung auf Hanauisches Jus territoriale und etwa gethanen Vorbehalt Jurisdictionis, welches doch auf des Land-Graffen ziemlich bedrohentlichen Schreiben vom 25. Octobr. 1533. welches vorhin Extract-Weise Num. 23. jetzo Lit. H. [114] im gantzen Inhalt produciret, allerdings nöthig gewesen wäre.

Ich kan gewißlich aus diesen Fürstlichen Schreiben keine Erkänntniß Hanauischer Obrigkeit über das Closter-Gut selbst befinden. Omnis interpretatio verborum fieri debet juxta naturam materiæ substratæ. Hic vero non erat sermo Landgravii de potestate territoriali Hanovica in ipsum prædium, sed de reditibus a colonis, qui erant subditi Hanovici, præstandis juxta voluntatem Landgravii. Ergo

verba, **unter euch gelegen**, de potestate territoriali accipi non debent, sed de situ, neque tunc temporis ea erat, quæ hodie, istorum verborum & phraseos captatio. Sane ex istiusmodi literis, nisi etiam *Actus exercitæ jurisdictionis* in ipsum prædium ostendantur, argumentum admodum debile adstruere puto Hanovicos.

Ex literis Ludovici Landgravii de Ao. 1568. antea Num. 37. nunc in toto tenore productis Lit. G. [115] id quod existimant Hanovienses, minime elicitur; ita sunt verba: **Ob schon solche Unsere Güter unter Uns**, i. e. in Hassiacis terris, **nicht gelegen, sind Wir doch, vermög gemeinen allenthalben Herkommens und offenbaren Rechts, derselbigen nach Unserm Wohlgefallen und billigen Fügen, die zu** administriren **mächtig** &c. Scilicet, tunc erant publicatæ Constitutiones Imperii cap. 1. hujus Voti recensitæ Anno 1544. & 1555. Materia substrata erant præstationes Colonorum vel conductorum subditorum Hanovienſium, facultas Landgravii conductionem tollendi & per suos administrandi bona.

Querela erat Landgravii de protracta justitia, & desiderat scire, in quo judicio isti conductores rustici essent conveniendi, **vor der Hanauischen Cantzley oder vor dem Bauern-Gericht? Und daß dieser Herr Land-Graff Ludwig, welcher zu Marpurg** residiret, **vom Zustand, Ursprung und Freyheit der Closter-Güter zu Bergen wenig Nachricht gehabt, ist leicht zu erachten, auch unter andern daraus abzunehmen, daß er** in literis Num. 34. Anno 1564. **vermeynet, die Güter rührten her von Adelichen Personen von Hegenau,** errore manifesto, cum habeant originem a Monasterio *Hegene* sive *Heyna*.

Von denen Schreiben Land-Graff *Philippi* **zu Sultzbach** ex linea Darmstadiensi **und dessen Frau Gemahlin, ist noch weniger zu urtheilen, daß sie von denen alten Closter-Rechten** Information **gehabt.** Objectum dieser **Schreiben betraff** personas, quæ licet essent Officiales Landgravii, tamen alia ratione erant subjecti Jurisdictioni Hanovicæ, id quod in priori meo Voto Anno 1720. ostendi. **So hat auch dieser Land-Graff** in literis 2. Nov. 1614. vid. Adjunct. proces. reprod. Lit. D. [7] **die Hanauische** Jurisdiction **in der Kellerey gar nicht** agnoscirt; **Dahero den** Delinquenten, **welcher den Wein gestohlen, dahin zu stellen begehrt. Die Hanauische Antwort vom** 21. Nov. (ita enim corrigendus est error dati) **ist** inter *Adjuncta Except. N.* 5. **und** contradicirt **zwar des Land-Graffen Begehren, wollende Ihm keine Obrigkeit, noch ein mehres, als hiebevor das Closter Heyna berechtigt gewesen, zustehen:** Sed hinc non sequitur conclusio ad fundatam Jurisdictionem Hanovicam in ipsum prædium. Erat hic substrata materia de foro delicti. Hoc negabant Hanovici competere Landgravio, qua Domino prædii, forte quod ex veteri consuetudine & jure criminalis Jurisdictio fuisset Regis Germaniæ, deinde cessa Domino Hanoviæ. Volunt tamen permittere Landgravio ea jura, quæ olim habuerit Monasterium. Ergo si probatum daretur, quod nunc satis est probatum, Monasterium habuisse bona sua in Bergen libera a jurisdictione Hanovica, sequitur, quod eadem libertas competierit, neque contradicta fuerit ab Hanovicis Domino Landgravio & eis, qui in ejus locum succeſſere jure eodem, titulo emti venditi.

Multum sunt disparata, quod ego in priori meo Voto aliquoties monui, & hic ad Fol. 26. 27. scripti Hanovici repeto, defectus jurisdictionis activæ, & subjectio respectu alterius jurisdictionis passivæ. A negatione activæ jurisdictionis non sequitur ad statuendam passivam. Plures enim possunt esse causæ, quod Dominus prædii liber alioqui a jurisdictione alterius Domini immediati passiva, non tamen exerceat jurisdictionem propriam; vel quod careat subditis sive subjecto jurisdictionis, vel quod administrentur bona per alterius Domini subditos, in foro ordinario casu existente conveniendos. Talis existebat casus tempore possessionis Principum Landgraviorum. Ita enim sæpius in Actis Hanovici contenderunt, & quasi ex jure provinciæ postularunt, conductionem bonorum perpetuam esse relinquendam subditis, & ita per duo secula fuisse observatam. Scripserunt hoc circa initia Seculi XVII. vid. in *Act. Mandati de Ao.* 1697. [80] & *Adjuncta* [99] [100] [111]

Es möchte wohl gefragt werden, warum die Hanauischen Räthe mit ihren angerühmten Fürstl. Hessischen Bekänntnissen, so doch für keine Actus exercitæ jurisdictionis in prædium passiren **können, nur bis** Anno 1614. **hervorgekommen, da doch die Güter zu Bergen bis** Anno 1669. **in Fürstl. Darmstädtischen Besitz und** Administration **gewesen, binnen welcher Zeit, und hernach** post venditionem **an Ochsen, bis** Anno 1695. **in welchem Jahr das Gut an jetzige Besitzer käufflich gekommen,** vermuthlich **einige** Actus jurisdictionales **in diesen** 80. **Jahren entstanden seyn würden?** de quibus silent Hanovici.

Daß sonsten vorzeiten die Stiffter und Adeliche Personen im Bornheimer Berg Vogt-Recht gehabt, h. e. Jurisdictionem ordinariam, **und also** Domini liberi ab alterius jurisdictione, excepta suprema Imperiali, **gewesen, ist von mir oben aus Gräffl. Hanauischen eigenen** Assertis **gezeiget, und mag das Closter** *Heyna* **vorzeiten** homines proprios **allda gehabt, und über solche, wie auch ihre** Censiten Vogtejam **im Closter-Hoff zu Franckfurt** exercirt **haben. Nun sind** homines proprii **vom Gut abkommen,** Censitæ varii **sind noch dabey, und ist von solchen eine Hanauische wiewohl unvollkommene** Designation in *Actis Mandati* [25] **über welche doch,** casu existente, **Hanauischer Herrschafft** Forum ex observantia recentiore fundirt **zu seyn ich erachte, doch daß sie dem Gut-Herrn** Justitiam **bedürffenden Falls zu** administriren **schuldig. Dem** Appellanti **werde ich also** activam jurisdictionem **nicht**

nicht zusprechen, cujus nequidem existit subjectum; hingegen ihn auch nicht ad passivam in prædio & in prædium verbinden. Coërcitio domestica famulorum bleibt ihm dennoch, wie jeglichem, hier unbenommen, und zwar also, daß, wenn e.g. ein Knecht etwas unrechts thäte, die Hanauische Obrigkeit nicht sofort zugreiffen dürffe, sondern seinen Herrn pro satisfactione anzugehen hätte. In peinlichen Fällen darff auch Appellans keinem Missethäter im Hauß Auffenthalt verstatten, sondern muß auf Erfordern solchen heraus geben.

Fol. 27. usque 30. werden diejenigen Actus ex ante actis wiederholet, dadurch erwiesen worden sey, daß die Possessores Ochs und *de Rhon* selbst Hanauische Jurisdicton anerkennet. Vid. *Posit.* 28. *usque* 37.

Auf diese ist in Voto meo Anno 1720. geantwortet §. Supersunt actus illi, qui sunt recentiores. Gewißlich es zeiget die Transaction de Anno 1699. gar nicht, was Hanauischen Theils daraus will gefolgert werden. Vid. *Voti mei præced. Caput penultim.* quod recenset argumenta Appellantis.

Was posit. 31. von dem an Hanau, als Lands-Obrigkeit, ausgewürckten Mandato de sequestr. angeregt, wird in [144] pure contradicirt.

Wie nun die Fol. 30. gerühmte fast 200. jährige Possessio Jurisdict. (antea dixerant, etliche 100. Jahr her) gegründet, ist aus vorigem zu erkennen; und gestehen die Hanauischen nun selbst, daß sie ante Ann. 1527. von keiner Possession gewust. Dann ab hoc tempore fangen sie an, die Zeit ihrer Possession zu zehlen, und wollen doch Titulum von Zeit der Verpfändung Anno 1351. herholen.

Fol. 31. wegen der gerühmten Huldigungs-Actuum wollen sie von Verweigerung nichts wissen; Dargegen aber antea producta zum Zeugniß dienen. [66] Vid. *Votum de Ao.* 1720. *in capite de probatione* §. *Præmittenda autem sunt &c.*

Dict. Fol. gehet der Gräffl. Hanauische Advocatus in ordine sententiæ Cameralis fort zur Folgleistung. Ich habe die Urthel in gewisse Capita per literas abgetheilt, und will solche hier nach einander vornehmen.

Ad Lit. (a) de ulterioribus documentis, dicunt: sie hätten keine supra Fol. 2. & 18.

(b) Von etlich hundert-jähriger Possession dictum paulo ante Fol. 31.

(c) Von der Huldigung etiam dicto Fol. 31.

(d) Die von Herrn Land-Graffen anerkannte Possession zu bescheinen. Hieher gehöret alles, was Fol. 19. usque 26. angeführt.

(e) Die Hanauische Erklärung ad literas Domini Landgravii, dictum ibidem & Fol. 31. verso.

(f) Ferner der Sache Erläuterung zu geben, dicunt Fol. 32. sey gnug erläutert. Actoris vero esse probare. Huc pertinet pars mei Voti, cui parti incumbat probatio.

(g) Die Beylagen 10. 23. 37. sind zwar in toto tenore beygelegt. Von Num. 23. 37. ist oben schon ad Fol. 26. gehandelt.

(h) Die Beylage Num. 10. giebt nicht mehr Erläuterung, als der Extract vorhin gegeben. Vid. *Votum* de Anno 1720. in fine capitis, quo Adjuncta Hanov. Exceptionum examinata sunt, ibi: Porro ajunt Hanovici &c.

Wegen der Güter im Ysenburgischen weiß man nicht, ob es Fundi oder etwa Census seyn, und alle übrige Umstände sind unklar, und wann es damit gleiche Beschaffenheit hat, wie mit dem Heyner-Hoff zu Gelnhausen und zu Franckfurt, so ists gewiß, daß an beyden Orten das Fürstliche Hauß Hessen-Cassel solche gantz exemt a Jurisdictione Magistratus besitzet.

(i) Wegen der Grund-Zinsen sey der Grund-Zinß vom Keller abgetilgt. Nesciunt, ob *de Rhon* vom gantzen Flecken Bergen oder einem Theil Grund-Zinß zu fordern habe. A censu vero ad jurisdictionem non esse consequentiam. Nota: Ist auch daraus kein Argument genommen worden. Vid. *Votum de Anno* 1720. *Capite de Monasterio Heyna.* §. *De antiquissimo possessore &c.*

(k) Von Wohnung und Qualität der Keller, so vormals das Gut in Aufsicht gehabt, dicitur, Actorem debere probare, und könne nicht bewiesen werden, daß diese Leute alio respectu Hanauische Unterthanen gewesen. Huic postulato satisfieri potest per ea quæ supra ea de re fuerunt deducta. Adde *Votum meum Ao.* 1720. *in Examine Adjunctorum Classis* 4. & 5.

(l) Wegen anderer freyen Güter zu Bergen sind alle übrige Blätter dieser Hanauischen Schrifft dahin gerichtet, daß sie im gantzen District des Bornheimer Bergs gar keine Exemt-Güter gestehen. Argumenta omnia recidunt ad ea, quæ supra fuerunt dicta f. 4. die alte Rolle, der Pfand-Brieff und Ao. 1434. erfolgte Kayserl. Belehnung über das gantze Gericht, dahingegen die Ritterschafft am Rhein-Strom kein älteres hätte, als de Anno 1542. dann werden die Hanauischen Privilegia exemtionis fori a Judicio Rotwilensi & Westphal. aliisque extra suprema Imperii angezogen und beygelegt. Lit. L. Worüber Cammer-Richter und Beysitzer des Cammer-Gerichts zu Conservatoren und Schutz-Herren geordnet. Anno 1570. Sed hæc omnia salva manent, nihil tamen ad substratam materiam.

Fol. 41. wird Agnitio Jurisdictionis Hanovicæ zu Bergen von niemand geweigert, so viel man wisse. Verum hoc mihi valde dubium videtur. Vid. *Cap. Voti sæpe dicti, Capite de Actione probanda, versu: Præmittenda sunt &c.* Mit der Ritterschafft zu Friedberg sey Hanau in Lite am Kayserl. Hoff.

Fol. 42. Ad Clausulam Sententiæ inhibitoriam provisionalem declarant, solcher in gesundem Verstand nachzuleben, h. e. ratione immunitatis ab oneribus, non vero ratione exemtionis a jurisdictione, worin man Hanauischer Seits in possessione sey. Alias summum Imperii totius præjudicium esse metuendum.

Finis scripti Hanovici [106]

Caput III.

Sequitur die Rhonische Abfertigung (144) mit Beylagen (145) auf welche hernach alle folgende beyderseitige Schrifften sich referiren; Dahero ich meine Observationes allhier auf alle solche Schrifften zusammen ziehen will.

Fol. 1. 2. 3. sind Generalia. De delatione juramenti facta infra plura.

Dict. Fol. 3. Ist das erste Document sub Lit. U. der Fundation-Brieff des Closters vom Graffen zu Ziegenhain interventu Archi-Episcopi Moguntini *Sigfridi*.

Dieses Document in simplici Copia productum hält der Hanauische Advocatus in der nochmahligen Folgleistung und Gegen-Schluß-Schrifft [154] Fol. 4. vor falsch. Copiam mag Advocatus Appellantis ex aliquo libro Cistercienſium Monasteriorum genommen haben, beziehet sich aber ad *Scriptores rer. Mogunt. Vol.* 1. *p.* 589. Und kommt das Documentum mit der daselbst befindlichen Erzehlung völlig überein. In ob-angeführter *Lezners* Beschreibung des Hospitals cap. 2. in fine ist der solenniter beschehenen Einweyhung des Closters per *Sigfridum* Archi-Episcop. Mogunt. qui erat ex Familia Comitum de *Epstein* auch erwehnet, adeo ut de veritate rei nulla sit dubitandi ratio.

Quidquid etiam dicant Hanovici in ultimo exhib. extrajudic. 4. Octobr. 1726. f. 7. sed præter Historicam notitiam de Monasterii Haynæ fundatione ad præsentem decisionem tota hæc res præcipuum momentum non confert.

Sequuntur *Diplomata* Regum Roman. WILHELMI & RICHARDI Lit. W. X. Y. ex Annis 1250. 1252. 1262. dienen darzu, daß des Closters Acquisitiones derer zum Reich gehörigen Güter approbirt werden.

Et est res in his Diplomatibus satis memorabilis in multis aliis non occurrens, quod Monasterio data sit facultas acquirendi bona Imperio attinentia, id quod, si de mediatis intelligi volunt Hanovici, necesse est, ut frustraneum fuisse privilegium summorum Principum asserant, qui tamen aliquid singulare largiri Monasterio voluere.

Alles, was hier de fide horum Diplomatum, de legitima electione istorum Regum von Hanauischer Seiten in [154] f. 6. 7. 8. vorbracht, und in dem extrajud. exhibito. 4. Oct: 1726. f. 8. wiederholet, hingegen in [155] zu deren Salvirung angeführt, thut zu gegenwärtiger Decision hauptsächlich eben nichts: Man siehet aber, wie unnöthige Scrupel in allen Stücken Hanauischer Seits gemacht worden; und bedüncket mich, der Rhonische Advocatus hat solche Historice sattsam beantwortet, und von Königs WILHELMI Diplomatum Gültigkeit zu disputiren, würde viel grossen Häusern in Teutschland ungelegen seyn, welche von selbigen stattlicher Gerechtsame Ursprung herholen.

vid. Ludwig. *Diplom. Tom. II. pag.* 247. *seqq.*

Ich weiß zwar wohl, daß Königs *Wilhelmi* Regierung erst nach dem Tode *Conradi IV.* Anno 1254. von einigen Historicis pro legitima gehalten wird;

Hahn in der Reichs-Historie *p.* 277.

Non me dimovere potest ab hac sententia, quod Actoris Advocatus verba conventionis ita interpretetur, quasi dictum fuisset inter paciscentes, wann ein Bruder wieder sein Pactum und Obligation de facto handeln, und sich cum extraneo einlassen würde, so solle alsdann nicht allein Actio ad interesse, sondern auch in ipsam rem directa contra possessorem bevorstehen, non exclusa actione ad interesse. Nam (1) hæc foret interpretatio verborum admodum violenta contra Juris regulam, quod tertius ex pacto aliorum obligari nequeat. (2) Nondum est probatum, quod frater wieder sein Pactum und Obligation de facto gehandelt habe, qua de re in sequenti articulo dicemus.

Hæc, quæ dixi, tametsi sufficere putem ad absolvendum Reum *Guttenbergium*, adeo ut opus non sit ulteriori examine quæstionum in deductione [59] formatarum, atque in subsequentibus scriptis eodem ordine hinc inde disputatarum, quia omnes istæ quæstiones juxta principium decidendi meum hucusque explicatum, sunt inutiles, & ad hypothesin nihil facientes: Tamen, ne labori peperciisse videar, proponam eas breviter cum mea epicrisi.

§. 3. Quæstio 1. An Actori competat Jus retractus contra venditionem, h. e. ad venditionem rescindendam?

Hanc affirmative decidendam esse putat, ex fundamentum §. 1. adductis.

Respondeo: Die Ritter-Ordnung und Privilegia reden de prohibita alienatione in extraneos, & de tali casu, qualis est noster, nullibi exstare statutum vel privilegium, auch hat der Kläger mit Entrichtung oder Depositon der Kauff-Gelder, nach dem Privilegio Leopoldino Anno 1688. sich nicht einmahl gehalten. Deinde der Theilungs-Recess de Anno 1665. est pro Emtore *Guttenbergio*, quia frater Actor conditiones emtionis contractæ sua ex parte adimplere recusavit. Si enim eas acceptare voluisset, hac actione non fuisset opus.

Ergo in hypothesi negative decidendam esse quæstionem puto.

Quæstio 2. An perdiderit Actor Jus agendi, quia pretium non obtulerit & deposuerit?

In hac quæstione resolvenda multum utrinque fuit desudatum, sed inutiliter.

Nam si versamur in casu Retractus conventionalis, ut actor ipse declaravit aperte ad hanc quæstionem, frustra quæritur de amisso Jure retrahendi, cum id perfecto contractu & re tradita, non habuerit. Si præsupponeretur contra ipsius Actoris declarationem Jus Retractus gentilitii, conditiones requisitas utique non adimplevit.

Quod vero ait de incertitudine pretii, respondetur, quod contractus ei fuerit communicatus; nam ipse in Camera produxit eundem initio litis [6], sed *Truchsessius* suspicionem prætexuit esse simulatum, cujus suspicionis nulla aderat causa, sed hoc tenebat *Truchsessium*, quod successionem feudalem gratis obventuram sibi animo concepisset, non sine captatione mentis fraternæ, ut circumstantiæ & ipsa narrata Mandati & Replica [14] docent, erat enim pater septuagenario major,

Vide [21] juncto [9] & narrata Mandati.

adeoque ad pretium solvendum, quod in retractu erat necessarium, nullo modo erat paratus, neque habebat voluntatem; id quod aperte satis testatur Actor in [14]. Daß der Anschlag ihm deswegen nicht angestanden, weil die Lehn mit darunter begriffen, in welchen er vorhin succedirte.

Num vero fratri integrum fuerit vendere cum allodialibus bonis etiam feudalia, hoc pertinet ad Sectionem alteram Voti, ubi vindicatoria Actio tractabitur. Hoc loco sufficit animadvertisse:

1. Actionem personalem contra emtorem & possessorem, qui actori obligatus non erat, male esse institutam,

2. Contractum fuisse initum super omnibus bonis in complexu, & pretium fuisse certum, retrahentem vero omnes conditiones adimplere teneri, neque ex pluribus bonis simul venditis, unam alteramque particulam retrahere licere, adeo ut etiam ad majus pretium teneatur, quam alias res esset valitura,

Carpz. 2. *Const.* 33. *def.* 1. & 7.

ubi argumentum a contrario ita procedit: Retrahenti permittendæ sunt eædem conditiones & commoda, quibus emtio fuit inita;

Tiraquell. *ad Carpz.* allegatus.

Ergo & easdem conditiones subire tenetur, quas venditor ab alio fuit stipulatus. Et hanc sententiam Jure communi veram esse, probat

Esbach *ad Carpzov. dict. def.* 7.

Quæst. 3. A quo tempore currat Jus retrahendi? Hanc quæstionem ex præcedente dependere, ait Actor. Ergo eadem erit etiam mea responsio.

Quæst. 4. An Emtor teneatur admittere taxationem impartialium? Ratio affirmationis est pactum fraternum, quod Emtor sciverit. Multa hinc inter partes disputatio, quæ tamen, ex mea hypothesi, est inutilis. Negavi enim

enim ex principiis Juris indubii, actionem competere contra tertium, exceptionem vero fraudis sive doli ab actore probatam non esse. Si quis consideret verba §. 6. Recessus, bey welchen es juxta §. 1. verbleiben solle, ibi: und es allerdings bey dem verfaßten Buchstaben verbleiben solle, so versiren wir nicht in casu der beliebten Freunds-Schätzung, dann die letzte Worte: **Wann auch ein Bruder** ꝛc. erfordern nicht einmahl Denunciationem, sondern reserviren nur Jus retractus, i. e. die Wiederlösung. Accedit, daß noch grosser Zweiffel seyn möchte, ob nicht die Güter in complexu mehr wehrt gewesen, als sie verkaufft, diese Gefahr hätte der Kläger auszustehen, und immittelst Unkosten genug zu tragen.

Die Umstände in der Schrifft [93] bescheinigen, daß das Pretium nicht simulatum, nicht übermäßig, sondern verum und adæquatum gewesen. Palmarium vero est argumentum, quod Actor versetur in hypothesi, daß die Lehn-Stücke nicht mit anzuschlagen seyn.

Itaque de æstimatione impartiali nunquam fuissent conventuri. Ergo frustranea est ista disputatio.

Quæst. 5. An non verum pretium jurato sit indicandum? Respondi ad hanc quæstionem supra ad quæst. 2. & 4.

Quæst. 6. est de Actione ad interesse contra venditorem, nunc ejus hæredes, quam peculiari tractatione jam aggredior.

De Actione ad interesse.

§. 4. Actionis hujus probatio requirit necessario demonstrationem, quod frater venditor leges conventionis violaverit.

Leges conventionis ex Recessus fraterni §. 6. sunt tales:

> Ein Bruder soll schuldig seyn, dem andern Bruder zuförderst anzubieten:

Factum hoc esse a fratre alienatore, docet *Recessus Svinfurtensis* Ao. 1694. [35] Weil aber dieser Recess, Anbietung und Acceptation casu §. ultimi ibidem existente, vide allegatos in *Speciei facti* num. [5] & [84] als nicht geschehen zu achten, so ist die Anerbietung anderweit bewerckstelliget sub [85] quod est in confesso.

vid. [84] adde *Documenta* in specie facti allegata [104.]

Porro, soll der Bruder dem andern die alienirende Stücke in leidlichen und billigmäßigen Wehrt, oder nach Erkänntniß unpartheyischer Freunde überlassen.

Multi super hoc articulo moventur fluctus, es hätte der Bruder, da ihm die 40000. fl. nicht angestanden, es auf Freunds-Erkänntniß sollen ankommen lassen, nicht aber zufahren, und den Kauff schliessen sollen. In hoc articulo omne præsidium inveniisse putat Actor.

Sed notandum est inprimis, daß es dem klagenden Bruder nicht darum, sondern daß er die Güter, bevorab die Lehn-Stücke, ohne Geld per successionem legitimam feudalem bekommen, und diese in Anschlag nicht mitbringen lassen wolte, zu thun war, und dahero vermeynte, er könte mit einer dem Wehrt der Güter gantz unproportionirten Summa, gleichsam ex benevolentia sua erga filiam fratris, davon kommen. *Pretium enim* der 85000. fl. *si consideretur corpus bonorum cum melioration*ibus *insignibus*, a quo tamen excluſa erant feuda Saxonica, *videtur esse justum*, id quod pluribus demonstratur palpabiliter in [93.] **Was aber im Druck des Klägers vom** *Fideicommisso familiæ* **angeführt wird**, und de renunciatione filiæ, solches ist extra acta, nichts darvon probirt, und dißfalls auch nichts verhandelt, also daß ich darauff nicht reflectiren kan, ignorans, was Gegentheil dagegen excipiren könne. War auch res altioris indaginis, ob der brüderliche Theilungs-Recess aufgehoben worden.

Etenim fratres in dicto loco polliceantur pretium ÆQUUM, h. e. quod rei esset adæquatum tempore venditionis, patet oblatam summam 40000. florenorum erga den Anschlag auf 116085. fl. vexam magis sapere, quam animum justo & æquo pretio rem emendi.

Sequitur etiam, quod fratri venditori, cum alter in isto oblato perstitisset, nihil possit imputari, quod legem conventionis non observaverit, sed quod res ad sequentem casum des brüderlichen Theilungs-Recessus dicto §. 6. devenerit, deßfalls aber der Bruder zu solchem Kauff kein Belieben hätte, soll der andere Bruder damit anderwerts zu verfahren, und zu gebahren ungehindert und unaufgehalten seyn, jedoch ne fiat alienatio in potentiorem; nisi ex necessitate. De hac ultima exceptione nulla in præsens est controversia, quia *Guttenbergius* Nobilis immediatus æqualis ordinis, vide [9] & adquisivit bona, & est possessor.

Hic in quæstionem venire potest, quando intelligatur frater zum Kauff kein Belieben zu haben? Sane, qui aliquid vult, sed non æquis conditionibus, is censetur renunciare.

Ita in materia retractus, qui ab initio easdem conditiones acceptare recusat, non potest dici voluisse, neque tenetur venditor ad alia solennia & tractatus.

vid. Mev. 2. *decis.* 251. *n.* 6. *& decis. seq.* 252. Versu: Haud tamen & *decis.* 253. *n.* 1.
Adde Gail. 2. *obs.* 19. *n.* 8.

Cum

Cum itaque frater venditor denunciatione & venditionis & pretii, non quod ipse antea im Anschlag petierat, sed quod ab emtore revera stipulatus erat,

vid. Mev. *p.* 3. *decis.* 324.

esset perfunctus erga fratrem, hic vero in pristinis oblatis 40000. florenorum & taxationis perstitisset, h. e. causas quæsivisset in longum protrahendi negotium, & bona feudalia successionis titulo adquirendi, wie ihm dann vorgerückt wird, daß er post recessum Suinfurtensem den Anschlag über Jahr und Tag bey sich ohne Erklärung behalten, vide [9] Breviter: Fratrem a potestate alienandi in pacto concessa, excludendi, huc enim omnes istæ dilationes tendebant; existimo, fratri juxta verba pacti integrum fuisse, cum alio contrahere. Ergo leges conventionis violasse fratrem venditorem, non censeo. Adeoque actionem ad interesse probatam non esse concludo; & si supponatur, verum esse pretium, non foret magni momenti interesse, dann juxta Declarationem Actoris, soll das Interesse bestehen in der Ubermasse Pretii, wo die nicht vorhanden, cessabit interesse, cujus consequens est, Reum ab hac actione esse absolvendum.

Quod etiam ex ipsis verbis pacti fraterni confirmatur; Nam in ultimo versiculo §. 6. casus ita exprimitur: Wenn ein Bruder ante factam denunciationem vel oblationem, dennoch die Güter verkauffte, so soll dem andern Retractus i. e. der Einstand bevorstehen. Ergo hat der Bruder auch sine denunciatione verkauffen mögen, sine periculo Actionis ad interesse, quod alias fuisset exprimendum.

Sectio II.

De Actione Feudi vindicatoria.

Actio. §. 1. ACtionem præcedentem Retractus & ad interesse non multum curare videtur Actor, dum post mortem fratris venditoris præcipue vindicatoriæ actioni insistit, & separationem feudi ab allodio, in eumque finem Commissionem petit. Hanc separationem si decrevisset Sententia Cameralis 29. *Oct.* 1697. & sequens 27. *Oct.* 1700. tunc forte virtualiter Actorem in suis finibus & conclusionibus fundatum esse, decisum fuisset. Verum id factum non est.

Nam prima sententia 29. Octobr. 1697. est nuda reservatio actionis instituendæ tempore legitimo. In sententiis Cameralibus, quando aliqua reservatur actio, ideo non liberat actorem a debita probatione, neque exceptiones excludit. Altera sententia 27. Octob. 1700. hoc, quod jam dixi, magis confirmat, quia est mere actoria ad petitam Commissionem, h. e. ut altera pars desuper audiatur, & exceptiones admitterentur.

Ergo res adhuc est decidenda, & an Actio Vindicatoria feudi probata sit, indagandum: *Et quidem pretio non refuso.*

§. 2. Fratrem esse venditoris actorem, adeoque a communi parente descendere, non est dubium, per consequens proximum agnatum.

Feudum alienatum a Vasallo possessore, a proximis agnatis Jure delatæ successionis vindicari posse, Juris est indubitati regula.

2. *Feud.* 16. *&* 1. *Feud.* 8..

Struv. *Jus Feud. cap. XIII. aph.* 16. 17.

Albert. Brun. *in Consil. feudal.* 77. *Vol.* 1.

In thesi ergo, si probatione ulteriore opus non haberet frater, neque opus foret simultanea investitura, possemus statuere, actionis fundamentum hoc, salva exceptione, esse probatum. Sed dubium me tenet, quod allegatur a Dno. Episcopo in literis ad Actorem [11] 3. Jan. 1696. scriptis, es sey bey ihme Herrn Bischoff eine ausgemachte Sache, daß beyde Theile, *i. e. uterque Fratrum*, nicht *pro Coinvestitis* erkennet, und weil bey demselben, der uhralten & innumeris præjudiciis firmirten Observanz nach auf Schild und Helm ein Würtzburgischer Bischoff nicht gelehnt werde, so würde er nichts zu sagen haben. Porro in scripto [34.] Reus Guttenbergius Actori expresse objicit, *quod simultanee investitus non sit, adeoque Jus succedendi non habeat.*

Quanquam vero in Franconia simultanea investitura talis, qualis est in Saxonia, introducta non sit, per ea, quæ leguntur apud

Meichsner *Vol.* 1. *Tom.* 2. *Lib.* 1. *decis.* 1. *pag.* 5. in Conclusionibus Dni. Episcopi Herbipolensis, & *pag.* 11. Depositi. testis quarti.

cum tamen ipse Actor in *Replica* sua [14] *ad num.* 4. simul ad Jus *simultaneæ investituræ* tanquam fundamentum actionis provocaverit, & in pacto fraterno ab utraque parte confesso §. 3. mentio fiat expressa simultaneæ investituræ, existimandum erit, intelligi simultaneam investituram vel Saxonici Juris vel *Juris communis.* De Saxonica dubito, an ab Actore intelligatur, & an ipse juxta eandem se qualificare ad successionem feudi possit; de ea vero, quæ est Juris communis, quæ describitur a Struvio J. F. *cap.* 9. §. *XV. in Exegesi num.* 1. notandum est, quod *investitura utriusque fratris Truchsessii a morte patris* sit quidem apud me extra dubium, per §. 3. des brüderlichen Theilungs-Recessus, *sed facta deinde divisione*

inter fratres auf erb- und ewiglich), & cessante omni communione, si frater unus in alterius portione succedere velit, necesse est omnino, ut probet Actor, quod *post divisionem factam* Anno 1665. investituram cum pacto de succedendo renovaverit, *nam hoc absolute necessarium esse*, ostendunt

Hartmann. Pistoris *Obs.* 186.
Franzk. 1. *Resolut.* 19. *n.* 16. quos sequitur Struvius *cap. X.* §. 2. *n.* 4. *&* §. 3. *n.* 5. ubi eandem rationem esse docet, si dividant Vasalli, quæ erat in divisione dominorum feudi.

Neque de Jure Saxonico hi loquuntur, sed de Jure communi etiam: Et esse id Imperialis quoque Curiæ praxin, docent innumera exempla investiturarum de feudis post separationem inter fratres factam susceptarum in Aula Imperiali. Quod confirmatur per Textum Juris Feudalis Longobardici 2. *F.* 12. ibi: Si duo fratres in casa communi post mortem patris habitaverint, h. e. in communione fuerint, & unus eorum feudum adquisiverit, (id quod etiam fieri dicitur per divisionem.

vid. Hartm. Pist. & Franzk. *dd. ll.*

Textus enim in hoc versu non loquitur de feudo novo, sed paterno, arg. verborum: IN CASA COMMUNI POST MORTEM PATRIS) plerique dicunt, ad alium non pertinere, sed ad dominum, NISI PER PACTUM. Hoc ipsum est quod Jure feudali Alemannico est constitutum, & in omnibus exemplaribus apud Schilterum *cap.* 65. §. 1. legitur: Ein Herr mag viel Brüdern ein Lehn leihen, daß sie es mit gesamter Hand empfahen, und gleiche Gewehr davon han, und wollen sie sich scheiden mit dem Gute und theilen es unter sich, das thun sie wohl ohne des Herrn Urlaub, wenn sie aber das Gut unter sich getheilet, so hat ihrer keiner Nutzen an das andere Gut; Ita ut sola investitura simultanea repetita ad effectum succedendi, iis consuli possit.

vid. Schilt. *tract. de Invest. simultan. cap.* 7. §. 3.

Licet itaque simultaneam investituram Saxonicam in Curia Herbipolensi, cujus vi succedat agnatus, in usu non esse, ex Meichsnero allegata doceant; aliud tamen crediderim de ea, quæ est Juris communis; hoc est, fratrem succedendi Jus non habere post separationem plenariam, nisi & pacto speciali fuerit expressum.

Nisi ergo Actor post factam divisionem Ao. 1665. renovationem investituræ, quoad suam personam cum pacto de succedendo, docuerit, quod tamen Dominus feudi & Guttenbergius negavere, fundamentum agendi probatum adhuc non esse videtur.

Simultanea investitura in §. 3. Recessus reservata hic non sufficiet. *Nam opus est, ut in Curia Domini renovetur, neque per nudum pactum* inter Vasallos Investitura pro facta & renovata haberi potest, quia agitur de Jure domini directi, & obstabit Actori Exceptio, quod ad succedendum non sit qualificatus.

Quod vero investitura simultanea Juris communis, sine pacto expresso de succedendo, successionem non tribuat, ex unanimi Doctorum sententia docet

Berlich. *p.* 2. *concluf.* 53. *n.* 28. qui locus est inprimis notabilis.

Quærit Actor etiam fundamentum actionis revocatoriæ *in re judicata Camerali*, quod tamen frustra asseri supra ostendi.

§. 3. Videamus jam de Exceptionibus, quarum una est *defectus investituræ simultaneæ* cum pacto de succedendo, de qua modo dixi. Altera de facultate alienandi in pacto fraterno expressa. Fundatur in Textu Jur. Feud. 2. *Feud.* 39. verbis: Nisi agnatis consentientibus. Exceptio.

vide Struv. *dict. cap. XIII. aphor.* 19. ubi denegat jus revocandi non solum consentientibus agnatis, SED ETIAM IPSORUM filiis.

De Domini consensu hic nullum occurrit dubium, quo deficiente etiam agnatorum consensus nihil efficeret.

Id. Struv. *cap.* 14. *aphor.* 22.

Nam in nostro casu Domini Episcopi consensum accessisse, in dubium vocatum non fuit. Ergo hic est indagandum, an non actio revocatoria etiam per hanc exceptionem fuerit elisa.

Est autem Exceptionis istius fundamentum solum in pacto fraterno 1665. §. 6. juncto §. 1. in fine.

Es soll jeder Bruder sein Looß erblich und ewiglich haben, nach seinem Belieben gouverniren, und zum allerbesten nutzen, brauchen und geniessen, auch ihm vom andern Bruder darin kein Einrede oder Hinderniß geschehen.

Ex his verbis quidem, si sola essent, consensus forte non elicietur, quanquam non desint JCti, qui id statuunt.

vid. Mantic. *de Tacit. & ambig. convent. Tom.* 2. *Lib.* 23. *tit.* 24. *n.* 1.

Quid autem intellexerint fratres per liberrimæ fruitionis & gubernationis potestatem, declarant in §. 6. Und als sich über kurtz oder lang begeben solte, daß ein Bruder von seinen ererbten Gütern eines oder das andere Stück kaufflich zu begeben, oder zu verpfänden willens seyn wird, soll derselbige schuldig seyn, ut supra audivimus, dem Bruder anzubieten, und da der Bruder kein Belieben hätte, soll der andere Bruder damit anderweit zu verfahren, und gebahren ohngehindert und unaufgehalten seyn.

Sane consensum in alienationem hic præstitum esse, & facultatem concessam, nemo facile negaverit contra verborum claritatem. Id quod omnino hic suppono tanquam indubium. Magna tamen contentione hæc verba Actor pro se interpretatur; nimirum, von seinen ererbten Gütern, significare, non feuda sed *allodia*. Feudum enim adquiri non hæreditario jure, sed singulari successionis feudalis. Porro verba, ein oder das andere Stück, putat Actor non significare totam massam fraternæ portionis, sed unam alteramve partem, neque esse præsumendum, quod frater consensurus fuisset in alienationem corporis universi.

§. 4.

§. 4. Meum judicium hac in Disceptatione ita se habet:

Primo, in verbis: **ererbte Güter**, nota est appellatio **Leibs-Erben**, etiam in materia feudali sæpe occurrens.

Vid. Struv. *J. F. c.* 4. §. 12. *n.* 6.

Ubi quod vox **Erbe** etiam denotet hæredem feudalem, adeoque etiam **ererbte Güter** significant feuda; dicitur enim feudum etiam hæreditas, sed eximia, & usi sunt fratres antiquiores, pater scilicet Actoris & patruus, eadem voce in Contractu venditionis Anno 1611. [36] **ererbte Güter**, ubi etiam intellexere feuda. Imo ipsi paciscentes nostri fratres in pacto 1665. utuntur voce, **erblich** *devolviret*, item **erblich und ewiglich haben**, promiscue de feudis & allodiis. Itaque, licet verum sit, quod separatam naturam habeant feuda, neque sub appellatione bonorum in genere comprehendantur omni in casu.

Vid. Gail. 2. *Obs.* 154. *n.* 6.

In nostro tamen casu id actum esse inter fratres, ex toto contextu satis patet, neque a sensu communi & loquendi modo abhorret vox **Erben, erblich, und ererbte Güter**, ut etiam feuda intelligantur, & comprehendantur.

Vid. Schrader. *de Feud. P.* 7. *c.* 2. *n.* 62.
Rosenthal. *cap.* 11. *concluf.* 11. *n.* 8. *cap.* 9. *concl.* 13. *n.* 19.

Secundo, de sensu verborum, **ein oder das andere**, observandum, esse generalia & universalia, quod solide demonstrat

Gœddeus in *Consil. Marpurg.* 28. *n.* 175. *seqq. Vol.* 1.

Vox einige, ait, respondet voci *quæcunque*, & est universalis, ita ut extendi debeat in infinitum & n. 177. omnes alias & majores inclusas esse, si addita sit vox **andere**, ita ut extensio ultra naturam actus fieri queat. Multos alios JCtos consentientes ibi allegat *Gœddeus*, quos exscribere nolo.

Quodsi regulas interpretationis consulamus, sane non ad trita illa & a Celeberrimo *Thomasio* aliisque dudum explosa axiomata de favorabilibus & odiosis restringendis vel extendendis erit recurrendum, quæ nullum plane usum in materia interpretationis habere, clarissime demonstrat laudatus

Thomasius *Jurisprud. Divin. L.* 2. *c.* 12. *n.* 159. *usque* 176.

cum definitio favorabilis & odiosi vera dari nequeat, & quod favorabile dicitur, etiam alio respectu odiosum dici possit, & vice versa.

Vide ejusdem Thomasii *Resolutionem Quæstionis de Definitione Favorabilium & odiosorum, in Doctrina de Interpretatione.*

Hæc itaque vulgata inutilia & explosa brocardica ego merito relinquenda esse, & securiori via incedendum, existimavi, scilicet, si supponatur, verba pacti fraterni esse ambigua, quod tamen mihi non videtur, neque præsumtionibus voluntatis hic esse opus.

Notum quidem est axioma, quod quilibet non præsumatur sua jactare; notum etiam illud Gailii 2. *Observ.* 19. Lugubre & deplorandum esse, paternas & avitas domos & antiqua majorum prædia in externas manus transire. Verum quod attinet ad dictum Gailii, id non est regula aliqua Juris, sed philosophica tantum sententia, quæ infinitis modis potest limitari, prout ex ipsa Gailii *Observ.* 19. quæ de Jure Retractus agit, patet, adeoque hic nihil ad decisionem facit. Prior vero regula, quod nemo sua jactare præsumatur, non satis convenit nostro casui, cum pactum inter fratres esset reciprocum, & æqualitas observata, neque poterat Actor bona fratris habere pro suis. Deinde est cum reliquis, quæ forte adferri possent, valde generalis, quæ per speciales tollitur, adeo, ut in concursu præsumtionum generalis specialibus, & inter has potentior minus potenti cedere debeat.

Böhmer. *Disputat. de Collisione præsumtionum cap.* 11. §. 7. *seqq.* qui Jurisconsultus celeberrimus nostri temporis cap. seq. III. regulas præsumtionum *Menochianas*:

1.) quod illa sit potentior, quæ facit actum consistere,
2.) quod illa sit potentior, quæ est benignior,
3.) quod illa sit potentior, quæ Juri communi inhæret, quam quæ speciali, plane rejicit, & ultimam potius invertit, ratione firmissima, quod Jus commune multis modis restringatur.

Speciales vero præsumtiones, quibus generales cedere debent, nascuntur ex adjumentis

(1.) Consuetudinis feudorum Herbipolensium, de qua paulo post dicendum §. seqq.

(2.) Exempli in familia Truchsessiana ab ipso Actoris parente exerciti. De quo similiter in seqq. §. agetur.

(3.) Ex Recessu nostrorum fratrum Svinfurtensi Ao. 1694. ubi ipse Actor acceptavit oblatam venditionem totius corporis bonorum, juxta Recessum præcedentem sibi factam, proinde totius Recessus verba non intellexit de allodiis modo, sed & de feudis, non de partibus, sed de corpore toto.

Neque obstat, quod iste Recessus de controversiis inter fratres tunc jam existentibus faciat mentionem.

Nam de alienatione tunc primo cogitatum fuit: *Et fraterna dissidia ex mutatione religionis profecta esse, circumstantiæ & sane ipsa acta non obscure docent.*

(4.) Ex toto contextu Recessus fraterni de Anno 1665. ubi actum id fuit, ut liberior esset unicuique facultas circa portionem, quam quisque per sortem adipisceretur. Vid. §. 1. versu: **Und es allerdings** &c.

(5.) Ex alienationibus feudalium partium, ab ipso Actore inconsulto fratre susceptis. Nam etsi consensus fratris deinde motu proprio accesserit, hoc tamen alias habuit rationes, quæ explicantur in scripto Duplicæ [21] fol. 13.

(6.) Ex eo, quod Actor diu retinuerit penes se **den Anschlag** totius corporis, ubi etiam feuda continebantur, neque ei contradixerit, sed silentio prætermiserit. Nimirum tunc captabat mortem fratris fere octuagenarii, vid. narrata Mandati, cui non nisi erat unica filia,

nupta Baroni de *Metternich*, ut plane frustra provocet Actor ad verisimilitudinem, daß er ja nicht würde auf die Lehn-Stücke consentirt haben, cum frater nullam spem prolis masculæ haberet, vide Replicam [14] cui falsè satis respondetur in Duplica [21] quod *Anno* 1665. nondum constiterit, an frater mascula prole esset cariturus.

Tandem (7.) ex confusione bonorum feudalium cum reliquis, ut, qui sint uniuscujusque partis termini, vix ac ne vix quidem definiri queat.

Si cui hæ præsumtiones voluntatis specialissimæ non suffecerint, ego speciales magis & potentiores dari posse non crediderim. De *Præsumtionibus* loquor, non de probationibus. Hæ vero si deficiunt, locus est dandus præsumtionibus.

Hæc omnia confirmantur per regulam fundatam Jure expresso, quod in quæstionibus de interpretatione pactorum, interpretatio sit facienda contra eum, qui apertius loqui debuisset. Et ne cui in mentem veniat, hanc regulam in fratrem alienatorem retorqueri posse, sciendum est, contra eum solum valere regulam, qui ex contractu aliquo commodum & utilitatem singularem reportare vult;

Vid. Böhmer. supra laudat. *in Dissertat. de Interpretatione facienda contra eum, qui clarius loqui debuisset* §. 19.

Et præcipue, ubi lis est de illa utilitate, quam quærere is voluit. Ibid. §. 20.

Vid. *L.* 99. *ff. de Verbor. Obl.* ibi: *Nec rursus promissor ferendus est, si NB. ejus interierit de certis potius vasis forte aut hominibus actum.*

Non existimo, dari posse casum magis convenientem huic textui, quam nostrum. Non itaque ferendus erit Actor, si ejus interierit, de allodiis solis, non de feudis, de aliquibus partibus, non de toto corpore actum fuisse. Adde in materia feudali ejusdem regulæ adplicationem apud

Thomas. *Disputat. de Feudo alienabili* §. *XIX.*

Sane differentia inter partes feudales & totum corpus dari nequit, neque etiam, quod probe notandum, integram suam portionem alienavit frater, sed excepit a venditione feuda Saxonica, quæ tamen in narratis Mandati vendita fuisse falso dixerat Actor, in quibus successionem nactus est Actor.

Vid. die Anzeig [9] & *Duplic.* [21].

§. 5. Venio jam ad adjumenta exceptionis, quorum in enarratione præsumtionum specialium §pho præced. feci mentionem. Refertur enim Consuetudo feudorum Herbipolensium, quod in iis possessori Vasallo liberior competat facultas alienandi etiam in agnatorum præjudicium, sine eorum consensu. Hanc consuetudinem allegat pars Rea, quæ si vera est, & probata, intelligitur multo certius, quod fratres in suo pacto de Anno 1665. eorumque majores Anno 1610. feudalium bonorum alienationem exceptam non voluerint, sed consuetudinem suo pacto expresso saltem approbaverint.

Equidem Wehnerus, qui allegatur in *Consil. Franconico* 93. *n.* 2. [117] præmissa regula Juris communis, de alienatione non permissa ita decidit: Aber von Gewohnheit wegen schliesse ich dahin, daß die von R. ihren halben Theil, sonderlich von Noht wegen zu verschaffen gut Fug und Macht haben, auch der Herr Bischoff zu leihen schuldig, dann daß solcher Gebrauch im Land zu Francken sey, diß ist nicht allein kundbar, sondern der Hr. Bischoff zu Würtzburg hat NB. NB. in unterschiedenen Rechts-Sachen ausdrücklich von sich geschrieben, **daß des Stiffts Würtzburg *Vasalli* ihre Lehn-Güter auch ihren eigenen *Agnatis* zu Gefahr und Nachtheil, doch mit Vorwissen eines regierenden Bischoffen, vermög des Stiffts Würtzburg Lehn-Gebrauchs zu verkauffen guten Fug und Macht haben.**

Produco ego ipsum Auctorem Wehnerum, neque enim solius Advocati allegatione sum confisus.

De feudorum Herbipolensium natura irregulari circa alienationes, quæ tamen in cæteris regularem naturam obtinere possunt,

Vid. Thomas. *Dissertat. de Feudo alienabili* §. 35.

Ex auditu commemorat etiam

Rosenthal. *cap.* 19. *concl.* 58. *num. fin.*

qui tamen ad eos provocat, qui magis de moribus Herbipolensibus essent informati. Auctoritas autem & experientia *Wehneri* Jurisconsulti Franconici est nota, qui loco prædicto haud dubie ex sua notitia certa, de confessione ipsius Domini Episcopi, & de notoria consuetudine feudali des Stiffts Würtzburg testatur. Confer in casu non multum dissimili

Lyncker. *Decis.* 1463. ubi de probanda consuetudine ex testimonio Doctoris agit.

Non autem est solus Wehnerus, sed eadem plane, quæ ipse habet, confirmantur testimoniis multorum Nobilium apud

Meichsner. *Vol. I. Tom. III. Lib. I. Dec.* 1. in Sachen Rosenau contra Würtzburg, *fol.* 10. *seqq.*

Ubi ex *XV. testibus* de antiquis familiis Nobilitatis immediatæ Franconiæ, quarum pleræque adhuc hodie florent, omnibus etiam Vasallis Herbipolensis Curiæ, excepto uno, qui tantum de auditu loquitur, reliqui omnes de certa sua scientia testantur, **es sey ein alter Gebrauch** inter Nobiles, **wenn einer sein Lehen veräussern wolle, so muß er zum ersten des Lehn-Herrn Bewilligung haben, darnach daßselbige den Agnaten anbieten, wann aber einer ein Lehn einem Fremden verkaufft, *non facta oblatione agnatis*, so stehe denselben ihre Forderung bevor**, id est, Retractus, ut ex sequentibus & cæteris testium depoit. liquet, **wann aber nach beschehenen Anbieten sie nicht wolten, so sey keiner damit gebunden, solche zu verkauffen, wem er wolle,** cum consensu Domini.

Alii dicunt, **das Anbieten geschehe nicht** ex debito, **sondern** ex gratia.

Testis 4tus **Christoph Heinrich von Erthel,**

ita

ita sese explicat ad Art. XIII. Dieser Gebrauch habe solche Würckung, daß, wann einer keinen Sohn, sondern allein Töchter hätte, possit cum consensu Domini feuda alienare, und also seine Töchter so viel desto stattlicher ausbringen und verheyrathen.

Item ad interrogat. 10. simultaneam investituram non esse in usu in Franconia, (scilicet ad Jus Successionis inter agnatos adquirendum) sed quemlibet pro sua parte infeudari, quæ feuda sine consensu agnatorum, modo consensus Domini accedat, excepto si pacta adsint, und da der Verkäuffer den Agnaten die Güter aus freyem Willen gönnen wolle.

Plerique testes allegant exempla complura ita factæ a Nobilibus feudorum alienationis, neque ab agnatis contradictæ. In specie testis X. Valten Truchses von Henneberg ex Familia Truchsessiana derer Wetzhausen allegat exemplum verkauffter Würtzburgischen Lehn, dergleichen Alienationes niemahls haben wiederfochten oder wiedertrieben werden mögen.

Apud eundem Meichsnerum dicto *Volum. Tom. 2. Lib. 2. Decis.* in Sachen Schwarzenberg *contra* Seinß *fol.* 15. *seqq.*

Alii etiam testes partim ex nobilitate, partim alii, & inter hos Cancellarius Herbipolensis producuntur, qui similia deponunt, & a Cancellario exemplum alienationis ex Familia Truchsessiana allegatur, in contradictorio ab Episcopo Domino feudi approbatum. Ergo quæ *Wehnerus* in *Consilio* allegato dixit, non unius saltem Doctoris testimonio nituntur.

Quanquam vero *Meichsnerus* in suo Voto ad utrumqne casum ad cassationem venditionis factæ certo modo concluserit, non tamen id factum est ideo, quod de veritate dictorum a testibus dubitaverit, sed *ob concurrentes alias circumstantias*, ut ex ipsius & reliquorum votis liquet aperte; ut adeo male allegetur *Meichsnerus* pro Actoris intentione contra *Wehnerum* in scripto typis impresso, iste enim Referens putavit, in casu, de quo tunc agebatur, qui a nostro valde differt, *consuetudinem fuisse probandam.*

Vid. *Numer.* 11. *in fine pag.* 20. *columna* 2*da.*

Et porro quantum dubii habuerint Assessores, an revocari possit feudum, *pretio non refuso*, ex Votis patet, adeo ut in Sententia omittendum id esse voluerint.

Quod autem *Meichsnerus* Referens in primo illo casu *Quæstione an elisa Actio? pag.* 19. ratiocinetur, esse consuetudinem negativam, adeoque opus esse, ut in contradictorio judicio firmata sit, hoc multas adhuc potest habere limitationes, neque hoc requisitum requiritur juxta multos Jurisconsultos, & quod juxta Cameræ Imperialis praxin etiam extrajudiciales Actus ad consuetudinem probandam sufficiant, testatur

Lauterb. *ad ff. tit. de LL. §. XI.*

qui contradictorium judicium non requirit.

Confer Schilterum *Exercitat. ad ff.* 2 §. 21.

Et tamen in Truchsessiana Familia Actus contradictus non deest, ut ex *Meichsnero* supra retuli. Certe de hujus consuetudinis certitudine non dubitasse fratres Truchsessios Anno 1610. in suo pacto [36] [124] credere mihi licebit, neque etiam dubitasse filios in pacto Anno 1665. Nam verba pacti depositionibus testium apud *Meichsnerum* exactissime congruere video. Adeoque etiam consuetudini familiæ Truchsessianæ in specie convenit facultas alienandi, quæ in pacto §. 6. tantum repetitur expresse. Quod vero in §. 3. pacti von *Continuation* der gesamten Hand dicitur, id aliter intelligi non potest, quam salva facultate in §. 6. expressa, quia alias essent contraria, id est, nisi frater vendiderit. Porro ex verbis §. 1. erblich und ewiglich cum libera potestate fruendi non potest consistere Jus aliquod radicatum succedendi, & alienationem factam impugnandi, juxta

Mantic. *de tacit. & ambig. convent. Tom.* 2. *Lib.* 23. *t.* 24. *n.* 1.

Adeoque probatum esse puto, quod in §. 6. Recessus fraterni fratres invicem concesserint s. potius juxta consuetudinem omnium Nobilium Vasallorum Herbipolensium, & in specie Familiæ Truchsessianæ testati sint, unicuique competere Jus alienandi etiam feuda, neque licere alteri revocare alienationem, quam per viam retractus, hoc est, pretio refuso & adimpletis conditionibus, quæ alias in retractu sunt observandæ.

§. 6. Hæc cum ita se habeant, & accedant insuper circumstantiæ sequentes, (1.) quod *inter feuda alienata sint talia, in quibus filia fratris alienatoris fuisset successura*, vide [35] [37] ubi nominatur feudum Zimmren. (2.) Quod feudis inhæserit æs alienum 24000. floren. verconsentirte Schulden. (3.) Quod frater alienator notabiles allegaverit meliorationes, quas circumstantias Actor non negavit, vide [35] [117] [93]. (4.) Quod universa bona ita sint commixta, ut separatio sit non difficilis modo, sed fere impossibilis, multæque inde lites metuendæ, quorum finis non prævideri potest. Non aberraturum me a recto tramite justitiæ crediderim, si concluderem, quod Actio instituta per exceptionem concessæ alienandi facultatis sit elisa, adeoque Reus Guttenbergius ab Actione revocatoria absolvendus, quo ipso etiam hæredes defuncti alienatoris absoluti forent ab onere evictionis, & sumtibus Commissionis ad separandum feuda ab allodiis, quæ est res valde difficilis, disputabilis, semina litium multarum secum trahens, parcere poterit Actor.

Dico, me non esse magnopere erraturum; vidi enim Responsa Collegiorum Jurisconsultorum Lipsiensium & Jenensium a parte Rei exhibita

exhibita in typo. Quæ cum meas rationes confirment, si Domini hujus inclyti Senatus, quorum meliori judicio omnia, quæ attuli in medium, permitto, erraviſſe me putaverint, leviorem eſſe crederem errorem, in quem etiam celebriora Jurisconſultorum Collegia inciderint, atque ex rationibus paucioribus, quam quibus ego ſum uſus; Quod ſi Dominis interlocutio placuerit ad docendam ulterius allegatam conſuetudinem feudorum Herbipolenſium, ego ea in re facilem addicturus ſum meum quoque calculum. Relicturus forte ratiocinia mea, ſi meliores intellexero Actoris probationes.

Sententia concluſa & publicata fuit 21. Oct. 1716.

Quæ mox ſequitur, præmiſſis Sententiis præcedentibus, ut omnes ſint in una ſerie.

Expeditum 10. Decembr. 1696.

IN Sachen **Joachim Ernſt Truchſes von Wetzhauſen** Klägern, wider **Wolff Dieterich Truchſes von Wetzhauſen** Beklagten, und **Otto Philipp von Guttenberg** Intervenienten, Mandati inhibitorii de non alienando bona avita tam feudalia quam allodialia, partim etiam adhuc ſimul & in communi poſſidentia, nec Pactis diviſoriis contraveniendo S. C. Iſt Doctoris Gülchen ſein der Declaration pœnæ und Mandati arctioris halber beſchehen Begehren noch zur Zeit abgeſchlagen, ſondern von Amts wegen der Beſcheid, wofern er die in puncto Exercitii Religionis geklagte noch währende Turbationes in ſpecie anzeigen und beſcheinen, wie auch Licentiat. Eichrot den in Actis Extracts-weiß übergebenen Schweinfurther Receſs integraliter und in beglaubter Form beybringen wird, worzu ihnen beyderſeits Zeit zwey Monaten pro T. & P. V. A. W. angeſetzt iſt, daß ſie damit gehört werden, ſie thun es alſo oder nicht, nichts deſtoweniger auf ein oder andern Theils Anruffen ergehen ſoll was Recht iſt.

Expeditum 29. Octobris 1697.

IN Sachen **Joachim Ernſt Truchſes von Wetzhauſen** Klägern, wider **Wolff Dieterich Truchſes von Wetzhauſen** Beklagten, Mandati inhibitorii de non alienando bona avita tam feudalia quam allodialia &c. S. C. Iſt erkannt, daß das ausgangen, verkünd- und reproducirte Kayſerliche Mandatum de non alienando &c. zu caſſiren und auffzuheben ſey, als wir daſſelbe hiemit caſſiren und auffheben, jedoch dem Klägern, ſo viel die verkauffte Allodial-Güter betrifft, das Jus Retractus, falls er ſich darzu der Gebühr qualificiren kan, wie auch im übrigen der Lehn halber ſein Recht künfftig zu beobachten, unbenommen, ſondern vorbehalten. Dann die geklagte Turbation in puncto Religionis betreffend, iſt der Beſcheid, daß es bey der in Inſtrumento Pacis beſchehenen Verordnung ungeändert zu laſſen; Endlich iſt gegen Licentiat. Rollmann und Doct. Gülchen, wegen allzu langer und Merita cauſæ enthaltener Receſſen, auch über die Zahl der Ordnung übergebener, mit vielen Anzüglichkeiten und Schmähungen angefüllten Schrifften und zwar gegen jeden die Straff einer halben Marck Silbers, gegen den Impetrantiſchen Advocaten einer Marck, gegen den Impetratiſchen aber 2. Marck Silbers in den Armen-Säckel innerhalb 2. Monaten ſub pœna Dupli & realis Executionis ohnfehlbarlich zu erlegen, hiermit vorbehalten.

Expeditum 21. Octobris 1700.

IN Sachen **Joachim Ernſt Truchſes von Wetzhauſen** Klägern, wieder weyland **Wolff Dieterich Truchſes von Wetzhauſen**, jetzo **Wolff Freyherr von Metternich zur Gracht**, uxorio nomine Beklagten, und **Otto Philipp von Guttenberg** Intervenienten, Mandati inhibitorii de non alienando bona avita tam feudalia quam allodialia &c. S. C. Iſt Licent. Rollmann was ſich auf die durch Dr. Gülchen am 16. Maji 1698. gebetene Commiſſion ad taxandum & ſeparandum bona feudalia ab allodialibus, und die in der des Tags übergebenen Deduction-Schrifft vorgeſchlagene Commiſſarios, wie auch Licent. Albrecht, was ſich in dieſer Sachen noch zu handlen gebühret, Zeit 2. Monaten pro T. & P. V. A. W. angeſetzt, mit dem Anhang, wo ſie ſolchem alſo nicht nachkommen werden, daß alsdann gedachte Commiſſion erkannt, und die benannte zu Commiſſarien verordnet, auch reſpective die Sach vor beſchloſſen angenommen ſeyn, und auf Gegentheils Anruffen ergehen ſolle was Recht iſt.

Expedit.

Expedit. 21. Octobr. 1716.

IN Sachen Joachim Ernst Truchſes von Werzhauſen, Klägern eines, wider weyland Wolff Dieterich Truchſes von Werzhauſen, Beklagten, und Intervenienten, Otto Philipp von Guttenberg, andern Theils, deciſi Mandati inhibitorii de non alienando bona avita tam feudalia quam allodialia, jetzo wider gedachten von Guttenberg und Johann Adolph Freyherrn Wolff genannt Metternich zur Gracht uxorio nomine, reſpective Beklagten und Aſſiſtenten, Supplicationis, ſo wohl in puncto Retractus der verkaufften Allodial-Güter, und Actionis ad intereſſe, allem Vorbringen nach zu Recht erkannt, daß Beklagten und Aſſiſtent von angeſtellter Klage zu abſolviren und entledigen ſeyn, als Wir dieſelbe hiemit abſolviren und entledigen, die Gerichts-Koſten in dieſem Punct derentwegen aufgelauffen, gegen einander compenſirend und vergleichend.

Dann in puncto Actionis revocatoriæ der mitverkaufften Lehen-Güter, iſt Dr. Gülchen ſein der Commiſſion ad ſeparandum feuda ab allodiis geſchehen Begehren, noch zur Zeit abgeſchlagen, ſondern ihm, was ſich auf die durch weyland Lt. Albrecht deßfalls übergebene und zu dieſem Punct gehörige Deduction-Schrifft ſub [89] ſive [117] in ſpecie auch wegen der darin angezogener Gewohnheit der Würtzburgiſchen Adelichen Lehen zu handeln gebühret, dem Gegentheil ſeine fernere Gegen-Handlung vorbehaltlich, Zeit 2. Monat pro T. & P. von Amts wegen angeſetzt, mit dem Anhang, wo er ſolchem alſo nicht nachkommen wird, daß alsdann auf des Gegentheils Anruffen, in der Sachen ferner ergehen ſolle was Recht iſt.

Conſultatio & Deciſio XI.

Ad Cauſam præcedentem.

Votum ulterius.

De Actione Feudi Revocatoria.

TAmetſi ego in Voto meo, Anno 1716. dicto, ad abſolutoriam partis Reæ, etiam ab Actione Feudi revocatoria, inclinaverim; Cum tamen Sententia, quæ tunc me quoque non repugnante concluſa fuit 16. Octobr. Anno 1716. publicata placuit, in hoc Articulo interlocutoria, ampliorem dederit campum partibus ad quæſtionem iſtam discutiendam, ego quoque ulterius meditando, & abducendo cogitationes ab argumentis meis præcedentibus, quæſtiones nonnullas in medium proferam, meamque reſolutionem ſubjiciam, unde porro, quid pro ſtatu præſente Actorum facto opus ſit mea opinione, colligitur, ſalvo ubique meliori Judicio.

Quæſt. I.

An Fratres *Truchſeſſii* dividentes Anno 1665. in §. 6. pacti [3] intellexerint ſolum Allodialia bona, excludendo Feudalia quæcunque? Exiſtimo ego, Feudalia quæcunque non fuiſſe excluſa, per generalem verborum ſenſum, & quod voce bonorum etiam Feuda comprehendantur. Aſſentior ea in re JCtis Jenenſibus & Lipſienſibus in Reſponſis ad Acta productis. [131] [132] Protuli ego in Voto præcedente Ao. 1716. rationes alias, a præſumtionibus deſumtas, a quibus ut recedam, cauſam nondum video. Accedit jam ratio ſtringens, quod Allodialia jure dominii pleni alienare potuerit *Wolff Dietericus*. Ergo de Feudalibus bonis potiſſimum eſt intelligendus §. 6. Et quia Allodialia Feudalibus ſunt commixta, propter ſeparationem difficilem, quod agnoſcit *Joach. Erneſtus* Actor in Literis [136] Lit. A. credibile non eſt, Fratres dicto §. 6. intelligere voluiſſe ſola Allodia, & excludere Feuda quæcunque. Literæ *Joachimi Erneſti* Ao. 1694. ad Fratrem exaratæ dicto [136] & ſequentes Ao. 1695. 15. Jul. [4] & 4. Sept. [61] ſatis aperte docent, nullam contradictionem factam fuiſſe circa alienationem aliquorum Feudalium, ſed tantum de æſtimatione bonorum inter Fratres tunc extitiſſe diſſenſum. Adde literas ad Epiſcopum [5] & [7]

Quæſt. II.

An per pactum iſtud §. 6. Fratres, reſervando invicem Jus protimiſeos, excludere voluerint Actionem Feudorum absque conſenſu fraterno alienatorum Revocatoriam?

Hoc quidem in Concluſionibus meis Ao. 1716. ex ſolis verbis dicti §. 6. non fuit elicitum, ſed ex conjuncto argumento Conſuetudinis inter Nobiles Vaſallos Herbipolenſes, & ſpeciatim in Familia *Truchſeſſiorum*.

Adeoque ad quæſtionem propoſitam reſpondeo, quod Actio Feudi revocatoria, ubi alias fundata foret, per verba dicti §. 6. excluſa non ſit, quia Fratres de cauſa mortis alterutrius absque hæredibus maſculis, in toto tenore pacti Ao. 1665. nullam fecerunt mentionem, & omnia verba §. 6. intelligi poſſunt de jure ſolo Protimiſeos in caſu venditionis, utroque Fratre vivo, neque enim ad hæredes obligandos verba pacti

ſunt expreſſa, ſed in perſonas Fratum tantum concepta.

Quæſt. III.

An Conſuetudo Curiæ Feudalis Herbipolenſis talis ſit, ut Vaſallo libera ſit facultas alienandi Feudum proprium, h. e. maſculinum absque conſenſu agnatorum, qui ex inveſtitura ſimultanea cum pacto de ſuccedendo jus habent quæſitum?

Reſpondeo: Hanc Theſin ut ſtatuerem, mihi in mentem non veniſſe in deliberatione Ao. 1716. neque fore unquam, neque opinor cuiquam alii. Omnia enim, quæ de Conſuetudine Herbipolenſium Feudorum in medium prolata fuere, de tali ſimultanea Inveſtitura intelligenda non ſunt. De ea, quæ eſt Saxonici Juris, non eſt quæſtio, ſed de Inveſtitura ſimultanea, quæ eſt Juris Feudalis communis, non ſimpliciter talis, ſed cum pacto de ſuccedendo. Ab omni ratione foret alienum, ſtatuere liberam facultatem alienandi Vaſallo competentem absque conſenſu Agnati ſimultanee inveſtiti, cui EX PACTO debetur Succeſſio.

Quæſt. IV.

An & qualis Inveſtitura ſimultanea in Feudis Herbipolenſibus ſit in uſu?

Reſp. Saxonicæ Inveſtituræ ſimultaneæ jura ibi non obtinere, cujus ea eſt vis, ut nullus Agnatorum, neque Frater Fratri, jure ſanguinis ſuccedat, niſi inveſtitus ſit ſimultanee. Imo extraneus ita inveſtitus præferatur Agnato. Hoc, inquam, jus in Franconia uſu non eſt receptum. Inveſtituram tamen ſimultaneam Juris communis, de qua

vid. Berlich. *p. 2. Concluſ. 53.* &
Struv. *Jur. Feud. Cap. IX. §. 14.*

in Curia Herbipolenſi æque ut in aliis Franconiæ Curiis obtinere, nullus dubito, non ſolum in Feudi novi collatione, quod eſt certiſſimum, ſed etiam in Feudo antiquo, de quo *Struvius* dicto loco verſu: *Tertii generis.* Dixi ego hac de re pluribus in Voto meo Anno 1716.

Quia enim Inveſtitura talis Jure communi, & praxi Imperii, præcipue Aulæ Imperialis, eſt fundata, eandem quoque in Herbipolenſi Curia receptam eſſe, credendum eſt, niſi probetur contrarium. Actor JOACH. ERNESTUS adeptam a ſe ſimultaneam Inveſtituram ſæpiſſime in Actis allegat, neceſſe eſt ergo, ut in Herbipolenſi Curia etiam in Feudis antiquis ſit recepta.

Quæſt. V.

An *Joachimus Erneſtus Truchſeſſius* Actor in præſenti cauſa in bonis Feudalibus fraternis ſimultaneam Inveſtituram cum pacto de ſuccedendo obtinuerit? Quæſtio hæc intelligenda eſt non de tempore, quo poſt mortem patris bona omnia poſſederunt Fratres indiviſa; de hac Inveſtitura loquitur §. 3. pacti diviſorii Anno 1665. ſed de tempore, poſt diviſionem plenariam factam. Aſſerit Actor *Joach. Erneſtus* in Actis, & in hoc jure ſimultaneæ Inveſtituræ intentionem ſuam fundat omnino [14] in Replica & noviſſima in ſcripto poſt Sententiam de Anno 1716. producto [126] Fol. 2. & ſequente [138] Fol. 9. & alibi paſſim, & ſpeciatim dicit: obtinuiſſe ſe Inveſtituram in allen ſeines Brudern Lehen, und habe die Lehens-Pflicht geleiſtet. Quæ verba intelligo poſt diviſionem Anno 1665. factam, nam antea erant Fratres in communione. Negavit vero pars Rea [34] in Receſſu ſubmiſſivo Anno 1697. Et ipſe Princeps Dominus Feudi in literis ad Actorem 3. Jan. 1696. [11] Es ſey eine ausgemachte Sache, daß beyde Gebrüder als coninveſtiti nicht erkennet würden, h. e. cum Jure Succeſſionis. Adeoque poſt venditionem Ao. 1695. factam multo minus credibile eſt, obtinuiſſe *Joach. Erneſtum* ſimultaneam Inveſtituram cum pacto de ſuccedendo. Et hæc fuit cauſa, ob quam ego Anno 1716. ulteriorem hujus rei, quæ in facto conſiſtit, elucidationem in interlocutoria mediante productione literarum Inveſtituræ in forma probante neceſſariam eſſe putaverim. Nam exinde accuratius conſtare potuiſſet qualitas Feudorum, & modus Inveſtituræ ſimultaneæ, cujus rei cognitio ad deciſionem cauſæ non minimum facit mea opinione momentum; variare enim poſſunt conſuetudines non tantum Curiarum generaliter, ſed etiam ſingulorum Feudorum. Quoniam vero *Truchſeſſius* Actor in hac Inveſtitura ſimultanea præcipuum collocavit fundamentum, neceſſe eſt, ut hanc ſimultaneam Inveſtituram putaverit eſſe neceſſariam, ad effectum ſuccedendi, cum alias Jure Feudali communi neceſſaria non fuiſſet in Feudo antiquo, ſed ſufficeret Jus Agnationis a primo adquirente. Notanter dico ſimultaneam Inveſtituram cum pacto de ſucedendo: Nam ſimultanea Inveſtitura ſimplex Jure Feudali communi jus ſuccedendi non tribuit, niſi hoc ſit dictum expreſſe.

Berlich. *dict. Concluſ. 53. num. 28.*

Opus ergo foret ſcire momentum ſimultaneæ inveſtituræ, quam Actor collatam ſibi eſſe affirmat, pars Rea vero negat. Parens *Philippus Albertus* permiſit etiam Fratri ſuo, ut in ſimultanea inveſtitura Feudorum Saxonicorum comprehenderetur, nur dem Nahmen nach, i. e. abſque effectu ſucceſſionis. vid. [36] *n.* 8.

Quæſt. VI.

Annon vero jure ſanguinis ſolo etiam absque ſimultanea inveſtitura impedire poterit Agnatus alienationem Feudi, vel alienatum revocare?

Hic ego in Voto meo Anno 1716. ſecutus ſum *Wehnerum*, & alios, quæſtionem negative decidentes. Poſtea vero quam ex aliis Actis didicerim, non eſſe admodum fidendum in judicando traditis vel *Wehneri*, *Roſenthalii*, Conſulentium Advocatorum apud *Klockium*, vel aliorum, qui de Conſuetudinibus Feudorum a Jure ordinario nimium recedentibus teſtantur, ſed certioribus fundamentis inſiſtendum, donec Conſuetudo talis pleniſſime fuerit probata; Ego jam omnia iſta teſtimonia poſthaben-

habenda apud me conſtitui, & *quæſtionem propoſitam in theſi affirmandam potius eſſe quam negandam.* Non loquor de Agnatis gleichen Nahmens, Schild und Helms, nam hæc opinio Jure Franconicarum Curiarum plane eſt exploſa, quod demonſtravi in Voto alio Ao. 1722. Sed de iis, qui a primo acquirente deſcendunt, & jus habent quæſitum ex pacto & providentia majorum. De his ſolis quæſtionem affirmo tanto confidentius, quod non ſolum aliis Actis, ſed etiam præſentibus, poſt ſententiam Ao. 1716. publicatam, cognoverim, valde dubia eſſe iſta teſtimonia, & in pluribus cauſis judicialiter contradicta. Memorabile contradictionis exemplum eſt, quod allegatur in Actis præſentibus ex Ao. 1589. vid. [130] *Fol.* 26. & [138] *Fol.* 31. *cum Adjuncto Lit. E.* ex quo patet, *Truchſeſſios* alienationi feudi tunc factæ acriter contradixiſſe. Et in ſententiis Cameralibus apud *Meichſnerum* nulla fuit ratio habita teſtimoniorum ibi recenſitorum vide *dict. Lit. E. & F.* in [139]

Quæſt. VII.

Quid de exemplis permultis alienationum, in Volumine N. 5. [135] ſpeciatim in Familia *Truchſeſſiana* recenſitis, ſit ſentiendum?

Ex omnibus iſtis Exemplis ea tantum huc facere puto, ubi alienatio fuit facta in extraneum a Familia, vel in Agnatum remotiorem. Tales ſunt caſus, qui enumerantur in ſcripto [130] *Fol.* 22. *ſeqq.*

N. 6. Extranei ad inveſtituram recepti, & a *Michael Truchſes* feudum redemtum. *Fol.* 17. 18.

N. 7. Verkauff eines Zehenden in Agnatum remotiorem.

N. 13. Wo ein Burg-Gut zu Sternberg an *Eucharium* von Heßberg verkaufft worden.

N. 15. Verkauff der Lehen-Güter an einen von Oſtheim in [135] *Fol.* 19.

N. 18. Verkauff eines Zehenden an Papenheim. *Fol.* 26.

N. 19. Hans Sebaſtian von Truchſes verkaufft einen Zehenden an Georg Marſchallen mit Vorbeygehung ſeines Bruders Chriſtoph, des jetzigen Klägers Oberälter-Vaters.

N. 20. Joachim von Truchſes vendidit einen Zehenden an Lichtenſtein. *Fol.* 32.

Reliqui caſus ſunt alienationum factarum Agnatis *Truchſeſſiis*, quæ habuiſſe potuerunt rationes ſpeciales & circumſtantias in Volumine [135] non expreſſas. Ad priores vero reſponſum fuit a parte *Truchſeſſiorum* [138] *Fol.* 24. *usque* 31. &, prout mihi videtur, ſatisfactum eſt objectioni huic magnam ſpeciem præ ſe ferenti. Nam alienationes iſtas omnes æquo animo tuliſſe agnatos proximos, probatum non eſt, imo contradictiones extitiſſe, ipſa hæc Acta [135] teſtantur, vide *Fol.* 20. & 42. *pag.* 2. & *ſeqq.* Et ſi aliquando absque contradictione negotium fuit peractum, non ſequitur ex actu negativo argumentum ad excluſionem perpetuam actus poſitivi, in aliis caſibus exercendi, & inter alias perſonas.

Nam intermiſſio contradictionis plures cauſas habere potuit. Ergo ex omnibus iſtis actibus non poſſum concluſionem facere ad excludendam actionem revocatoriam feudi, ſi aliæ circumſtantiæ non obſtent. Productum etiam fuit in Actis a parte Actoris ſub Lit. A. [127] documentum ab ipſo Domino feudi proveniens de Anno 1687. Das Bibraiſche Lehen-Gut Kleinbardorff betreffend, ubi conſenſus Agnatorum in alienationem fuit requiſitus.

Quæ ad hoc documentum data eſt reſponſio [130] *Fol.* 31. valde eſt obſcura, & niſi per errorem aliqua verba omiſſa, contra partem ream ſonant, quia ob defectum conſenſus contractus irritus fuit redditus. Aliud exemplum requiſiti a Principe Domino feudi conſenſus Agnati, Rusworminii, eſt in Lit. H. [139] Et hæc omnia conſuetudinem allegatam de facultate alienandi libera non confirmant, ſed potius evertunt. Adductum vero exemplum Reſolutionis a Curia Feudali daræ Notario, proteſtanti contra venditionem Ao. 1589. [135] *Fol.* 43. non habet vim ſententiæ, neque etiam agit de caſu actionem revocatoriam excludente, ſondern daß die Anbietung des Kauffs nicht nothwendig ſey. Scil. Jus retractus competebat ipſo jure.

Quæſt. VIII.

Jura Sanguinis an etiam extendantur ad revocanda Feuda promiſcua, h. e. quæ conceſſa fuere expreſſe zu Sohn- und Tochter-Lehen? Tale Feudum eſt prædium Zimmerau a *Philippo Alberto* patre communi fratrum paciſcentium quæſitum Anno 1649. juxta tenorem literarum inveſtituræ [37] & in diviſione fraterna *W. D. Truchſeſſio* aſſignatum, excepta parte aliqua, quæ eſt Feudum Saxonicum.

Reſpondeo: 1. Cum pars Rea hoc objeciſſet actori, & omne jus ſuccedendi ipſi negaſſet, [34] ad hoc argumentum nihil reſpondit Actor in omnibus Actis. Ergo pro confitente haberi poterit.

2. Tradunt quidem Juris Feudalis interpretes, quod in ejusmodi Feudo, ſi ex primis acquirentis duobus filiis unus tantum maſculam habuerit prolem, alter fœmineam, filia per maſculum excludatur in ſucceſſione: Imo ſi vel maxime Feudum ad filiam perveniſſet, ulteriores tamen ex ea deſcendentes, tanquam extraneos, a familia acquirentis, non eſſe admittendos.

vid. Struv. *Cap. IX.* §. 8. *num.* 9. *& n.* 15. Probe tamen monet Auctor, quod verba inveſtituræ & conſuetudo Curiarum hic ſint attendendæ. Ego itaque, valde dubitans, an hæc, quam retuli ex *Struvio*, ſuccedendi ratio obtineat in Curia Feudali Herbipolenſi, non puto, Jura Sanguinis ad revocationem iſtiusmodi feudi extendenda eſſe. Nam feudum novum acquiſiverat parens utriusque fratris, a fœmina; vide Copiam primæ Inveſtituræ [37] & poterat absque conſenſu Agnatorum alienare.

Berlich. 2. *Concluſ.* 55. *n.* 19. *ſeqq.*

Eandem vero facultatem hæredibus primi

acquirentis largitur Actor *Truchsessius* [138] *Fol.* 26. Et hoc statuendum erit tanto magis, quod post divisionem inter Fratres Ao. 1665. plenarie & absque ulla reservatione factam, filiæ *Wolff Dieterici* ejusque descendentibus successura fuisset in hoc feudo, remotis agnatis. Ejusdemque filiæ descendentes, quousque durant. Quia per divisionem plenariam fratrum auf erblich und ewiglich nova linea *Wolff Dieterici* fuit inchoata, ita ut in feudis, quarum fœminæ sunt capaces, filiæ & descendentes ex iis præferri debeant in successione masculis collateralibus

vid. Merckelbach apud Klock. *Vol.* 1. *Cons.* 7. *n.* 1002. cujus tradita sua fecit.

Lynckerus in *Analect.* ad Struv. *J. F. Cap. IX. n.* 9.

neque etiam persuasus sum, quod Investitura simultanea fratris *Joach. Ernesti*, si modo unquam ei contigit, post divisionem facta fuerit cum pacto de succedendo, expresse ad hoc feudum pertinuerit.

Quæst. IX.

Quænam itaque sint corpora, de quibus ab Ao. 1695. exortum est & per octo supra triginta annos continuatum litigium?

Resp. De Allodialibus bonis post sententiam de Ao. 1716. nulla amplius est controversia, neque Actor a principio litis in qualitate bonorum familiæ jure fideicommissi affectorum ullum quæsivit fundamentum, sed in solo jure Retractus, non Gentilitii, sed Conventionalis. Ex designationibus ad Acta productis [23] & [24] quæ sunt generales nimis, non potest intelligi satis, quænam sint bona Allodialia, quæ Feudalia. Cum tamen istæ designationes quoad excerpta capita conveniant cum pleniore designatione illa, quæ Ao. 1694. *Joach. Ernesto* fuit transmissa a fratre, eam ante aliquot annos ab amico *Truchsessiorum* mecum communicatam hic produco. Unde patet,

1. Esse ipsi feudo *Sternberg* admixta multa Allodialia, vid. *Fol.* 3. quæ pretium ipsius feudi superant.

2. Zimmerau *Fol.* 7. esse feudum promiscuum, cujus per dicta Quæst. 8. non est fundata revocatio.

3. Huic etiam feudo esse admixta Allodialia. vid *Fol.* 9. pag. versa.

4. Sultzdorff esse maximam partem Allodiale prædium *Fol.* 10. der Frucht-Zehend daselbst ist nur Würtzburgisch Dom-Probstey-Lehen, *Fol.* 12. und viel geringer im Anschlag, als die Frey-eigene Stücke.

5. Schwanhausen gantz und gar eigen und kein Lehen.

De his omnibus nulla erit amplius controversia, sed de solis corporibus feudalibus Herbipolensibus masculinis s. propriis.

Es ist aus denen Truchsessischen Schriften nicht undeutlich abzunehmen, daß es hauptsächlich um das Lehen-Gut Sternberg / worin Wolff Dieterich einen ansehnlichen Ansitz auf seine Kosten erbauet, zu thun sey; was aber vor Stücke zu dem Würtzburgischen Lehen gehörig, oder Allodialia seyn, ist ungewiß.

Wiederum ist zu mercken, daß Sternberg nicht allein Würtzburgisch, sondern auch zum Theil Fürstl. Sächsisch Mann-Lehen sey, vid. *Fol.* 2. Das Sächsische Theil ist nicht mit verkaufft, also wird solches der von Truchses besitzen. Auf dem Würtzburgischen sollen nach der Erzehlung in [89] vel [117] in fine 24000. Rthlr. Consens-Gelder hafften, wiewohl die Erzehlung daselbst noch Erläuterung bedarff, indem das gantze Lehen nur pro 10000. fl. im Anschlag ist, und in andern Schrifften, vide [95] *Fol.* 19. & *Fol.* 32. parallelum scriptum est [105] werden nur 10000. fl. Consens-Gelder gemeldet. So bedarff aber dieser Umstand mehr Erläuterung mediante interlocutione, ut inposterum certæ rei sententia ferri possit.

Das Sächsische Lehen, Schweickershausen, ist nicht mit verkaufft, und besitzet solches der von Truchses.

In Zimmerau ist besage des Brüderlichen Theilungs-Recessus de Ao. 1665. ein Sächsisch Mann-Lehenbarer Hoff, welcher im Kauff-Brieff, wie alle Sächsische Lehen, nicht begriffen, und ist solcher in der Theilung dem Joachim Ernst zugefallen.

Endlich das Dom-Probstey-Lehen zu Sultzdorff, welches ob es Mann- oder Gemein-Lehen sey, ungewiß, und ebenfalls näher zu erkundigen wäre. Kurtz, es kommt auf das Lehen-Gut Sternberg an, und wenn darauf so grosse consentirte Schulden und Meliorationes hafften, so ist noch mißlich, ob der von Truchses, wenn er auch in actione revocatoria bey diesem Stück obsiegen solte, einigen mehrern Vortheil, als der Ehre des Siegels, und Erlangung des Alt-Väterlichen Guts, haben werde.

Quæst. X.

Si contingeret *Truchsessio* victoria litis quoad corpus Feudale unum alterumve, an etiam restitutio feudi facienda sit cum fructibus perceptis & absque refusione pretii actu soluti? Regula est hæc actionis vindicatoriæ,

Struv. *J. F. Cap.* 13. §. 17.

si scil. Actoris fundamentum fuerit probatum neque elisum, id quod ratione feudorum antiquorum, quotquot ex iis propriam habent naturam, jam statuendum est mihi, neque erubesco post melius instructam jam causam priores meas cogitationes mutare. Quemadmodum vero nulla est in rebus humanis Regula, quæ exceptionem non admittat, ita ob circumstantias in casu præsente occurrentes temperanda erit (verbis utor *Garsiæ de Expensis cap.* 23. *n.* 37. *pag. mihi* 819.) cum judicio opinio, non occœcate amplectenda. Proferam itaque pro moderanda Regula rationes aliquas probabiles, neque tamen, si amplissimo Senatui aliter visum fuerit, inhærere iis volo.

Ratio Juridica de restitutione fructuum (par est ratio de perditione pretii emtionis) consistit in *mala fide possessoris*. Quid sit mala fides, optime cognoscitur per oppositum bonæ fidei, quæ describitur, quod sit opinio excludens omnem machinationem,

nem, dolum, figmentum & nititur conscientia bona,

vide Covarruviam *P. 2. Relect. ad cap. possessor de Reg. Jur. in* 6. §. 6.

mala fides est hujus oppositum. Deinde JCti fecere aliam speciem malæ fidei, præsumtivam ex *litis Contestatione*: Quod alii ad quasi-contractum referre malunt.

Brunnem. ad *L.* 25. *de Hæredit. petit.*

Hilliger ad *Donell. L.* 19. *c.* 14.

Diversas JCtorum sententias de finibus bonæ & malæ fidei recensere huic amplissimo Senatui superfluum duco, sed tantum laudare volo tradita

Joh. Garsiæ *JCti acutissimi in Tr. de Expensis cap.* 23.

ubi hanc materiam elegantissime pertractat, & quod ex circumstantiis moderanda sit regula ex *L.* 20. *de R. V. L.* 40. *de Hæred. petit.* & aliis parallelis textibus desumta, commendat. Non omnis enim, verba sunt

Hilligeri ad *Donell. Lib.* 19. *cap.* 14. *Lit. A.* malæ fidei obnoxius reputandus est, qui judicio reali pulsatur. Quin etsi inter litis moras ambigere de Jure suo inciperet, modo non certo cognoscat, se litem injustam suscepisse, nec tunc malæ fidei reus fiet. Reus noster *Guttenbergius* quare habendus esset pro possessore malæ fidei? cum nactus sit possessionem titulo emti, & cum consensu Principis Domini directi, tutum etiam se existimavit ex contractu fratrum *Truchsessiorum* Ao. 1665. Adeoque non fuit malæ fidei possessor, neque ab initio, per *L.* 109. *de verb. signif.* neque per litis contestationem Ao. 1701. [89] factus est talis, quia opinionem illegitimæ possessionis ad hodiernum usque tempus, eum non habuisse, argumenta probabilia pro defendendo jure suo credibile faciunt. Quare ergo fructus non faceret suos, usque dum per sententiam ad restitutionem feudi condemnabitur? Porro considerandum erit, quod *Joach. Ernestus* alienationi factæ causam dederit in pacto illo Anno 1665. §. 6. Quid enim futurum fuisset, si frater *Wolff Dietericus* unicum feudum *Sternberg* alienasset, nonne tunc rationes omnes, quibus utitur Actor, pondere suo levatæ forent? Deinde ipse *Joach. Ernestus* oblatam sibi & acceptatam Ao. 1694. venditionem non perfecit, offerendo pretium non adæquatum, & poterat de leviore cum fratre convenire, nisi maluisset negotium abrumpere & mortem ejus expectare. Non vero est ab omni jure alienum, revocare feudum alienatum cum refusione pretii. Nam hoc permissum est Agnatis jure Protimiseos

Struv. *Cap. XIII.* §. 21. 22.

In casu præsente non agitur de Jure Protimiseos, quod habet terminos peculiares, sed an refusio pretii decerni possit Officio Judicis ex æquitate? In omni hac materia arbitrio Judicis multum tribuit

Müllerus ad Struv. *Syntagm. J. Civil. tit. ff. de Rei Vindic.* §. 19. *Lit. R.*

Rigorosum Jus est, ut fiat restitutio, non refuso pretio. Æquum vero benigna interpretatione temperabitur ex circumstantiis rerum personarumque, de quibus agitur.

Quæst. XI.

Annon Allodialia feudo admixta restituenda forent refuso pretio?

Quæstio hæc dependet a conditione corporum allodialium nobis adhuc ignota, an separatio sit facilis, difficilis, utilis, inutilis, litigiis & contentionibus obnoxia &c. An etiam destinata Allodialia ad usum feudi, vel aliter. Hæc ergo res Inquisitione opus habet.

Ad oblatam Anno 1694. vel 1695. summam 50000. Flor. hodie respicere non possumus, quia tunc temporis totum bonorum corpus pro hoc pretio venire debebat, juxta mentem *Joach. Ernesti.* Status rerum autem postea est mutatus.

Quæst. XII.

Quid itaque pro statu actorum præsente sit statuendum pronunciandumque? Vellem quidem, ut per tantos labores eorum, qui in hac lite operam advocando impenderunt, omnia ita essent præparata, ut ad definitivam sententiam progredi possem. Nondum tamen ego video in Actis rem omni ex parte certam, de qua sententia ferri queat, sed alia atque alia ulteriore informatione in iis, quæ ad factum pertinent, opus habere.

1. Quænam corpora sint feuda propria, quæ impropria, quæ Allodialia, non habemus in Actis indicia ejus rei specifica & certa. Die Anschlag-Register [23] [47] sind allzu general und unvollkommen, der weitläufftigere Anschlag de Anno 1694. auf welchen ich mich quæstione 9. bezogen, ist nicht pars actorum, und rühren alle solche Delignationes her von dem Alienatore Wolff Dieterich Truchses, worüber klagender Theil sich mit Bestand und gründlich noch nicht vernehmen lassen. Von dem eigentlichen und rechten Anschlag, wornach der Verkauff Anno 1695. geschehen, ist gar nichts ad Acta kommen; der Brüderliche Theilungs-Anschlag de Anno 1665. auch nicht, auf welchen doch klagender Theil mehrmahls sich bezogen, dahero klagender Theil immer pro separatione feudorum ab Allodiis angestanden. Also würde auf solchen Punct zu interloquiren, der rechte Anschlag von beklagtem Guttenbergischen Theil zu erfordern, und dem Kläger, sich darauf vernehmen zu lassen, aufzulegen seyn.

2. Ist das Angeben von 24000. Rthlr. und 10000. fl. Consens-Gelder [89] vel [117] imgleichen [95] vel [105] sehr dunckel, welches der Guttenbergische Theil mehr zu erläutern, auch glaubhaffte Bescheinung beyzubringen, wie auch was in der Truchsessischen Schrifft [138] *Fol.* 11. von denen der Lehen halber am Kauff-Pretio innebehaltenen 30000. fl. angeführet wird, welches Assertum klagender Theil zu bescheinen hat, denn hieraus kan auch von der eigentlichen Qualität der Lehen geurtheilet werden; Und wenn es also wäre, so hätte der Beklagte

von **Guttenberg** rem & pretium zusammen in Händen. Beklagter Theil will dieses Assertum nicht gestehen 142. *Fol.* 8.

3. Vermeynte ich nochmals, daß es gut wäre, wann dem klagenden **Truchses** die alten Lehen-Brieffe und Mitbelehnungs Bekänntnisse über ein und anderes Lehen-Stück zu besserer Information in beglaubter Form beyzubringen aufgeleget würde; denn was er diß-falls in Actis beygebracht, bestehet theils in blossen narratis, theils in unbeglaubt- und unvollkommenen Beylagen.

4. Wolte man nun voraus statuiren, daß dem Kläger Revocatio feudorum alienatorum, so viel darunter rechte Mann-Lehen sind, zu gestatten, so könte ich solches geschehen lassen, ob es aber in Sententia vorab, und ehe vorher besagte Puncte erläutert, zu exprimiren, gebe ich votis majoribus anheim, vermeynende, es könte dißmahl nur in Concluso Senatus notiret werden: vielleicht, wenn klagender **Truchses** siehet, wie nach Abzug der vielen Allodial- und gemeinen Lehen-Stücke, die ohnedem auf des **Wolff Dieterich** Tochter gefallen wären, wie auch der Lehens-Meliorationen, und Consens-Gelder wenig Vortheil ihm übrig bleiben werde, so dürffte er den Verfolg gar liegen lassen. Bis daher sind beyde Theile nur in generalibus terminis de jure revocandi feuda geblieben, ad speciem aber nicht gegangen, vielweniger super modo in Handlung gekommen.

Sententia publicata 30. Apr. 1733.

IN Sachen weyland **Joachim Ernst**, jetzo dessen Söhne, **Wolff Dieterich** und **Joachim Ernst Truchses von Wetzhausen**, Klägern eines, wider weyland **Wolff Dieterich Truchses von Wetzhausen**, und **Otto Philipp von Guttenberg**, Beklagten andern Theils, decisi mandati inhibitorii de non alienando bona, hernachmals Supplicationis respectivæ decisæ in puncto Juris Retractus, jetzo Actionem Revocatoriam der verkaufften Lehen-Güter betreffend: Ist auf die nach eröffneter Urthel vom 21. Oct. 1716. weiters übergebene Handlungen, ohngehindert des durch Lt. **Jung**, Nahmens weyland **Johann Adolph Freyherrn Wolff Metternich zur Gracht**, jetzo dessen Wittib, als Assistenten des Beklagten von **Guttenberg**, beschehenen Vorbringens, insonderheit der angezogenen, nicht aber rechtlich erwiesenen Gewohnheit, als ob die Würtzburgische Adeliche Lehen-Güter insgemein, oder auch der **Truchsessischen** Familie insonderheit, allein mit Lehen-Herrlichem Consens, zu Nachtheil derer in erster Belehnung mitbegriffenen Agnaten verkaufft werden mögten, zu Recht erkannt, daß Beklagter von **Guttenberg** die von weyland **Wolff Dieterich Truchses** Ao. 1695. erkauffte Würtzburgische Lehen-Güter, so viel darunter Alt-Väterliche rechte Mann-Lehen sind, denen Klägern, nebst allen von Zeit Absterbens vorbenannten Verkäuffers davon erhobenen Nutzungen, wieder abzutreten schuldig, und darzu zu condemniren und verdammen sey: Als wir denselben hiermit condemniren und verdammen, die Gerichts-Kosten bey diesem Kayserlichen Cammer-Gericht derentwegen aufgelauffen, compensirend und vergleichend.

Hierauf ist zu gehorsamer Gelebung dieser Urthel, und Abtretung besagter Mann-Lehen-Stücke, so viel aus denen Lehen-Brieffen von dieser Qualität zu seyn, in continenti zu erweisen, Beklagtem von **Guttenberg** Zeit 4. Monaten pro Termino & Prorogatione von Amts wegen angesetzt, mit dem Anhang, wo er deme also nicht nachkommen wird, daß derselbe jetzt als dann, und dann als jetzt, in die Straff zehen Marck löthigen Goldes, halb dem Kayserlichen Fisco, und zum andern halben Theil denen Klägern zu bezahlen, fällig ertheilet seyn, und der Real-Execution halber ergehen solle, was recht ist.

Dann so viel die mitverkauffte Söhn- und Töchter-Lehen betrifft, ist der Bescheid: Würden Doctoris **Goy** Principalen in obbestimmter Frist rechtlich darthun, daß in solchen Lehen-Stücken, in specie dem Gut Zimmerau, des **Wolff Dieterich Truchses** hinterlassene Tochter, Wittib **Metternich zur Gracht**, und deren Descendenten, so lang der Männliche Stamm des ersten Acquirentis noch übrig, nach Würtzburgischem Lehens-Gebrauch der Succession unfähig seyn, darneben die alten und neuen Lehen-Brieffe darüber in glaubhaffter Form beybringen, so ergehet deßhalber ferner was recht ist.

Endlich soll Lt. **Jung**, was es mit denen in der am 21. Febr. 1701. übergebenen Deductions-Schrifft [89] & [117] am Ende angezogenen auf die Lehen-Güter consentirten 24000. Rthlr. und 10000. fl. vor Bewandniß habe, umständlicher, mit Beybringung der Consens-Brieffe und Bekänntnisse, in obbesagter Zeit anzeigen.

Con-

Consultatio & Decisio XII.

In materia præcedente.

Ingressus deliberationis præsentis fiat bono cum Deo per repetitionem deliberationis præcedentis Anno 1733. quæ omnino est necessaria. Deinde recensеatur summa Actorum sequentium, postea

Votum.

Quod ego in præcedente nostra deliberatione metui, ne de Corporibus feudalibus varia extitura essent dubia, hoc post sententiam nostram 30. April. d. a. publicatam se exeruisse in *nonnullis* audivimus in recensione Actorum.

Erunt ergo deliberationis præsentis Capita tria:

I. De feudis propriis, seu masculinis, quænam corpora juxta Sententiam & Documenta Investiturarum sint restituenda?

II. De Consensu a Domino feudi dato cum Jure Retentionis ad summam 10000. fl. & quid sentiendum de summa meliorationum 24000. Imp. cujus mentio fit in Consensu Principis Ao. 1694. [160]

III. De feudis promiscuis, an probata sit juxta Sententiam qualitas ad excludendam a successione filiam *Wolff Dieterici*?

Ex his Quæstionibus deinde inientur rationes restitutionis fructuum per sententiam adjudicatorum.

Ad Caput I.

Pronunciatum fuit, & est res judicata: Restituenda esse *Truchsessio* bona feudalia masculina, uti in sententia exprimitur: **So viel unter denen Lehen-Gütern Alt-Väterliche rechte Mann-Lehen sind**, & in annexis executorialibus: **So viel aus denen Lehen-Brieffen von dieser Qualität zu seyn** in continenti **zu erweisen.**

Nostræ ergo deliberationis non est amplius, an *Guttenbergius* ad restitutionem sit condemnandus, sed tantum de Corporibus feudalibus.

Jam vero productæ sunt Literæ investiturarum cum scripto [161] in Adjunctis [162] usque [177] Hæc omnia spectant potissimum ad locum *Sternberg* cum partibus integrantibus comprehensis.

Porro in [206] spectat ad decimas in *Sultzdorff* exclusive **eines 16ten Theils.**

Neque mihi est dubium, omnia ista in investiturarum literis designata corpora esse feudalia, & quidem masculina. Hoc saltem facit nonnihil difficultatis, quod in diversis literis investiturarum, eodem tempore datis, Corpora nonulla eadem, nescio qua de causa, vel quo forte errore, sint expressa. Hinc *Guttenbergius* in scriptis per Lt. *Wigand* productis liquida non esse corpora feudalia, & ante omnia ad liquidum perducenda allegat.

Ait quidem *Guttenbergius* in [194]: **Es sey ausser der steinern Scheuer, dem halben Garten um das Schloß, dem dritten Theil Wiesen und Gehöltz am Egelsbach nichts mehr von Lehen übrig**; Fortassis putavit Advocatus, fundum feudalem, cui ædificium fuit impositum, qualitatem feudi amittere.

Nemo vero hanc thesin temere sustinebit, cum potius ædificium fundo feudali impositum, nisi aliæ occurrant circumstantiæ, feudo cedat.

vid. Struv. *J. F. C.* 12. §. 6. *n.* 9.

Deinde expeditum non est, **was vor Stücke es seyn, die Wiesen und Gehöltz am Egelsbach:**

Ait *Truchsessius*, **sie würden sich wohl unter andern Nahmen ausfündig machen lassen.** Forte etiam non, respondet *Guttenbergius.* Ergo manet res obscura.

Neque etiam certum, **was die Sölden vor Corpora, die zu einem Gut gehören, seyn.**

Tandem in investiturarum Literis nominatur **der gantze Zehende zu Schweickerhausen, es gestehet aber klagender Truchses, die Helffte daran inne zu haben: Sodann einen dritten Theil am vierten Theil des Holtzes und Wiesen in Zellbach,** quæ sunt Corpora minime liquida: Non melius explicantur in scripto *Truchsessiano* [204] & fateor, mihi aliqua nondum patere. Allegatur quidem a *Truchsessio* divisio fraterna de Anno 1665. **nebst dem Anschlag beym Verkauff des Lehens.**

Sed hæc rem non faciunt certiorem. **Der Anschlag ist** ad Acta nicht reproduciret, **und sonsten nichts ungewöhnliches, daß in Brüderlichen Theilungen, auch Anschlägen der Einkünfften, manches Stück oder Gerechtigkeit vor Lehen angegeben wird, welches die Qualität nicht hat: sondern dieses alles muß aus denen Lehen-Brieffen erkannt werden.**

Assertio Vasalli non facit rem feudalem, sed contractus feudalis, quem, si non amplius extet, indicant literæ investiturarum. **Wenn nun diese selbst unklar sind, so ist ein Richter nicht geschickt genug, es klar zu machen, so lang die Partheyen keinen mehrern Grund an Hand geben;** Hæc enim res consistit in facto.

Interim

Interim, ne effectu careat sententia nostra, existimo ego, ita esse procedendum: Cum *Guttenbergius* offerat restitutionem prævia liquidatione, per paritoriam vero res non possit fieri magis, quam nunc est, clara: Cum etiam absque dubio feudis admixta sint corpora Allodialia, eaque juxta æstimationem Anno 1694. majoris pretii, quam ipsa corpora feudalia in *Sternberg*; absque Commissione ad separationem & liquidationem corporum exitum non futurum, eamque antea petiit sæpius *Truchsessius*.

Proinde hanc Commissionem decernendam, ita, ut utraque partium Commissarios utriusque Religionis ex Nobilitate Franconica denominent, interventio quoque Domino feudi maneat libera, & quæcunque sunt clara Corpora, operam dent Commissarii, ut restituantur *Truchsessio*, dummodo ipse præstet præstanda, in capite sequente commemoranda.

Ad Caput II.

De Consensu a Domino feudi dato cum Jure Retentionis. Fundamentum hujus rei positum est a *Guttenbergio* & hæredibus Venditoris *Truchsessii* in documento Consensus de Anno 1694 [157] vel [160] In hoc documento fit mentio Consensus antiquioris ad summam 10000. fl. a quondam Domino *Johanne Philippo* Episcopo dati An. 1654. pro hæredibus allodialibus ad 24. annos. Quem consensum Episcopus *Joh. Gottfriedus* extendit, omissa præfixione termini certi, concedendo simul Jus Retentionis. Altera summa 24000. Rthlr. in ædificia impensa in consensu non continetur, sed per consequentiam eo trahitur. Neque tamen hæc summa alio nititur fundamento, quam narratione ipsius *Truchsessii* Venditoris. Consensum illum ad summam 10000. fl. respicere tuntum ad feudum *Sternberg*, ex ipso tenore documenti est clarum. Neque enim respectu feudorum promiscuorum ad filias transeuntium ejusmodi consensus peti & impetrari est necesse, neque etiam moris. Hoc vero maxime probabile, quod æstimatio illa bonorum Ao. 1694. confecta, non sit omni ex parte vera. Denn darin sind die Sternbergische Lehen nur vor 10000. fl. angeschlagen, und solte doch das Lehen in alle Wege des dritten Theils besser seyn, als die bekannte Summe der 10000. fl.

Actor noster *Truchsessius* priorem summam 10000. fl. ideo tantum impugnat, quod consensus ad longius tempus fuerit extensus, quam factum esset ab antecessoribus Episcopis. Posteriorem summam 24000. Imp. plane non agnoscit, tanquam modum excedentem.

Mihi ita sentiendum videtur: Summam priorem tam ratione quanti, quam formæ consensus, pro tali habendam esse, quam successor feudalis Agnatus cum usuris restituere teneatur, ab eodem tempore computandis, quo ipse lucratur fructus. Tales enim sunt mores Herbipolensium feudorum, ut, si etiam major fuisset summa, daß nur das Lehen bis auf einen Drittheil mehr werth sey, in ejusmodi successione Agnatorum ad onus successorum pertineat. Non opus esse puto, ut provocem hic ad auctoritates interpretum, cum hæc res in Judicio Camerali non sit nova; Neque opus esse consensu Agnatorum, per exempla in causa der Erben von Fuchs, probatur in scripto [196] per Adjuncta [189] [199] [200] [201] juncto [217] Quid? quod ipse *Truchsessius* in literis ad Fratrem 11. Maji 1695. declaravit, Er wolle die auf die Lehen ausgewürckte Consens-Schuld auf sich nehmen, [223] paulo ante venditionem, quæ perfecta 14. Dec. 1695. Neque hic respiciendum erit ad intentionem, quam scribens subobscure expressit, als wenn er die 10000. fl. nur in Betracht der Bau-Kosten über sich nehmen wolle; Nam obligatus erat successor feudorum, etiamsi frater nihil ædificasset, neque quæritur hic de mente scribentis, sed de ejus Obligatione vel jure communi, vel in Consuetudine fundata.

Quod vero *Truchsessius* allegat, non pertinere consensum ad *Guttenbergium*, filiam vero eo uti non posse, quia non possideret, hoc facile eliditur per cessionem, a filia *Guttenbergio* factam, & doctrinam

Lauterbachii de Jure Retentionis *thesi* 2. & 9.

Porro quod objicitur de extensione consensus ultra 24. annos. Resp. a die consensus prioris Anno 1624. usque ad mortem Venditoris, quæ contigit juxta [222] *Fol.* 22. 1. April. Ao. 1699. nondum præteriisse illum annorum numerum, adeoque ad filiam pertinere.

Quod attinet ad alteram summam 24000. Imp. non existimo, comprehensam esse in Consensu Principis Domini feudi, sed favore *Truchsessii Wolff Dieterici* esse insertam. Est hujus rei indicium in [197] quod Documentum refert cautionem a venditore datam pro evictione. In eo vero nihil expressum est de summa 24000. Imp.

Sed tamen non effugere poterit *Truchsessius* successor refusionem meliorationum, per ea quæ tradit

Struv. *Cap.* 12. §. 6. juncto *Cap.* 15. §. 17. *num.* 2. *seqq.*

dummodo quantum meliorationum cum justo moderamine ad liquidum sit deductum. Ipse *Truchsessius* in [219] agnoscit, daß er die Meliorationes zu refundiren schuldig, wann sie nur moderat seyn. Neque autem hic sufficit sola narratio Venditoris vel ejus hæredum.

Videndum erit etiam, qualis summa revera fuerit erogata; quanti ædificia valeant tempore restitutionis, & successori possint esse utilia. Hac de re cum nihil in Actis sit propositum: *Guttenbergius* tantum nitatur dicto consensu, *Truchsessius* vero eum non agnoscat;

Opus

Opus erit vel interlocutione, vel ut a Commiſſariis fieri debeat liquidatio & taxatio. Et cum ab hoc articulo dependeat ratio reſtituendorum fructuum, poterit eorundem liquidatio fieri per Commiſſarios, nam *Truchſeſſius* nullam edidit deſignationem in Actis.

De Uſuris Meliorationum cenſeo non deberi a ſucceſſore feudali, cum ex ædificiis non naſcantur fructus, in quibus pars potiſſima Meliorationum conſiſtit.

Peracto ſic Commiſſariorum officio, niſi partes ad Concordiam ab ipſis tentandam deduci ſe patiantur, conſtabit certius non ſolum de Corporibus feudalibus reſtituendis, ſed etiam de quanto fructuum ex iisdem bonis. Et quatenus per ſummam ſupradictam 10000. floren. cum uſuris refundendam, nec non per quantum meliorationum compenſatio fieri poſſit: Ita ut, ſi quantum a *Truchſeſſio* præſtandum ſuperet æſtimationem fructuum (quod futurum eſt fortaſſis propter multa admixta feudis allodia in fructibus uberiora) Jus Retentionis maneat integrum *Guttenbergio* in quantitate bonorum ſufficiente, donec ei fuerit ſatisfactum.

Ad Caput III.

De feudis promiſcuis, in ſpecie ZIMMERAU.

De hoc objecto in priori ſententia nihil fuit deciſum, ſed injuncta *Truchſeſſio* probatio prærogativæ Agnatorum aſſertæ ad excluſionem filiæ juxta conſuetudinem Curiæ feudalis.

Fuere itaque in priori deliberatione rationes pro filia graviores, quam pro Agnato.

De qualitate hujus feudi audivimus eſſe antiquitus oblatum cum pacto expreſſo ſucceſſionis filiarum conjunctim cum filiis & hæredum quorumcunque, ſcilicet ſi defecerint deſcendentes. Verba Contractus feudalis Ao. 1502. ſunt ſequentia, non fruſtra repetita quatuor vicibus; Alſo daß ſolches Gut alles und jegliches nun und hinführo in Ewigkeit ſeiner Gnaden, aller ſeiner Nachkommen und Stift Lehens-Eigenthum, und mein und **meiner Erben**, Söhnen **mit ſamt** denen Töchteren, **und allen und jeden andern Erben**, Lehn-Güter ſeyn und bleiben, auch von mir und meinen Söhnen mit ſamt denen Töchtern und allen und jeden andern Erben, ſo offt ſich das gebühren wird, zu Lehn empfangen ſollen.

Literæ inveſtiturarum in noſtris Actis productæ [178] [179] [180] ad formulam Contractus ſeſe referunt, wie ſolches alles und jedes Jacob Scholl ꝛc. zu Lehen auffgegeben, und zu Lehn Söhn und Töchtern zu verleihen gemacht hat.

In vanum nititur contra verba Contractus feudalis Advocatus *Truchſeſſii*. Quantus ſit Interpretum de natura feudorum impropriorum hæreditariorum diſſenſus, legimus apud

Struvium *Cap.* 4. §. 13.

Hartm. Piſt. 2. *quæſt.* 35.

Ex cujus traditis in utramque partem theſes adſtrui poſſunt: Pro filiabus decidit

Hartm. Piſt. 2. *quæſt.* 1. *num.* 38. *ſeq.* & *d. qu.* 35. *num.* 30.

Add. Roſenthal. *cap.* 2. *concl.* 35. & 36. Quam intricate de hac materia loquantur atque doceant, teſtis eſt Anteceſſor noſter

Gailius *Part.* 2. *obſerv.* 154.

Coccej. *in Hypomnem. feudal. tit.* 3. *num.* 28. *ſeqq.*

& ex hac conturbatione doctrinæ non eſt mirum, ſi quævis opinio ſuos inveniat fautores.

Quotquot Interpretum filias poſtponunt maſculinis, etiam remotiori gradu exiſtentibus, ex textibus Juris feudalis non ſatis probant theſin, ſed in opinionibus aliorum, quas, prout quisque fuit animatus, ſequitur.

1. *F.* 6. dicitur: relicto maſculo fœminæ non admittuntur. Tit. 8. filiis non exſtantibus 2. *feud.* 30. deficientibus maſculis feudum pertinebit ad filias. Quicquid vel ex iſtis textibus, præcipue vero ex 2. *F.* 17. vel ex Interpretum conturbatis, ut ait Coccejus *dict. loc.* ſententiis vel reſponſis diſputari poſſit contra filias, non tamen faceret ad hypotheſin pacti expreſſi. Convenit cum caſu noſtro appoſite ſatis ille, quem refert Carpzovius 6. *Reſp.* 82. pro filia eſſe deciſum.

Add. Gail. *dict. Obſ.* 154. *num.* 9. *& fin.*

Coccej. *hypomnem. dict. tit.* 3. §. 25. ubi etiam §. 38. *ſeqq.* ex Actis Curiæ Palatinæ refert, quod feuda ſimpliciter data zu Erb-Lehen ad fœminas tranſeant, relicta tamen maſculis aliqua prærogativa.

Ex omni hiſtoria Succeſſionis in feudo Zimmerau a tempore oblationis, quam mox recenſebo pluribus, patebit: ſi vel maxime juxta ordinem ſuccedendi, qui refertur [218], fratri cuidam inveſtitura contigerit ſoli; hoc tamen factum eſſe potuit vel per renunciationem ſororis voluntariam, vel quod huic alio modo fuerit proſpectum, ſalva natura feudi juxta contractum feudalem introducta, in quo contractu nulla filiorum, multo minus agnatorum exprimitur prærogativa. Deinde ex venditionibus variis & translationibus feudi Zimmerau ad fœminas poſt Ann. 1502. de quibus ſunt indicia in [178] [214] [215] & ex ipſa Truchſeſſiana narratione dicto [218] ſatis colligitur, naturam hujus feudi eſſe talem, ut præ Agnatis ſucceſſio debeatur filiæ.

Advocatus Truchſeſſianus diffiſus, uti videtur, argumentis ex opinionibus DDrum deſumtis tandem præſidium quærit in renunciationibus filiarum ex familia Truchſeſſiana, & tandem in aliquo pacto familiæ. Hæc omnia tamen inutiliter allegantur. Nam neque renunciationes in [182] usque [185] qnidquam huc faciunt contra filiam, quæ non renunciavit, neque renunciare debuit:

Renunciationes filiarum nobilium fieri ſolent etiam quoad bona allodialia. Nullum ergo eſt argumentum ad excluſionem earum caſu ſucceſſionis exiſtente.

Neque etiam pactum familiæ [186] intentionem probat, quia agitur de feudis propriis, quibus unus vel alter paciſcentium non eſſet inveſtitus, daß ſie die Belehnung auf Nahmen, Schild und Helm behaupten wolten. Alterum pactum, quod A. 1643. dicitur fuiſſe compoſitum, eſt plane incertum, cum non conſtet de paciſcentibus ex hoc documento,

Forte fuit in consilio tantum ad perfectionem non deductum, *Truchsessios* fratres comprehensos non fuisse, ex pacto divisorio Anno 1665. satis colligitur.

Venio jam ad historiam Successionis in feudo *Zimmerau*, quam ex Actis antiquis a *Guttenbergiis* allegatis inter Episcopum Herbipolensem *Julium* & Familiam Nobilium de *Erthal* cum consortibus desumsi. Hæc Acta durante relatione præsente ex Archivo Camerali jussi conquiri atque obtinui.

Jacobus de Miltz condictus *Scholl* sive *Schott* primus Auctor fuit oblationis prædii sui allodialis *Zimmerau* Anno 1502. juxta tenorem Contractus supra memorati [195] qui etiam reperitur in istis Actis antiquis una cum investitura prima secundum literam Contractus expedita fol. 50. & 68.

Decessit iste *Jacob Miltz*, nullis relictis liberis, id quod in libello articulato fol. 11. articul. 3. affirmatur & in responsionibus fol. 21. creditur.

Erravit ergo Auctor scripti Truchsessiani [218], cum isti Jacobo tribuit filios duos, *Philippum* & *Hans*. Hic, scilicet *Hans von Miltz*, genannt Gleichen, non fuit filius Jacobi, sed ejusdem cum eo familiæ, forte hæres proximus ab intestato, petiitque investituram feudi, quam cum Episcopus negasset, quod a primo acquirente non descenderet, neque esset ejusdem familiæ, existebat aliqua controversia. Dubium de familia erat hoc, quod *Hans* iste non uteretur nomine *Scholl*, sed alio ab habitatione sua petito, Gleichen am Berg, quod dubium videbatur leve, nam nomen *Scholl* erat adscititium. Patet hoc ex investituris descendentium ab isto *Hans*, in quibus etiam nomen *Scholl*, sive *Schott*, (varie enim scriptum lego) ipsis tribuitur. Mox igitur investitura concessa fuit dem Hans von Miltz, qui simul prædium suum Steckenbach am Steigerwald obtulit in feudum promiscuum Episcopo. Hoc significatur in literis investituræ recentioribus, daß Steckenbach zum Recompens dem Stifft Würtzburg zu Lehn aufgegeben worden. Notandum est tamen, daß gedachter Hans von Miltz plenam proprietatem dieses Guts nicht gehabt, sondern nur dominium directum, mithin auch dem Hrn. Bischoff nichts mehr auffgetragen; Denn es hat Dr. Löffelholtz von ihme Miltz dieses Gut zum Mann-Lehen getragen. Ob nun und wann dasselbe etwa cum dominio directo consolidiret worden, ist in Actis nicht zu finden gewesen: Contractus oblationis ist in alten Actis fol. 71. und geschehen Anno 1506. Worin sich dieser Hans von Miltz des Jacobi Miltz Lehn-baren Erben nennet; Jam variat ordo Genealogicus in *Actis Truchsessianis* [218] cum Actis antiquis, quæ recenseo fol. 80. & [12] Actor. Appellat. Convenientior tamen est ordo dicto [218] cum literis investiturarum. Nempe *Hans von Miltz* investitus Anno 1506. habuit filium unicum, *Wolff Conradum*, & filiam unicam, nomine *Annam*, nuptam *Valentino*, ejusdem Familiæ *v. Miltz*, condicto *Scholl*. Investitus fuit *Wolff Conradus*, Protocollo Curiæ feudalis Anno 1533. & 1541. fol. Actor. 74. Obiit vero absque liberis, & successit in feudo soror *Anna*, investituram accipiente ejus nomine Marito *Valentino* Ao. 1542. fol. 74. seq. Dieser Lehen-Brief ist auch in Truchsessischen Acten befindlich [211]. Ich kan aber nicht eigentlich sagen, ob es numero idem Documentum sey, dann in den alten Act. dict. fol. 74. seq. mehr objecta von Mann-Lehen exprimiret, womit Valentin Scholl belehnet, uxorio nomine *Annæ*. Wie diese Stücke naturam feudi propriam behalten, da gedachte *Anna* damit belehnet worden, oder wie sie promiscua worden, ist mir noch unklar. In folgendem Lehn-Brief über Zimmerau sind diese Stücke alle ausgelassen. Es waren zu der Zeit andere Collaterales von Miltz vorhanden, welche Zimmerau nicht, sondern die Mann-Lehen-Güter bekommen, besage der Lehen-Briefe [212] & [213] de Ao. 1543. & 1581.

Post mortem *Annæ* investitus iterum fuit ejus Maritus *Valentinus* Ao. 1546. fol. 76. probabile est liberorum nomine. Procreati enim erant ex *Anna* & patre *Valentino* filius *Hans Henrich* investitus Ao. 1556. Lehn-Registratur fol. 76. & filiæ duæ *Sibylla* & *Margaretha*. *Altera* ex his fuit uxor Wolff Truchses zu Wetzhausen, ex qua susceptæ filiæ tres diversarum familiarum Maritorum uxores Diemar, Stein und Weyhers; Altera uxor *Burchhardi von Erthal*. Differunt narrationes, cum alibi *Sibyllæ* datur Maritus *Truchsessius* zu Sternberg, *Margarethæ Erthalius*, alibi vice versa: Nihil tamen interest ad rem nostram. Sorores hæ *Sibylla* & *Margaretha* quomodo convenerint cum fratre *Hans Henrico* narratur, in Actis Appellationis, de quibus postea. Acquisiverunt tamen earum hæredes feudum *Zimmerau*, ut mox dicetur.

Hans Henrico fuit filius unicus *Christoph David*, investitus besage der Lehns-Registraturen fol. 75. 78. & 80. Ob des Vaters Schwestern, Sibylla und Margaretha, oder eine von ihnen zu der Zeit noch am Leben gewesen, ist unbekannt. Defunctus vero fuit nulla relicta prole, & hærede scripta Matre sua *Margaretha*, gebohrne von Marschall.

Contradixerunt hæredes *Sibyllæ* & *Margarethæ*, tandem cum ipsa transegerunt & adepti sunt feudi possessionem Ao. 1580. [10] Actor. Appellat.

Episcopus *Julius* credidit, feudum sibi esse apertum, & contra possessores actionem instituit coram paribus Curiæ Anno 1580. Judex in hoc Judicio constitutus fuit ex aliis Actis Celeberrimus *Eustachius von Schlitz*, genannt Görtz. Hoc est initium Actorum priorum. Fundamentum Domini Actoris erat: Non descendere possessores a primo acquirente. Neque esse de ipsius familia. Ultimum investitum absque prole defunctum, ergo feudum reversum esse ad Dominum. Non amplius agi de oblatione prima per *Jacobum de Miltz* facta Ao. 1502. qui obierit absque prole, sed investitura sequentem *Hans von Miltz* obtinuisse investituram aus Gnaden, quæ verba interpretatur tanquam ex gratia nova. Sequentes investituras non facere mentionem hæredum

quorum-

quorumcunque. Mutatam fuisse formulam contractus prioris de Anno 1502. in investitura nova. Negatur Consuetudo Herbipolensis, daß in Söhn- und Töchter-Lehen hæredes extranei succediren könten.

A parte reorum negantur hæc principia Actoris omnia: Literas investituræ *Hansen von Miltz* Anno 1506. esse celatas, die Lehns-Registraturen seyen gar generaliter gefasset, und gleichwohl finde sich in dem Lehen-Brief vor Hans Henrich Schollen Anno 1556. die Beruffung auf Jacob Schollens geschehenen Aufftrag, wie auch in den folgenden vor Christoph David & sequentibus.

Gedachter Hans von Miltz seye als Lehnbarer Erbe Jacobs von Miltz, und nicht ex nova gratia belehnet: Was würde sonst, da Jacob keine Leibes-Erben gehabt, vor Ursach gewesen seyn, Eigenthum zu Lehen aufzutragen?

De Consuetudine Curiæ asseritur constanter, daß auch bey Söhn- und Töchter-Lehen, nisi prærogativa masculorum sit expressa, hæredes etiam extranei succediren.

Post varias deductiones, ab utraque parte in priori Instantia productas, sequitur Sententia fol. 132. Anno 1585. Daß Beklagter von der Klage zu absolviren, und Herr Kläger Ihnen die Lehen zu leihen schuldig, inmassen solche Christoph David Schollen bey seinem Leben geliehen worden. Ab hac Sententia Dominus Episcopus appellavit ad Cameram tunc Spiræ residentem, & reproducti Processus 1. Septembr. 1585. Actor. Appellationis status est sequens: In Actis Truchsessianis [214].

Post reproductionem cum Actis prioribus hat Appellans Herr Bischoff am 17. Septembris 1585. ad Acta priora submittiret, Appellatischer Theil aber [5] Commissionem ad probandam consuetudinem begehret; Articul. Defensional. 15. Diese hat Appellans nicht admittiren wollen, allegando [6]: Daß Appellati nicht habiles wären, neque hæredes primi acquirentis, neque ultimi defuncti *Christoph. David Schollen*, welcher seine leibliche Mutter zum Erben eingesetzet hatte; Hierauf haben am 10. Novembr. 1586. Appellati eine summarische Erzehlung Actor. prior. cum eventuali Conclusione übergeben [9], producendo Copiam des Vertrags, mit des letztverstorbenen Mutter, in specie wegen Zimmerau, vom 13. Julii 1580. [10] So dann post litis contestatoriam 26. Aprilis 1587. eine Commission-Schrifft [11]. In dieser Schrifft wird sich auf die erste Investitur Anno 1502. und darauf gerichtete folgende Lehen-Briefe starck bezogen, und daß kein novum pactum mit Hansen von Miltz errichtet worden; Das Gut Steckenbach seye sonder Zweiffel ein gering Werck; Dann Christoph David, wie auch sein Vater und Anherr solches neque quoad directum dominium, neque quoad utile hinterlassen; Man wüßte auch bis auf diese Stunde nicht, wo es gelegen, und wer es inhabe. Mit Valentin Schollens Schwestern Sibylla und Margaretha seyen Heyraths- und Verzichts-Briefe, auch auf andere Allodial-Güter, die hier benennet werden, auffgerichtet, reservato regressu. Apponitur Schema [12], de quo supra dixi.

Nota. Hier wird dieser Valentin vermuthlich aus Irrthum genennet, und soll etwa Hanß Heinrich heissen.

Wie auch Extract Testamenti Christoph David Schollens, worin post varia legata Mater ipsius *Margaretha* hæres instituitur in omnibus bonis.

Anno 1603. d. 17. Februar. hat Appellatischer Theil rescissionem Conclusionis gebeten, weil Er novas probationes ad defens. [15] ausgefunden, allegando in specie Lehen-Brieff Bischoffs Conradi Ao. 1541. an Bernhard und Simon von Thüngen einiger erblicher Lehen, die man Söhn- und Töchter-Lehen zu leihen pflegt, und wird ihnen zu rechtem Frauen Erb- und Mann-Lehen geliehen [17]. Diesem Begehren hat der Herr Bischoff post actoriam 22. Februar. 1603. contradiciret, und seine Submission wiederholet [18]. Darauf folgt am 7. Junii der Appellaten Replic-Schrifft, worin sie alle ihre Consortes mit Nahmen benennen, die von Erthal, von Weyhers, von Diemar, von Stein, und zugleich mehr Beylagen [20] usque [26] übergeben, worin zwey Exempla auffgetragener Lehen des Dorffs Marck-Unterbreit, und das Schloß Gemünd zu Söhn- und Töchter-Lehen, und anderer Erben enthalten, und obwohl in denen Lehen-Briefen die Worte: Anderer Erben, ausgelassen; so seye doch Successio ad extraneos hæredes verfallen. 6. Octobris ist appellatische Duplic- und Conclusion-Schrifft cum contradictione generali. Darauf folgt am 16. Junii 1604. Sententia definitiva confirmatoria præcedentis a qua, ist zwar dem Protocollo nicht eingeschrieben, aber in Actis Cameralibus Truchses betreffend, beygelegt [215].

Ex jam recensitis constitit,

I. Quod *Hans von Miltz* successerit *Jacobo* tanquam hæres proximus feudi, a primo acquirente non descendens, als Lehn-barer Erbe, nisi enim fuisset hæres *Jacobi*, non poterat esse Successor in feudo promiscuo.

Berlich. *Part. 2. Concluf. 55. num. 5. seq. cum allegatis* ibid.

Fuisse autem tunc temporis alios ejusdem familiæ *de Miltz*, patet exinde, quod filia *Hansii* nupserit cuidam *Valentino de Miltz*, also daß auf blossen Nahmen, Schild und Helm gedachter Hans die Succession nicht begehren können.

II. Quod ejus filia *Anna* post mortem fratris *W. Conradi* successionem feudi fuerit nacta.

III. Quod filiæ *Annæ*, *Sibylla* & *Margaretha*, non fuissent excluſæ, nisi per renunciationem favore fratris reservato regressu factam etiam in bonis allodialibus.

IV. Quod tunc temporis superfuerint alii Agnati *de Miltz*, testibus investituris in Actis Truchsessianis [212] & [213], quorum gradus agnationis ex Actis non potest colligi, an fuerint remotiores vel proximiores.

V. Quod *Christophorus David* matrem suam testamento instituerit hæredem in feudo Zimmerau.

VI. Quod hæredes amitarum *Sibyllæ* & *Margarethæ* per transactionem cum dicta matre possessionem feudi fuerint nacti, & per sententiam utriusque Instantiæ victoriam litis obtinuerint.

VII. Quod præcipuum crinomenon istius litis fuerit, de qualitate feudi mere hæreditaria. Atque sic constat satis ratio decidendi sententiæ Cameralis confirmatoriæ.

VIII. Quod etiam Dominus Episcopus sententiæ paruerit, investiendo hæredes *Sibyllæ* & *Margarethæ* secundum factas inter ipsos mares & fœminas divisiones æquales, alienationes, in solutum dationes, & similes contractus, secundum propria *Truchsessii* narrata in [218].

Magna est enim differentia investiturarum in feudis promiscuis, ubi masculis tribuitur prærogativa expresse præ fœminis ab iis, ubi sorores una cum filiis vocantur, prout in casu nostro Söhne samt denen Töchteren und allen andern Erben.

Prioris investituræ exempla reperiuntur in Actis antiquis, quæ recensui ex [20] usque [26]. Unde Consuetudo Curiæ feudalis satis, uti puto, elucescit. In nostro Casu vero sufficit, quod Actori probatio fuerit per sententiam injuncta, quam ipse secundum præscriptum sententiæ non præstitit.

Supereſt, ut removeam dubium, quod ex investitura fratrum de Ao. 1685. [180] existere fortassis posset, præcedens enim investitura de Anno 1663. ante divisionem fraternam [179] nullum facit momentum. Dieser Lehen-Brief war vorhin schon in Actis produciret, [60] und nichts destoweniger dem von Truchses der Beweiß aufgelegt. Investiti sunt uterque fratrum mit dem Gut Zimmerau, cum expressa relatione ad formulam oblationis quondam Jacob Schollen. Wie solches alles und jedes von Jacob Schollen zu Lehen Söhn und Töchtern zu verleyhen aufgegeben worden, und solcher Söhn- und Töchter-Lehen Recht und Gewohnheit ist. Ergo non potest hæc investitura aliter intelligi, quam in eventum, si alter fratrum filiam non haberet ad excludendos hæredes extraneos: Non alia fuit mens pacti divisorii §. 3. Nam in §. 6. expressis verbis alienatio cuique fratri fuit reservata. Und indem dem Wolff Dieterich Zimmerau erblich und ewiglich zugefallen; So ist dadurch die Succession seiner Tochter nicht ausgeschlossen worden, bevorab der Bruder Joachim Ernst in seinem Schreiben 1694. [136] dessen Verlesung wohl noch einstens zu repetiren wäre, gar billig erkannt, daß Wolff Dieterich seiner Tochter am besten prospicirte.

Es hat auch Joachim Ernst eine ansehnliche Summe Geldes anerboten, und also der Tochter Succession wenigstens in den Söhn- und Töchter-Lehen anerkannt.

Der Textus Juris Feudalis 2. *Feud.* 17. iret mich gar nicht, indem darin von keinem pacto expresso gemeldet ist und kan demselben gar füglich und ad Casum nostrum schicklich entgegen gesetzt werden *Text.* 2. *F.* 18. welchen auch Coccejus anführet supra *d. l.* Der bekannte Schwederus hat in seiner Dissertation *de Fœminarum in feudis cum masculis concurrentium exclusione, horumque prærogativa*, die Sache eben so, wie andere Auctores, vielleicht ex præjudicio Responsorum ab ipso elaboratorum, ziemlich durch einander gemischet; doch endlich *Cap.* 3. §. 8. denen Töchtern eine gleiche Succession zugeben müssen, si feudum sit acquisitum pro se, hæredibus masculis simul, una cum fœminis.

Unser gantzes Lehn-Recht bestehet in Consuetudinibus, und weilen Consuetudines Curiarum in Teutschland fast aller Orten differiren; So haben die Interpretes aus solchen differentiis principia (wie man es nennet) Magistralia formiret, und damit doctrinam feudorum promiscuorum conturbiret.

Berlich. *part.* 2. *concluſ.* 55.

6) das Gericht quæst. ehemahlen in Dominio des Stiffts Fulda, oder ein Pars integrans oder pertinens desselben gewesen, so müste es entweder an die von der Tann cum consensu Cæsaris & Pontificis alieniret, oder annoch in ejus dominio seyn; jenes sey gar nicht zu præsumiren, da vielmehr notorium, daß das Stifft von Jahren zu Jahren mehrers und mehrers acquiriret: wäre es dann aber noch in Dominio des Stiffts, aus was Ursachen kauffte es dann Abbas Fuldensis von dem von der Tann? Quod enim jam meum est, quare amplius mihi acquirere velim?

Was sonsten Fulda von Erhebung der Collecten, Vorschreibung der Dorff-Ordnungen, Einnehmung des Homagii per D. E. F. G. H. & Q. probiret werden wolle, non obstaret, essent enim Instrumenta privata, & si Actus, posito non concesso, veri forent, so wären es Usurpationes, die sub specie prætensi Landsassiatus gegen alle Membra des Quartiers verübet, und womit die Unterthanen vi & metu unter die Fuldaische Botmäßigkeit gezogen, und die Collecten extorquiret werden wollen, bis das Quartier durch den Würtzburgischen Vergleich völlig in die Reichs-Immedietät restituiret worden. Unter was Rubric aber die Stiffts-Bediente dieses oder jenes Ritterschafftliche Gut gesetzet, könne dem Stifft weder profitiren, noch dem Quartier præjudiciren, und producirte das vermeynte Documentum Lit. Q. ne hilum quidem in favorem des Stiffts.

Was sonsten wegen des sub Lit. D. producirten Mandati de restituendo & relaxando Juramento interpretiret werden wolle, daß

solches nicht generaliter, sondern allein auf die Jura ablata zu verstehen wäre, und die reservite Regalia majora nicht concernirte, noch ad Superioritatem territorialem zu ziehen, beruhete auf einem Ungrund. Dann bekannt, daß diß Homagium territorialem Superioritatem zum Grund habe. Wie nun Camera das Homagium tanquam indebite extortum cassiret, also sey auch das Jus Superioritatis selbsten, und alle davon dependirende Species dem Stifft denegiret, und der von der Tann darin restituiret worden, so um damehr bestärcket werde, indem die von der Tann das Homagium von denen Unterthanen des Gerichts Neukirchen bey allen zutragenden Fällen recipiret, auch alle Regalia majora & Jura tam Ecclesiastica, quam Secularia über 60. Jahr das Buchische Quartier das Jus Collectandi ohne einigen Anspruch von Fulda ruhig exerciret und besessen. Und ist in dem Instrumento Restitutionis, gegen Herrn Abt Bernharden vorgegangen, keine Reservatio Juris territorii befindlich, noch einiger Restitution gedacht, sondern die subsecuta observantia generaliter unwiedersprechlich inferiret. Observantia siquidem subsecuta, ut maxime alias res esset dubia, interpretatur omnem actum præcedentem, quacunque ratione factus sit.

Mev. *Consil.* 10. *n.* 37. *& alii.*

Und zwar dieses nostro casu um so mehr, weilen die Fürsten von Fulda solches alles gewust, und geschehen lassen, qui enim actum aliquem fieri scit, aut scire debet, nec ei, in quo sibi actus ille præjudicare potest, contradicit, cum id posset, consentire dicitur.

Autor *Votor. Camer.* 2. *Tom. I. Symphor. Suppl. Cam. tit.* 8. *n.* 114.
Mev. *cit. Consil. n.* 38.

Ex quo sequeretur, daß die opposita Exceptio Dominii Restitutionem Possessionis spoliatæ gar nicht hemmen könne. Spoliatus namque ante omnia restituendus est, etiamsi spolians vel dejiciens probationem in continenti super dominio offerat.

Gail. 2. *Obs.* 75. *n.* 3.

Die Quæstionem secundam, ob nemlich die Ritterschafft durch die ab Anno 1653. bis ad annum 1710. unternommene Collectation des Gerichts Neukirchen das Jus collectandi præscribiret habe, betreffend, sey dieselbe eben so wenig hujus loci & temporis. Facta plenaria Restitutione aber solte derselben in foro competente gar leicht abgeholffen werden. Prævia tamen protestatione dienete zur Nachricht, wie es die Meynung nicht habe, principaliter, daß man Ritterschafftlicher Seits auf die Præscription des Juris collectandi sich beziehe, sondern man habe solches nur eventualiter mit angeführet, dadurch aber dem Stifft Fulda sothanes Recht niemahlen zugestanden, sondern dieses nur behaupten wollen, daß, wann etwa das Stifft den Processt ratione Superioritatis, & ab ea dependentium jurium seu specierum, tanquam reservatum ad petitorium vorjetzo ausführen wollen, selbiges propter præscriptionem completam nunmehro weiter nicht zu hören sey, und zwar quia omnes Actiones 30. annorum spatio præscribuntur. per L. ult. C. de præscript. 30. vel 40. annorum. Justus titulus & bona fides werden post lapsum 30. annorum secundum communem DD. calculum præsumiret. Die Continuatio Possessionis Juris collectandi cum patientia Administratorum Fuldensium a tempore Restitutionis und des Würtzburgischen Vergleichs müße ex adverso selbsten eingestanden werden.

Ein Error Juris sey, daß ohne Distinction statuiret werde, quod ad præscriptionem Collectarum requiratur tempus immemoriale. Es hätte sollen distinguiret werden, utrum præscriptio prætendatur contra Imperatorem vel alium superiorem non recognoscentem, aut contra alium superiorem habentem; illo casu secundum quosdam DD. opus lapsu temporis immemorialis; hoc casu vero sufficere præscriptionem longissimi temporis sine titulo, vel longi temporis cum titulo.

Sixtinus *de Regalibus Lib.* 1. *cap.* 5. *n.* 157.

Ob nun Abbas Fuldensis sich unter die Classe derjenigen, qui superiorem non recognoscunt, zehlen könne, relinquitur aliorum judicio. Committeretur etiam fallacia petitionis principii, wann gesagt werden wolle, hoc maxime obtinere, si quæstio esset de præscriptione adversus ipsum Regionis Dominum, dann das wäre eben dasjenige, was bishero constanter negiret, und dessen Contrarium durch trifftige Argumenta behauptet würde.

Was sonsten de interruptione præscriptionis daher geschrieben würde, indem in Ao. 1687. die zwischen dem Stifft und dem Herrn von der Tann mit demselben de novo, folglich mit dem Jure collectandi belehnet worden, sey von keiner Erheblichkeit, und könne der Ritterschaafft, als res inter alios acta, nicht præjudiciren. Wie dann auch alle Investituren salvo Jure tertii geschähen. So hätte es auch mit dem in Anno 1690. angeblich getroffenen Vergleich eine gantz andere Beschaffenheit, als gegenseitig vorgegeben würde. Dann, als die Streitigkeiten zwischen dem Stifft Fulda und dem Herrn von der Tann gütlich beygeleget worden, hat dieser der Kosten wegen einige Satisfaction von dem Quartier verlanget, da dann nur von 3. Mitgliedern ihm provisionaliter verstattet worden, die Helffte der Ordinari-Collecten (massen das Gericht quæst. die Extraordinari-Beschwerung, als Kayserliche Charitativen und Einquartirungen usque ad tempus injustæ dejectionis, & litem motam willig übernommen, und abgestattet) innen zu behalten, bis er ratione Expensarum seine Satisfaction bekommen.

Gleichwie aber das Quartier nicht in 3. sondern gar vielen Membris bestehet, die in dieses Negotium gar nicht gewilliget, vielmehr

mehr jederzeit dargegen protestiret; so könne dieser Vergleich dem von der Tann, oder Fulda wenig profitiren, noch weniger das Quartier in malam fidem setzen, und zwar um da weniger, da der von der Tann niemalen einige Kosten specificiret, noch sich mit dem Quartier berechnet.

Auf die dritte Frage, ob nemlich das Stifft Fulda in dem Ritterschafftlicher Seits producirten Recess de Anno 1656. sub Lit. C. das Gericht Neukirchen vor ein Ritterschafftliches Gut declariret, mithin der Ritterschafft das Jus collectandi cediret? zu kommen, respondetur sub protestatione, daß zwar ex parte Fulda wolle vorgegeben werden, daß dieses Gericht kein Objectum Litis gewesen, und also sub Transactione Herbipolensi nicht begriffen gewesen. Wie könne man aber stante hoc asserto, eine Connexitatem causæ, und also Fundationem Jurisdictionis Cameralis, wie in Triplicis prætendiret worden, formiren? Daß aber es revera ein Objectum ratione prætensi Landsassiatus exortæ litis gewesen, und unter ermeldtem Vergleich mit begriffen gewesen, sey in Duplicis enthalten, weilen es in dem Buchischen Quartier gelegen, folglich ejusdem qualitatis, als andere Ritterschafftliche Güter, zu halten. Neben dem giebt Fulda selbst an, daß ermeldter Procell wegen der von Fulda dependirender Lehen-Güter erreget worden, und man Fuldaischer Seits davor halten wollen, daß alle Lehen-Güter dem Stifft per omnia subject, und der Landsasserey unterworffen. Nun aber giebt man vor, daß das Gericht Neukirchen schon vor 100. Jahren ein Fuldaisches Lehen, consequenter auch ein Objectum Litis mit gewesen. Wie dann nach ermeldtem Würtzburgischen Vergleich, dasselbe nebst andern dergleichen Gütern, in die Ritterschafftliche Matricul wieder gebracht, und bishero der Ritterschafft wieder collectable gewesen, und zwar mit gutem Wissen, und ohne einige Contradiction des Stiffts, ex qua scientia & patientia consensus & ratificatio inducitur, per *L. 29. ff. de V. S.* Et observantia, seu actus sequentes, rem alias dubiam declarant.

Thäte also nichts zur Sache, was Gegentheiliger Anwald durch die Beylage Lit. Q. als welche ohne dem allschon zuvor entkräfftet worden, behaupten wolle. Welches alles, facta plenaria restitutione, weitläufftiger edociret werden solle. Dießmals aber wolle man Ritterschafftlicher Seits retro actis & petitis inhæriren, implorando desuper.

Den 27. Aug. 1714. Lt. **Steinhausen** dicit: daß in denen Quadruplicis nichts enthalten, so eine Special-Wiederlegung meritire, und ex retro-actis seine Abfertigung nicht finde; hinc contradicit per generalia juris & facti, repetiret sein-seitige vorige Handlungen, und bittet, die ex sua parte producirte Originalia in contumaciam ex officio vor bekannt anzunehmen und zu sprechen, wie Rechtens.

Den 3. Sept. 1714. Dr. **Gülich** acceptiret, daß man ad Quadruplicas in specie nichts zu handeln vermögt, ratione prætensæ recognitionis aber beziehet er sich auf seinen den 15. Junii jüngst abgehaltenen Recess, und bittet in judicando darauf zu reflectiren.

Den 5. Sept. 1714. Lt. **Steinhausen** repetit priora, und bittet Urthel.

Den 17. Sept. 1714. dicit, daß man der übergebenen Originalien in alia causa beym Reichs-Hof-Rath nöthig habe; bittet um so mehr deren Restitutionem, retentis apud Acta Copiis vidimatis, zu erkennen, und non attenta Exceptione Spolii, als welcher Ritterschafftlicher Seits in Duplicis bereits opponiret, aber per sententiam de 9. Febr. 1714. verworffen worden, die Definitiv-Urthel zu beschleunigen.

Den 24. Sept. 1714. Dr. **Gülich** beziehet sich in puncto prætensæ Recognitionis auf den am 15. Junii jüngst gehaltenen Vortrag, und damals übergebene Quadruplicas, könne wohl leiden, daß in der Sache ergehe was Recht ist.

Den 21. Nov. 1714. Lt. **Steinhausen** übergiebt auf Absterben seines vorigen Herrn Principalen von jetzigem regierenden Herrn **Constantin**, Abten zu Fulda, Copiam signatam gemein habenden Gewalts, sub No. 1. repetit retro-acta, und bittet die Urthel zu maturiren.

Ist Copia signata Gewalts, cujus originale productum fuit in causa Boineburg, contra Fulda. [65] No. 1.

Den 23. Nov. 1714. Dr. **Gülich** acceptiret novam Legitimationem, & petit in puncto Absolutionis a Citatione förderlich Urthel causa jam submissa ergehen zu lassen.

Den 10. Dec. 1714. Dr. **Gülich** übergiebt in Copia vidimata Reichs-Hof-Raths Conclusum sub No. 4. darab zu sehen, daß die Sache alldorten ausgemacht sey, und nunmehr in Executione stehe, mithin seine Herren Principales sich nicht doppelt einlassen können, nebst Wiederholung der Utilium, bittet darauf in judicando zu reflectiren, die Absolutoriam zu maturiren, des Concluſi Recognitionem aber ex officio.

Ist Reichs-Hof-Raths Conclusum vom 9. Nov. 1714. in formalibus. [66] No. 4.

Rejectis a parte Impetrata Exceptionibus fiat Commissio an den Herrn Churfürsten zu Mayntz, dem von der Tann einen nochmaligen Terminum von 2. Monat ad solvendum anzusetzen, und bey deren Unterbleibung sodann die ausständigen Collectas executive einzutreiben, und der klagenden Ritterschafft überantworten zu lassen.

Den 17. Dec. 1714. Lt. **Steinhausen** dicit: Aus des Reichs-Hof-Raths Concluso sey nicht zu ersehen, daß alldort das Stifft Fulda mit dem Buchischen Quartier in Processu verfangen, dahingegen aber dieses Einstreuen per Sententiam de 9. Febr. 1714. verworffen, und Jurisdictio hujus judicii pro fundata erkannt worden; so contradicirte Gegnerischem letztern irrelevirenden Recess und requirten Vorbringen per generalia, petit Condemnationem zu beschleunigen, weiß auch angeregtes Conclusum nicht zu recognosciren.

Den 11. Januar. 1715. Dr. **Gülich** contradicit per generalia, will auf das Reichs-Hof-Raths Conclusum reflectiret, das Conclusum pro recognito gehalten haben, und die Acta würden geben, was massen das Conclusum die dahier anmaßlich angehängte Sache betreffe.

Den 28. Jan. 1715. Dr. **Gülich** übergiebt Copiam Commissionis Rescripti ad exequendum auf Ihro Churfürstl. Gnaden zu Mayntz sub No. 5. worab erhellet, daß diese Sache, ehe sie in Camera eingebracht, bereits in Ao. 1710. am Reichs-Hof-Rath Rechts-hängig geworden, nun aber gar daselbsten decidiret, und ad Executionem gediehen, so inhærirte um so mehr seinem am 10. Dec. vorigen, und 9. Jan. dieses Jahrs in hoc puncto abgehaltenen Recessen, mit Bitte, auf des Reichs-Hof-Raths Litispendentiam zu reflectiren, und seine Principalen à prætensa Citatione cum Expensis zu absolviren.

Kayserl. Commissoriale an Chur-Maynz. [67] No. 5.

NB. Demandatur Executio ad præteritas Collectas.

Den 11. Febr. 1715. Lt. **Steinhausen** dicit: Demnach sein Herr Principal mit dem Stifft Fulda zu Wien in keinem Processu verfangen, dahero, und aus andern Ursachen, prætensa Exceptio Litis alibi pendentis durch das Cammer-Gerichts Urthel rejiciret worden, als wolle er prævia generali contradictione Gegentheiligen Vortrags, & repetitione suorum Recessuum die endliche Urthel zu befördern gebeten haben. Completum fuit Protocollum denn 22. Mart. 1715.

Votum.

De statu Actorum, an instructa satis? cum ulteriore Examine exceptionis fori.

Cum post rejectam exceptionem fori declinatoriam per sententiam 9. Febr. 1714. referente Domino B. nunc Consiliario Imp. Aul. in productis sequentibus ab exceptione ista desistere nõn voluerit pars Rea, credidissem ego ferme, pristino Domino Referenti novum ea de re fuisse subnatum dubium, ita ut actoriam sententiam Ao. 1715. 1. Apr. tali formula concinnasset, auf alle und jede Puncte (quadruplicæ scil.) zu handeln: Hinc & Fuldensis Advocatus in Quintuplica responsionem ad fori except. repetiit.

Exemtum autem mihi fuit dubium, postquam die 2. Sept. nuperi ejus votum ex Lectoria nactus sum, scil. unicum ei hæsisse dubium de allegato exercitio collectandi pet 60. annos, scientibus & patientibus Fuldensibus.

Acta antiquiora prior Dominus Referens tunc desideravit, in Lectoria frustra quæsita. Perlustratum fuit repertorium, rubrica huc faciens non invenitur.

Neque adeo opus erit in iis quærendis laborare ulterius, cum neque partes quidquam de ista controversia, nisi generalia, allegent, neque in præsentiarum agitur de Causæ continentia sive connexione. Optimo autem jure dixere Domini Ao. 1714. Jurisdictionem Cameralem fundatam non obstante lite in Judicio Aulico adversus Tannium in possessorio ad restituendam collectas, a quarum perceptione ab Ao. 1687. in totum & ab Ao. 1693. pro parte dimidia ipse Nobilitatis ærarium excluisset. Deinde Ao. 1710. plane cessasset in omni solutione. Ita enim ego intelligo Supplicationem Viennæ exhibitam [16] & sequentia Concluса confirmant.

In Camera Actor est Abbas Fuldensis, non conventus in foro Aulico. Actor, inquam, in petitorio, contra Corpus Nobilitatis des Buchischen Quartiers, ex causa plane diversa, competentis scil. sibi dominii & territorialis Juris im Gericht Neukirchen.

Ergo insistendum esse sententiæ Camerali 9. Febr. Ao. 1714. ego non dubito.

Quodsi contingeret, in hac lite absolvi Nobilitatem ab actione, futurum erit fortassis, ut Nobiles pari via condictionem adversus Dominum Abbatem sint instituturi de perceptis Collectis ante annum 1653. Quia scil. ex principio Fuldensi in Transactione Herbipolensi de Ao. 1656. non fuisset Objectum transactionis das Gericht Neukirchen.

In Consilio Imp. Aulico juxta petitum ad nostra Acta productum [16] contra ipsum Dominum Abbatem est directum, cum antea Domino Electori Moguntino executio esset demandata, contra solum Tannium 9. Novemb. 1714. [66] [67] Cujus concluси occasio fuit haud dubie transactio illa, quam auctoritate directorum Nobilitatis vidua de Tann A. 1717. iniisse dicitur, ejus nomine subscribente Tutore Honorario Directore Nobilitatis von Weyhers, in qua se suosque Tutorio nomine obligavit ad præstandum Nobilitati vom Gericht Neukirchen ex bonis propriis, bis gedachtes Quartier in vorigen Stand des Genusses und Hebung der Steuern wieder reponiret worden, constituendo simul bona Pupillorum omnia in hypothecam. Et quod majus est, hat sie versprochen beym Kayserl. Reichs-Hof-Rath transactionem Executionis wider den Herrn Abten zu Fulda, als Possessorem des Gerichts Neukirchen, zu sollicitiren.

Hæc facta cum ab ipsa Vidua de Tann Wetzlariam hoc anno transeunte acceperim, non potui non hoc loco indicare, ipsa tamen, quod liberis præjudicium aliquod inferendi animum non habuerit, dixit.

In

In his igitur circumstantiis si Judicium Cæsareum Aulicum Dominum Abbatem Fuldensem Reum esse voluerit, tunc haud dubie existet Jurisdictionis utriusque judicii conflictus. Non enim potest esse debitor Abbas Fuldensis erga Nobilitatem, is qui in Camera contra Nobilitatem de interceptione Collectarum ab A. 1653. agit. Is, inquam, qui in Camera jus suum territorii & omnia Superioritatis jura asseruit. Verum ita rem esse comparatam, non puto. Cautione tamen utendum esse censeo. Ego sententiam Cameralem de 9. Febr. 1714. adhuc laudo, neque persuasus sum, Rescriptum executionis adversus Abbatem Fuldensem de Ao. 1719. de quo tamen in Actis nostris nulla est indicatio, cursum Justitiæ in causa, ad Cameram Ao. 1712. rite deducta, impediturum. Nostrum est officium judicare secundum Acta præsentia.

Victoriam litis hujus si reportaturus esset Abbas Fuldensis, forte ejus non tanti intererit, ut fruatur summa pecuniæ ex Collectis ab Ao. 1653. usque 1687. a Nobilitate percepta, de qua etiam ex Actis non constat, quanti interest, ut ab impetitione Nobilitatis ipse liberetur imposterum.

Tannius quale commodum sit habiturus ex victoria Abbatis Fuldensis, ipse videat, qui litis præsentis pars non est.

Rationes dubitandi,

An igitur ad Sententiam progrediendum?

1. Quod documenta omnia Fuldensium a Nobilitate non fuerint recognita.

2. Quod in scripto Quadruplicæ Nobilitatis, quod est ultimum in Actis, videantur reservasse sibi deductionem ulteriorem ad documenta.

3. Quod Acta, ad quæ utraque pars provocat, in quibus circa A. 1605. in Camera Imperiali inter Abbatem Fuldensem & Nobilitatis corpus das Buchische Quartier de superioritate territorii & statu immedietatis non sint ad manus.

4. Quod in Quintuplica addita sint aliqua documenta nova, ad quæ Nobilitas non respondit.

Rationes decidendi.

In quibus simul ad præcedentia dubia respondetur.

1. Auctus est numerus scriptorum usque ad Quintuplicam, & licet post exceptionem fori rejectam Ao. 1714. duo saltem utrinque producta fuerint scripta, in præcedentibus tamen causæ principalis merita fuse satis fuere tractata.

Et, si in arbitrio partium foret positum, reservationibus quibuscunque decisionem suspendere, nunquam futurus erit litium finis; Fuldenses expectant definitivam.

Nobilitatis procurator 24. Sept. 1714. ad sententiam submisit, **könne leiden, daß in der Sache ergehe was Recht ist.**

Habuit autem Nobilitas a tempore producti scripti ultimi Fuldensis hucusque tempus annorum septem & 8. mensium, nullaque in protocollo indicatio facta, quod præterea agere quid velint.

Cujus ratio haud dubie est hæc, quod freti sint decretis judicii Aulici contra Tannium latis. Sed quid hæc ad Abbatem Fuldensem? Proinde cessat ratio dubitandi secunda & ultima.

2. Recognitionem documentorum declinarunt semper studiosissime. Ea sibi opus non esse allegantes, scilicet, quia adversus se nullam vim habere existimant. Unde reipsa ad documenta respondent, nihil contra se probare.

Ad omnia sigillatim responderunt, nullaque alia expectanda erit responsio, quam quæ data jam fuit. Ergo non errabit Judex, si documenta acceptentur pro recognitis & confessis, causa vero pro concluſa ex officio.

3. Actis antiquioribus, si ad manus essent, uti possemus ad informationem historicam, sed cum Acta ista frustra fuerint quæsita, præterea lis per transactionem finita, neque partes litigantes aliud quam generalia de objecto litis utrinque non nisi per conjecturas in medium protulerint, tandem de continentia causæ nullum sit deliberationis objectum: Hinc defectus istorum Actorum antiquorum decisionem causæ præsentis, quantum ea fieri potest, nihil impedire debere, existimo.

Unum addo, quod hesterna demum die 5. Sept. 1724. ex Repertorio Lectoriæ Rubrica quædam Actorum ex Ao. 1603. & 1605. **die Türcken-Steuer betreffend**, fuerit prolata. Hæc Acta in Aschaffenburgensi arce inter alia plurima erunt conquirenda, & an ad rem faciant, nondum est certum.

Ut concludam hunc articulum, definitive referendum esse statuo. An etiam definitive pronunciandum, ipsa docebit relatio. Hoc certum est mihi, plane nullam fieri posse interlocutoriam, nisi quæ vim habeat definitivæ, ergo definitive referendum.

Actio.

In actionis genere indagando, si medium concludendi & petitum libelli consideretur, primo clarum est satis, non esse remedium aliquod possessorium, sed maxime petitorium.

Petitus A. 1712. Restitutio Collectarum injuste exactarum ab A. 1653. usque 1687. ergo Fuldensis actio non potest fundata esse in possessione, neque adipiscenda, neque retinenda, neque recuperanda. Quod autem Nobilitas de restituenda sibi possessione allegat in scripto quadruplicæ, [64] hoc ad processum in Judicio Aulico pertinet, non ad Cameram. Medium concludendi est, quod fundus fuerit antiquitus Fuldensis. In petito non poterat hoc comprehendi, ne videretur Abbas de jure suo sententiam judicis exspectare velle, cumprimis postquam ipsum dominium utile cum directo Ao. 1710. consolidaverat.

In petitorio itaque sunt Actiones vel *Vindicationes* vel *Condictiones*. Collectæ, quæ repetuntur, si adhuc extarent, dicerem institutam Rei Vindicationem ex jure dominii territorii. Cum vero dudum extare desierint, non potest locum habere Rei Vindicatio,

per *L. 3. C. de condict. ex lege & sine causa.*

Necesse

Necesse ergo est, ut ad actionis genus in personam deveniamus, quæ generaliter dicuntur condictiones.

§. 15. *Instit. de Actionibus.*

Equidem ex aliquo Contractu, vel quasi, procedere actionem præsentem, nemo temere dicturus est. Nullus inter Nobilitatem Fuldensem Abbatem contractus verus intercessit, ex quo hæc persecutio deduci queat. Nullum etiam Negotium, quod quasi contractum inducat. Errant insigniter, qui omnium condictionum causam contractum aliquem & consensum vel tacitum vel præsumtum esse statuunt, in explicatione contractus & adplicatione ad negotium misere sese torquentes, id quod præ aliis JCtis ostendit præclare Ulricus Huberus JCtus Frisicus *in prælection.* passim.

vid. ad *tit. Instit. de Oblig. quæ ex quasi contract. nascuntur.* §. 1.

ad *tit. de condict. ob turp. caus.* §. 2.

Ita condictio ob causam turpem vel injustam vel sine causa non habent fundamentum ex ullo contractu vel consensu, sed ex sola æquitate naturali, Legum auxilio munita.

Causa sæpe sumitur a principio, ex quo aliquis rem accepit.

Wernher *de condict. thes.* 44.

Id si fuerit falsum & cum alterius injuria conjunctum, dicitur causa, non ubique turpis, sed pro circumstantiarum ratione *injusta.*

vid. Lauterb. *ad tit. de condict. ob turpem vel injust. caus.* §. *fin.*

Ita scil. ex variis causarum figuris nascuntur obligationes, ut ait JCtus

in *L.* 1. *pr. de Obl. & Act.*

Et est causa obligationis, si pecunia mea, quæ ad te sine justa causa pervenit, eam mihi a te reddi, bonum & æquum est. Ita

Celsus *L.* 32. *in f. ff. de Reb. Cred.*

Proinde ego negotio & petitioni optime congruere puto Condictionem ob causam, ex qua pecuniam, ex collectis redactam, Abbati Fuldensi restitui a Nobilitatis corpore æquum sit.

Quod si conjungeretur condictio sine causa, non erunt actiones in vicem repugnantes, sed hæc generalior, & reliquarum veluti complementum, ita ut in omnibus casibus condictionum etiam usurpari possit. Ita

Huberus *tit. de condict. sine caus.* *n.* 1.

Actionis probatio.

Actionem probatam esse a Domino Actore, nemini forte dubium esse potest. Protulit enim (ut taceam hic Rubricam aus dem alten Saal-Buch [73] de Anno 1308. allegatam, quia non producta in forma probante) protulit inquam documenta in Originalibus, quorum authenticæ copiæ in Actis reperiuntur, ex quibus probatur: Daß

1. Anno 1597. das Schloß Werda und Gericht Neukirchen an den von der Tann Pfandweise gegeben worden, reservatis omnibus juris superioritatis partibus: Ex lectione documentorum hoc satis constitit [3] vel 44. dem Pfand-Brief. [27] dem Uberweisungs Actu. [63] denen Reversalen.

2. Daß subsequenti tempore Fulda solche Actus auch würcklich exerciret habe. [7] [8] [9] [10] ubi notandum, daß Anno 1623. in welchem Jahr der von der Tann belehnet worden, id quod ex Actis antiquioribus Mandati, de Anno 1630. retuli, auch die Landes-Huldigung im Gericht Neukirchen eingenommen worden. vid. dictum [10] Hoc eo pertinet, quod per actus investiturarum de Ao. 1608. & 1623. quæ factæ ad tenorem transactionis præcedentis de Ao. 1602. [4] vel [45] Tannio non tradita fuerint ita bona in qualitate immediata, & cum renunciatione Superioritatis Fuldensis.

Ipse Tannius erat ex primariis Nobilibus des Buchischen Quartiers, qui propter reliqua sua bona haud dubie non minus litem de immedietate, quam cætera Nobililtatis membra, adversus Abbatem sustinuit & defendit. Adeo ut nulla pateat causa, quare iste Tannius rem propriam pignoris titulo & cum prædictis reservationibus ab Abbate Fuldensi habere & possidere maluerit, nisi certus fuisset, daß das Schloß Werda und Gericht Neukirchen ab origine Fuldaisch Stifft-Gut gewesen.

3. Daß Fulda die Besteurung selbsten exerciret, scientibus, videntibus & approbantibus personis ex ipsa Nobilitate usque ad annum 1651. wie solche in Copia producirte Extractus ab Anno 1594. und ferner Anno 1609. 1610. [6] [74] [40] auch alle in originali noch allhier vorhandene Rechnungen sub [48] bis [55] usque ad Ao. 1652. zeigen.

Ut proinde Actionis Fundamentum probatum esse, concludere non dubitem. Non enim sunt minimi momenti ipsæ Nobilitatis subscriptiones & sigillationes in denen Steuer-Rechnungen, daß solche allenthalben just, klar und ohne einigen Argwohn gefunden. Ita sonat subscriptio de Anno 1621. dreyer Rechnungen [50] [51] [52] die übrige sind zwar nicht unterschrieben, aber doch alte Documenta ex Archivo depromta.

Porro, daß in Rubricis die Ritterschafftliche Güter, von welchen in selbigen Jahren Collectæ erhoben worden, und worüber der Streit gewesen, von denen Fuldaischen Aemtern accurate distinguiret, unter diesen aber, und nicht unter jenen, das Gericht Neukirchen befindlich.

Tandem so ist weyland *Eustachius* von Schlitz, qui erat Pro-Princeps Fuldensis Ao. 1594. aus der Pfandschafft Michels-Rombach Ao. 1594. die Steuern nach Fulda geliefert. Beyde Pfandschafften, Michels-Rombach und Neukirchen, waren vor dem Jahr 1591. conjungiret, & eodem jure censebantur. So stehet also auch in der Rechnung de A. 1594. unter denen Fuldaischen Aemtern sowohl Neukirchen, als Michels-Rombach, ebenfalls vorher Ao. 1594. welches die älteste Rechnung ist, so in originali produciret.

An actio elisa?

Potest Actio esse probata & tamen per exceptionem elisa. Igitur de argumentis Nobilitatis, quibus Actionem elidere satagunt, nunc videndum.

Hic distinguenda sunt omnia tempora, ante An. 1653. & post hunc annum, scilicet omnia Fuldensia argumenta repetunt tempus & facta, quæ An. 1653. procedunt. Ad ea autem responsio Nobilitatis est satis frigida: Ab origine sey das Gericht Neukirchen nicht Fuldisch sondern Ritterschafftl. gewesen. Documenta vero esse scripturas privatas contra Nobilitatem non probantes.

Actus

Actus allegatos tempore turbido violenter exercitos, scilicet, quæ hic Nobilitas allegat absque probatione, majorem habere fidem, quam quæ a Fuldensi Abbate adducuntur. Documentis vero ullis asserta ista suo non confirmavit Nobilitas.

Quod ajunt, actus istos Fuldenses processisse tempore turbulento, quo sc. fuissent controversiæ inter Fuldensem Principem & Nobilitatem: oportebat allegare actus antiquiores, ex tempore non turbido. Sed nihil plane profertur a parte Nobilitatis.

Imo historia docet, tempore Abbatis Balthasaris Nobilitatem valuisse multum, adeo ut ad ejus exauctorationem & exilium non minimum contulerit: Administrationis Archiducalis tempore non minore præditi erant Nobiles auctoritate. Neque probabile est, quod statum immedietatis adeo neglexerint, ut actus celebrare voluerint huic statui contrarios An. 1591. & proxime sequentibus negotia cum Schliziis & Tannensibus fuere celebrata. *Eustachius de Schlitz*, seu Görtz erat Statthalter des Stiffts Fulda, Cuntz von der Tann director Nobilitatis, neuter horum statui immedietatis renunciavit. Die von Schlitz bekamen die Michel Rombacher Güter in Pfandschafft, derowegen blieben sie doch in statu, quo tunc erant, immedietatis wegen ihrer übrigen auch Fuldischen Lehn-Güter. Also der von der Tann bekam An. 1597. Erneuerung der Pfandschafft vom Schloß Werda und Gericht Neukirchen, deswegen wurden sie keine Landsassen von Fulda wegen übriger Güter zu Werda und in der Tann ꝛc. Proinde, quod ait Advocatus Nobilitatis in quadruplica fol. 9. de usurpationibus adversus statum immedietatis, videntur mihi cum tempore Anno 1591. & 1579. non convenire. Ille enim processus cum Nobilitate tempore Abbatis Balthasaris, cum primis post ejus restitutionem cœpit, quæ accidit An. 1602. rediit Abbas Fuldam solenniter 16. Decemb. vid. *Brower. Antiquitat. Fuldens. lib.* 4. *pag.* 371.

Ergo ad conjecturas deveniunt; quarum prima ex situ loci vid. Except. & quadrupl. das Gericht Neukirchen gräntze nicht an das Fuldische territorium, sondern an das Fürstenthum Hirschfeld. Quam Exceptionem elidit replica, daß die zum Fuldischen Stiffts gehörige Lande aus vielen zertheilten Stücken erwachsen, und das Fuldische Ambt Saalmünster, auch durch Ritterschafftliche Güter abgetheilt gewesen. vid. Quintupl. [72] fol. 4.

Hoc etiam observatur in multis Archi- & Episcopatibus Germaniæ, Sufficiat exemplum unum præcipuum & notorium Archi-Episcopatus Moguntinensis; credo, Archi-Episcopos Eminentissimos optasse dudum, ut terræ ad Archiepiscopatum spectantes territorio contiguo cohærerent omnes.

CONJECTURA ALTERA ex Reformatione Religionis. Si fuisset, ajunt, das Gericht Neukirchen territorium Fuldense, non potuisset fieri Reformatio sacrorum Seculo XVI. Rursus elidit hæc conjectura, quod in multis locis, quorum domini fuerunt sacris Romanis speciatim in Fuldensi Abbatia addicti, nihilominus recepta fuerit religio Protestantium.

Illud enim principium: Cujus est Regio, ejus est Religio, sive reformandi potestas, per Pacificationem Westphalicam *art.* V. §. 12. demum est stabilitum & lege pragmatica, certis tamen conditionibus & modis, firmatum. Ante Pacem Westphalicam & a tempore Reformationis seculo. XVI. hæc quæstio erat, quantum ad potestatem sacrorum attinet, adhuc aliquo modo turbida, v. Henniges *ad dict.* §. 12. *lit. f. g.* ubi etiam Nobilitatis immediatæ facit mentionem.

CONJECTURA TERTIA. Ex ipso documento des Pfands-Contracts de An. 1597. Der Pfandschilling sey gar gering. Deficere consensum Pontificis. Conclusio ergo esset, aut quod Actus de An. 1597. sint conficti, aut non validi. Posterius foret exceptio de Jure tertii. Prius vero non sequitur ex præmissis. Das Stifft Fulda hat vor alten Zeiten viel Stücke an Fürsten und Stände des Reichs um geringen Pfandschilling versetzt, deswegen haben die Pfand-Inhaber sich aus dergleichen Fundament daraus nicht setzen lassen.

Sufficit hic ad veritatem negotii, daß der Pfand-Brieff und Reversales vorhanden. Und wer weiß, was die 300. fl. (credibile est, daß es Gold-Gulden gewesen) An. 1597. und hingegen der Nutzen vom Schloß Werda und Gericht Neukirchen, exclusis Regalibus majoribus, damals importiret haben.

QUARTA CONJECTURA. Ex Mandato Camerali de An. 1630. contra Abbatem, qui Conradum von der Tann possessione spoliaverat, decreto, reproducto An. 1631.

Hæc argumentatio ignorantiam Styli Cameralis sapit. Tunc temporis ad narrata nuda leviter demonstrata decernere Mandata, styli erat. Qui fuisset futurus eventus, nisi mutatio status rerum interveniisset, dubium est non leve. Celavit tunc Actor documentum der Pfand-Verschreibung, allegatum quidem in narratis, sed non adjunctum. Scilicet ne judici constaret de Reservatis Abbatis Fuldensis. De Reversalibus Tannensibus nihil recensuit Actor. Porro: alia erat quæstio de restituendo spolio, alia de Juribus territorialibus, non comprehensis in contractu pignoris An. 1597. de illo loquitur Mandatum, de his nihil nequidem in narratis refertur. Copia est in actis præsentibus [20] originale in ipsis Actis antiquis, quæ hic sunt ad manus.

QUINTA CONJECTURA. Ex actu restitutionis per Commissarios Imperiales Ao. 1651. & 1652 Si hæc Restitutio est relativa ad Mandatum de restituendo, eadem est responsio, quæ supra. Si ex capite Amnestiæ, [quæ restitutio a capite gravaminum quomodo differat, exposui pluribus in Relatione mea causæ Gochsheim contra Würtzburg: pertinet autem hæc, de qua hic agimus, ad caput Amnestiæ] non debet intelligi aliter, quam juxta verba & mentem Instrumenti Pacis art. 3. sc. in possessorio, salva via Juris ordinaria.

Notandum autem est, quod designatio restituendorum adjuncta Recessui Executionis *sub Lit. B. ubi n.* 37. legitur Ritterschafft in Francken Orts Rhön und Werra contra Abten zu Fulda wegen der Immunität und Land-Säfferey, sint meræ Rubricæ postulationum ad examen & decisionem Commissariorum remissæ. Alia erat ratio præcedentium designationum, ut pro-

inde ipsa decisio subsecuta, non vero Rubrica postulationis sit attendenda.

Ipsum vero Commissariorum decretum non est conceptum juxta postulata Nobilitatis, sed specialiter quoad Tannium, quod fieri debeat Restitutio ad statum, in quo erat Tannius ante destitutionem. Habebat autem tunc das Schloß Werda und das Gericht Neukirchen VEL PIGNORIS JURE, VEL FEUDI, juxta pactum de Ao. 1602. Si illud, clara erant reservata Abbatis Fuldensis, si hoc, feudum ipsi non erat datum, quam earum rerum, quæ possidebat antea jure pignoris, vel retentionis.

Atque sic reservata rursus manent Abbati Fuldensi Jura territorialia: Der Contract de Ao. 1602. Die gefolgte Lehen-Briefe de Ao. 1608. & 1623. sind klar, daß niemand einige Ubergab oder renunciation der Fuldischen Territorial Jurium daraus erzwingen wird.

Quod additur in Quadrupl. fol. 11. de cassatione homagii per mandatum Camerale de Ao. 1630. debebat meminisse auctor scripti, duplex esse homagium, territoriale & dominii utilis. Illud cassatum non fuit, receptum enim erat ab Abbate eodem Ao. 1623. [10].

Hoc vero superinduxerat Abbas in præjudicium Tannii, quod cassandum esse præcipitur in Mandato. Allegata reliqua in nudis assertis consistunt: Es sey Nobilitas semper in possessione JURIS Collectandi gewesen. Pari ratione Abbas Fuldensis dicet, er sey von A. 1653. biß 1687. imer in possessione juris collectandi geblieben. Actus aliquos ante Ao. 1653. non allegat Nobilitas. Dubitarem etiam de iis post annum 1653. nisi Actor ipse hos fateretur argumento petiti libelli.

Quod ajunt fol. 9. Quadrupl. das Gericht Werda sey ab origine Ritterschafftl. Gut gewesen, verum ait hoc esse Abbas Fuldensis: sed aliud esse objectum das Gericht Werda, aliud das Schloß Werda und Gericht Neukirchen. De his, non de illo esse quæstionem, v. Quintupl. [72] f. 5.

Nisi fallor graviter, partim ex commixtione bonorum Tannicorum propriorum cum Fuldensibus, partim occasione verborum supra allegatorum in Designatione Restituendorum Lit. B. factum fuit, ut hæc etiam bona in matriculam Nobilitatis ampla interpretatione referrent Nobilitatis Præsides, studio non insolito Matriculam Nobilitatis augendi, sed hoc ad tempora sequentia pertinet, de quibus jam sum dicturus. Huc usque ostendisse me puto, quod ante tempora An. 1653. nullum prolatum sit argumentum a Nobilitate, per quod fundamentum actionis sit elisum, daß nemlich das Gericht Neukirchen ab origine Fuldisch Gut gewesen. Videamus de sequenti tempestate.

Quando primum cœperit Nobilitas jus Collectarum usurpare im Gericht Neukirchen & in ærarium Nobilitatis pecunias redactas referre, si petitum libelli respicias, erit An. 1653.

Non diffitetur Nobilitas, quod hoc anno & sequentibus permultis fuerit in possessione, sed tempus confectæ Matriculæ factæque in eam relationis des Gerichts Neukirchen, & in ærarium des Gerichts Neukirchen mit einem gewissen Steuer Fuß, mox ad tempus transactionis Herbipolensis de Ao. 1656. referunt, mox ad Annum 1680.

In Except. dicitur, nach dem Restitutions-Actu Ao. 1652. habe Friederich von der Tann de novo homagium eingenommen, jura Superioritatis in Ecclesiasticis & Politicis exerciret, und Collectas zur Ritter-Cassa erhoben.

Quod de homagio dicitur, necesse erat, ut subditi ei præstarent, sed hic differentia homagii duplicis, quam supra indicavi, est observanda. Formulam istius homagii in actis non inveni.

Actus Superioritatis nulli denominantur.

Collectarum modus & quantum non describitur.

Hic itaque est allegatio mere generalis.

Sequitur specialior. Post transactionem Herbipolensem Ao. 1656. a Cæsare confirmatam Ao. 1659. accedente deinde sententia Camerali Ao. 1686. per quam Abbas Fuldensis ad observandam transactionem obstringitur, vid. [21] [22] habe das Buchische Quartier eine eigene Cassam wieder aufgerichtet, und Ao. 1680. *Susannam Barbaram* von der Tann, tunc viduam Tutricem mit 20000. fl. wegen des Gerichts Neukirchen angelegt. [23]

Hic notanda sunt sequentia:

1.) Ab Ao. 1653. usque 1680. nulla allegatur neque producitur Matricula Nobilitatis, worin das Gericht Neukirchen begriffen, fatentur tamen, se Collectas exegisse.

2.) Excerptum istud [23] krafft dessen vorgemeldte Tannische Wittib mit 20000. fl. Steuer Fuß angesetzt, est mihi obscurum ex variis capitibus:

(a) est Copia vel extractus simplex absque forma probante, absque die & Consule.

(b) adest subscriptio fœminæ, sed an consensu libero, an auctoritate Directorum Nobilitatis, an bene informata nec ne, de his omnibus nihil constat.

(c) Proportio Collectarum ad ratam quanti der 20000. fl. wie viel Batzen von hundert pro simplo erhoben worden, est etiam incerta. Besage Vergleichs de Ao. 1717. soll der Betrag der Steuer vom Gericht Neukirchen bey 200. fl. jährlich sich belauffen.

(d) Ob das Quantum der Steuer nach solchem Steuer-Fuß jedesmahl durch die von Tanne also entrichtet worden in der Ritterschaffts-Cassa, ist auch ungewiß, vielmehr

(e) Ex historia annorum sequentium ab Anno 1687. da der von der Tann, nach dem er das Gericht Neukirchen samt dem Jure Collectandi aufs neue zu Lehen empfangen, und gegen die Ritterschafft die Fuldische Jura behauptet, das Gegentheil mehr glaublich.

Demnach von der Ritterschafft zwar allegirt, aber nirgend probiret, daß die von der Tann actu in die Ritterschafftl. Cassam vom Gericht Neukirchen die Collecten, und wie viel eingeliefert haben, ihre eigene Geständniß aber ist vorhanden. De aliis bonis Tannianis, welche in selbiger Gegend sind, nulla est hic quæstio vel controversia, sed in specie vom Gericht Neukirchen.

De his omnibus exactior debebat fieri probatio ad elidendum actionis fundamentum & exceptiones confirmandas. Hæc enim, quæ producta sunt hucusque, minime sufficiunt.

Fortassis autem aliis adminiculis adjuvari poterunt, ex quibus primarium est transactio Herbipolensis A. 1656. cujus tenorem legimus. [21]

De

De dilemmate illo, quod Advocatus Nobilitatis in principio Quadruplicæ collocavit, ego non sum laboraturus, nihil enim puto ad rem facere.

Primo enim, quæstio fori est decisa, neque præcipuum fundatæ Jurisdictionis Cameralis argumentum erat causæ continentia vel connexitas, sed diversitas legitimantium personarum & fundamenti actionis.

Num ergo in transactione illa de Ao. 1656. id fuerit actum, ut quæcunque bona Nobilium quocunque titulo & jure quæsita & tunc tempore possessa ad classem immediatorum referrentur? An vero ea saltem, quæ antiquo jure tituloque haberent, & de quibus fuerat controversia? Hoc posterius ipsa Nobilitas rationi consentaneum esse affirmat, objectum vero controversiæ antiquæ etiam fuisse das Gericht Neukirchen, persuasum habet. Illam nimis latam interpretationem transactionis nec ipse Advocatus Nobilitatis in medium proferre est ausus. Equidem, ut de historia antiquorum Autorum Cameralium, in quibus de immedietatitis statu actum fuit, essemus informati, juvaret quidem, sed cum Acta non reperiantur, frustra ea de re laboramus.

Ego tamen non possum non esse persuasus, quod tunc temporis nulla fuerit controversia vom Gericht Neukirchen.

Es kan kein anderer Streit gewesen seyn, als von denen Ritter-Gütern, so Fuldisch Lehn von Alters her gewesen, ob sie Fürstl. Fuldischer Hoheit unterworffen, und collectable wären. Ratio erat haud dubie, quia nexus feudalis non inferret subjectionem & erant pleraque antiquitus oblata. Alia plane ratio bonorum, quæ ab ipso Abbate Fuldensi recenti hominum memoria in feudum erant concessa.

Post restitutionem Abbatis Balthasaris, quæ facta Ao. 1602. cœpit litigium in Camera in puncto contributionum, cum paucis ante annis *Tannius* jure pignoris accepisset das Schloß Werda u. Gericht Neukirchen, A. 1597.

Nulla ergo potest esse vel præsumptio vel conjectura, quod de objecto tali, cujus qualitas in recenti erat memoria, controversia tunc exoriri potuerit. Nisi velis dicere, Nobilitatis rationes a rationibus *Tanniorum* Familiæ debere separari. Quæ *Tannii* egerint agnoverintque, hæc Nobilitati non inferre præjudicium. Cum corpore Nobilitatis agendum fuisse Abbati Fuldensi, non cum uno Corporis membro: Quod idem foret, ac si diceres, Ao. 1597. Tannium non habuisse potestatem acquirendi das Schloß Werda und Gericht Neukirchen, alia conditione a Domino Administratore Fuldensi, quam ut transiret res ad statum immedietatis & accresceret reliquis bonis Tannianis. Non habuisse, inquam, Tannium facultatem, ut cum sequenti Abbate Fuldensi de re sibi quæsita ex contractu cum Administratore Ao. 1597. & 1602. ulterius quidquam negotii haberet. Quæ omnia mihi videntur perabsurda.

Conclusio mea ex dictis hactenus est talis: Quod in hoc capite fundamentum actionis per Exceptionem elisum non sit. Proinde firmo adhuc stare fundamento, daß das Schloß Werda und Gericht Neukirchen ab origine ein Fuldisches Stifft-Gut gewesen sey, worin, die zeitliche Fürsten zu Fulda alle Jura territorialia exerciret haben, usque ad A. 1653.

Hac quæstione definita, sequitur alterum Exceptionis caput, idque non sane leve:

De præscriptione Juris Collectandi ab Ao. 1653. usque 1710.

Spatio fere sexaginta annorum absque ulla interruptione Abbatum Fuldensium exerciti. Ea in re si excipias actum unicum ex Ao. 1653. [12] des Contributions-Ausschreibens, so aber von der Ritterschafft verhindert worden, Fuldenses spatium temporis, suamque moram excusant, daß die von der *Tann* sich allezeit an das Fürstliche Hauß Hessen gehangen, und wegen der von demselben angemaßten Protection über das Dorff Neukirchen man die Fuldische Jura nicht hätte ausüben können.

Non sufficiens mihi est hæc excusatio in Quintupl. 72. fol. 5. & fol. 9. Poterant enim Fuldenses contradicendo & protestando sibi prospicere.

Sed age, videamus juridice, quale præsidium ex ista exceptione nanciscí Nobilitas possit.

Versamur hic in materia Collectarum, ubi in præcedentibus suppositum illud pro firmo est habendum: daß das Schloß Werda und Gericht Neukirchen ab origine Fürstl. Fuldisch Erb-Gut, und zeitliche Fürsten und Abten zu Fulda Domini Territorii daselbst seyen.

Hoc posito, rursus tenendum est, agi de præscriptione Regalis insignioris contra Dominum territorii, non quidem a subdito, sed a Nobilitate immediata.

Ergo præscriptione se tuetur Nobilitas, Juris, inquam, collectandi in re aliena. Si regeratur, negari, rem esse alienam, foret hoc contra principium supra stabilitum.

Collectarum jus in re aliena assimilatur servituti, quam vocant discontinuum. vid. Hert. *diss. de superior. territ.* §. 62. ad cujus præscriptionem communi Juris Consultorum & Antecessorum Cameralium calculo requiritur tempus immemoriale. Ita

Gail. 2. *obs.* 66. *n.* 7.
Mynsing. 4. *obs.* 53.
Lauterb. *colleg. pract. lib.* 8. *tit.* 1. §. *XIII.*

Hos allegavit appositе Advocatus Fuldensis in [72] *fol.* 7. *p. vers.*

Quibus ego addo sequentes:

Lynckerum *vol.* 1. *resp.* 2. *n.* 107. *seqq.*
Carpz. 2. *const.* 3. *def.* 24.
Hert. *dict. diss. de super. territ.* §. 62. adde *disp. de mod. constit. Civit. th.* 5. *vol.* 1.
Vietor *de Exempt. Concluſ.* 17.
Klock. *de Contrib. cap.* 16. *sect.* 2. *n.* 7. *seqq.*
Covarruv. *ad cap. possess. malæ fidei p.* 2. §. 2. *n.* 11. & §. 4. *n.* 4. §. 3. *n.* 5. *vers. Tertio.*

Ex quibus aliquos laudavit Lauterb. *ad tit. ff. de Usurpat. & Usucap.* §. 45.

Plures allegare superfluum esse duxi, satiari quis poterit ex Vietore *dict. loc.*

Equidem in alio Responso *Lynckerus* sententiam hanc JCtorum absurditatis arguere videtur, *Respons.* 65. *n.* 70. quem locum ego tamen ad materiam substratam directum esse puto.

Applicatio ad nostram causam est hæc: Nobilitas des Buchner-Quartiers allegat præscriptionem Ao. 1653. inchoatam, cujus decur-

sus continuus esset ad An. 1710. At vero hoc tempus nondum est annorum sexaginta, multo minus immemoriale, quod ab hominum memoria dependet,

vid. Lynck. *Resp.* 91. *n.* 26.

Atqui nondum defeciſſe homines im Gericht Neukirchen, credo, & allegant Fuldenſes eos, qui meminerint, Collectas ad Fuldenſe ærarium fuiſſe præſtitas.

Succedit conſideratio ſequens: Omnis præſcriptio habet fundamentum vel in derelictione ejus, contra quem præſcribitur, ne rerum dominia eſſent incerta. Succeſſoribus vero Abbatum poſt Annum 1653. usque ad Adalbertum obeſſe præſcriptionem generaliter, graviſſimam habet dubitationem.

In præſcriptione Feudi contra agnatos, tot requiri præſcriptionum tempora, quot ſunt agnati, prolixe ediſſerit, multisque rationibus & allegationibus JCtorum, addita refutatione diſſentientis *Pinelli*, confirmat

Hartmann. Piſt. *lib.* 2. *quæſt.* 8. *num.* 41. *ſeqq.*

Adeo ut negligentia Anteceſſoris, ſi ceſſaverit in repetendo, ſucceſſori non præjudicet, nimirum, quia ei nondum eſt Jus natum ad revocandum feudum, juxta axioma vulgatum, quod non valenti agere non currat præſcriptio,

Gail. 2. *obſerv.* 60. *n.* 3.

vid. etiam Roſenth. *cap.* 9. *concluſ.* 2. *membr.* 84.

ubi multorum adfert pro more ſuo Juris Conſultorum teſtimonia.

Præclare hanc quæſtionem in materia fideicommiſſ. tractavit Covarruv. *ſupr. dict. loc. part.* 3. §. 3. *n.* 6. *concluſ.* 3.

Jure autem Agnatorum vel fideicommiſſariorum hæredum quare non utatur Epiſcopus vel Abbas Princeps Imperii, cui incumbit prætermiſſa ab Anteceſſore adimplere?

Salgado *de Protect. Regia part.* 1. *cap.* 3. *n.* 86. *ſeqq.*

adde Lynck. *vol.* 1. *reſp.* 2. *num.* 168.

Qui, tametſi videatur ſibimet contrarius *reſponſ.* 113. *n.* 18. ipſe tamen hoc loco ſententiam ſuam limitat: ſi poſſit initium præſcriptionis dari legitimum, ita ut, ſi initium legitimum non ſit, priori ſententiæ faveat.

Applicatio ad cauſam noſtram eſt hæc:

Abbatia Fuldenſis ab Ao. 1653. varios habuit Abbates, inter alios adminiſtratorem Cardinalem Marchionem Badenſem. Varia fuit Adminiſtratorum & diligentia & negligentia.

Ergo ſane in hac materia Collectarum, ad Eccleſiam Fuldenſem pertinentium, in his circumſtantiis ſententiam eorum, qui contra ſucceſſorem præſcriptionem non admittunt, a ratione aberrare non crediderim; non enim poteſt dici negligentia eorum, qui forte negotium plane ignorarunt,

vid. Gail. 2. *obſerv.* 105. *num.* 6.

ſcientia autem Abbatum Fuldenſium, quam allegat Nobilitas, ſcientia, inquam, circumſtantiarum antiquiorum, non eſt probata, imo valde dubia, cumprimis deficiente hic initio & titulo ad inchoandam præſcriptionem habili. Adeo ut nequidem immemoriali præſcriptione tuta foret Nobilitas.

Es iſt die præſcriptio immemorialis keiner Fürträglichkeit mehr, wann ſich der Urſprung und Wurtzel vitios und falſch erfindet, ſunt verba

Heideri *Deduct. Lindav. pag.* 871.

Et ubi de titulo invalido & vitioſo conſtat, ibi validum & juſtum interveniſſe, præſumi amplius non poteſt, quia corruit penitus allegatio etiam præſcriptionis immemorialis.

Lynck. *dict. reſp.* 2. *n.* 86.

& ex allegatis ibi JCtis facit huc inprimis

Menoch. 3. *præſumt.* 131. *n.* 49.

Ant. Faber. *L.* 7. *C. tit.* 13. *def.* 2.

Covarruv. *in capit. poſſeſſ. malæ fidei p.* 2. §. 8. *num.* 5.

Titulum vero legitimum Nobilitas ad Collectandi jus im Gericht Neukirchen nullum habet. Ille, quem allegavit, daß dieſes Gericht ab origine Ritterſchafftlich Gut geweſen, ſi dicere ſufficeret, bonus foret, ſed ſi ad ea, quæ probata ſunt, reſpiciamus, eſt mere imaginarius; nam neque Mandatum illud Camerale de Ao. 1630. neque Decretum Reſtitutorium Ao. 1651. & ipſa reſtitutio facta in ſtatum, ubi erat Tannius ante deſtitutionem Ao. 1629. [11] neque transactio Herbipolenſis tituli loco eſſe poſſunt. Neque etiam ullum ex hiſce tanquam titulum allegavit Nobilitas, ſolo temporis decurſu tutos ſe fore exiſtimans, qui tamen in ſubſtrato caſu eſt erroneus.

Priores assertiones ego veras esse non puto. Posteriorem, (quicquid etiam nescio quis Advocatus scripserit Romæ pro Appellante) ego, si recte sum edoctus de doctrina JCtorum Romanæ Ecclesiæ addictorum, etiam admittere non possum. Secundum principia doctrinæ meæ, si Dnus *de Landsberg* in aliis mecum sentiret, ego ipsi Dispensationem nequidem necessariam fuisse putarem.

Proinde non existimo, adeo esse illiquidam Actionem in petitorio, quo minus Judex, si causa esset instructa satis, de eo pronunciare posset.

Ut ergo quæstionem de Devolutione Appellationis concludam, existimo, Exceptionem Non-Devolutionis non esse male fundatam, per verba expressa Declarationis Electoralis, quod Privilegio de Non-Appellando plenario uti non velit: Nihilominus in causis possessoriis firmum manere debeat, neque sit differentia inter possessorium summarium & ordinarium retinendæ vel adipiscendæ possessionis.

Sententia Officialis ad quodcunque remedium Actori utilius intelligi potest, etiam per Implorationem officii Judicis, quod utilius esse censet

Lauterbach. *supra dict. loco vel ex Interdicto quorum bonor.*

Retinendæ possessionis remedium hic non videtur præ oculis habuisse Officialis, quia naturalis possessio fuit penes matrem Appellantis, absque interpellatione, facta demum Ao. 1732. Reservatio vero Petitorii, licet non sit expressa in Sententia, intelligitur necessatio in tali Judicio possessorio. Et cum Appellatio a possessorii momentanei Sententia prohibita sit ipso Jure, ad hanc impediendam nullo opus erat privilegio.

Proinde, si ad non-devolutoriam Sententiam concludere voluerint Domini, me non habebunt dissentientem. Si tamen praxin Judicii Cameræ in possessorio, uti vocatur, ordinario non-devolutoriam impedire censuerint Domini, cumprimis, quod complicatum sit Judicium præsens cum petitorio, h. e. cum possessionis causa sive titulo (ita differit erudite

Anton. Merenda *L.* 24. *Controv.* 34.)

Ego quoque Non-Devolutioni insistere nolo, & sum paratus de reliquis causæ meritis meam dicere Sententiam. Itaque

Secundo: Duæ sunt Sententiæ Officialis, a quibus Appellatio fuit interposita, *Una* de 30. Septembris 1735. *Altera* de 21. Novembris ejusd. anni.

Prior est mere inhæsiva præcedentis de 8. Jan. 1734. a qua Appellatio interposita, in Camera fuit rejecta, adeoque transiit in rem judicatam. Nam quod additur de Justificatione expensarum & damnorum, est mere interlocutorium. Proinde rem judicatam considerando, Exceptio Non-Devolutionis locum haberet, quoad hanc Sententiam. Sed sequitur mox definitiva 21. Novembr. in qua Decreta priora habentur pro purificatis.

Hoc est primum membrum Sententiæ, & plane congruit cum præcedentibus, quæ transierunt in rem judicatam.

Alterum membrum Sententiæ, quod decernit immissionem & manutentionem Actoris, jam Appellati, iniquitatem non habet, si consideremus:

1.) Dispositionem Fideicommissariam de A. 1681. cujus tenorem legimus, atque intellexiimus extare revera, & esse productam in originali, per contumaciam vero Appellantis recognitam non fuisse.

2.) Appellantem titulo valido ad successionem in bonis fideicommisso subjectis, vivente adhuc filio *de Landsberg* jam Appellato, esse destitutam, quæ tametsi possessionem apprehendisset, antequam Actor Dispensationem Papalem ad relinquendum ordinem Ecclesiasticum impetrasset, injuste tamen contra tenorem fideicommissi ipsum ab usufructu bonorum excludere eum voluit. Post impetratam dispensationem vero a possessione fuit excluſa, quæ possessio neque a patre Appellantis *Francisco Antonio* in ipsam transmitti potuit, cum ipse pater dispositionem fideicommissariam subscripserit, & juramento firmaverit: neque etiam a matre, quia hæc possessionem non alio titulo, quam usufructuario, vi pactorum matrimonialium possidere voluit, & tamen hæc pacta producere declinavit, quasi sufficeret allegasse & possessionem apprehendisse absque specie tituli validi.

3.) Quod Exceptio Dispensationis Papalis ex falsis narratis impetratæ huc non pertineat, neque ad cognitionem Dni Officialis, neque etiam Cameræ Imperialis, sed sequendum erit ea in re Decretum Pontificis, adeoque ob hanc Exceptionem possessio & manutentio Actori non sit deneganda.

4) Eadem est ratio Exceptionis, quod Actor & Appellatus per susceptos ordines majores fideicommisso renunciaverit, & ad successionem sit inhabilis.

5.) Argumentum partis Appellantis palmarium videtur esse hoc: Quod tempoore mortis fratris natu majoris, *Francisci Antonii*, modernus Appellatus Successionis in Fideicommisso non fuerit capax, adeoque Fideicommissum extinctum, quod per quæsitam & a Pontifice concessam dispensationem in ejus persona revivisscere non potuerit. Huc pertinent Allegationes ex Jure civili §. 4. *Instit. de Hæred. qualit. & diff.* aliique textus similes; nec non

Thesauri 1. *quæst.* 34. *num.* 23.
Hondedei 2. *Consult.* 55. *num.* 21.
Fusarii *de Substitut. qu.* 318. *n.* 64.
(erravit Advocatus in num. 30.)
Harprecht. *de Succeſſ. P.* 1. *p.* 1231. *&* 1234.

Omn

Omnes hæ allegationes mentionem faciunt institutionis factæ sub conditione, & quod conditio non extiterit. Ergo ad casum præsentem nihil faciunt. In hoc non agitur de Successione ex testamento, sed de fideicommisso conventionali. Hic vero non est dispositio successionis conditionata, neque enim Constituentes dixerunt: Si aliquis filiorum ordinem Ecclesiasticum susceperit, ut tunc excluſus esse deberet, sed potius est vocatio pura, & in §. 12. exprimitur casus, si filiorum ultimus ob sacerdotium, vel præstita vota solennia die Familie nicht afftерfolgen, amplificiren und vermehren könte, atqui hic casus non extitit, neque unquam ad eam conditionem redactus fuit Appellatus, ut ad procreationem sobolis & ampliandam familiam redditus esset inhabilis, contrarium enim docuit eventus.

Advocatus interim, quisquis sit, per infinitas Allegationes, male applicatas, fucum adspergere causæ, quam defendit, laborioſe factis est anniſus.

6.) Quod inprimis urget Appellans, restitutionem plenariam nondum esse factam, si de possessione naturali intelligit, falsa est querela, nam Appellatus possessionem, quam apprehenderat post mortem Viduæ fratris sui, sponte permisit Appellanti, obtulit etiam restitutionem omnium fructuum, damnorum & expensarum, quæ possent ad liquidum deduci, prævia tamen moderatione. Appellans vero nostra nimium complectitur, expectans restitutionem omnium summarum ad ultimum usque obulum (ita enim loquitur) suæ prætensionis, & nescio quæ plura de impeditis per actionem institutam & sententiam latam præstationibus; neque tamen Officialis hac in re deesse voluit, teste ipsa Sententia a qua. Ipsa Appellans vero in ostendendo, quod deesset ipsi adhuc, hucusque fuit in mora; Etsi in percipiendis fructibus brevi isto tempore moræ nonnihil fuit passa, cogitandum erat, ad fructus restituendos ipsam esse condemnatam, & sententiam a qua fore confirmandam. Videbatur quidem præterhabita exceptione restituendorum, & remissa hac materia ad moderationem ab Officiali faciendam, parti Appellanti injungendam esse conclusionem & submissionem, quam nondum fecit in causa principali. Cum vero in scripto Replicatorio [33] novissime producto offenderim, dicta ibi omnia esse, quæ Appellans in animo habuit, vel ab Advocato ipsi fuerunt suggesta, ad confirmandam Sententiam a qua animum meum applicui, motus Justitia hujus causæ pro Appellato de Landsberg, partis Appellantis vero, uti mihi videntur, postulationibus perperam fundatis.

Quod autem de restituendis Actori Appellato fructibus a tempore moræ pronunciavit Officialis, alium sensum habere non potest, quam ut mora censeretur incipere a tempore, quo Actor Jus petendi fructus habuit. Hoc vero tempus extitit a morte fratris ultimi possessoris, etiamsi in Ordine Ecclesiastico mansisset, ita tamen, ut portio aliqua fructuum, viduæ in pacto fideicommissario assignata §. 5. detrahatur, isti vero Viduæ per maritum juxta assertum in typo der wahrhafften Gegen-Information §. 3. longe pinguior ususfructus promissus fuit, quam in dispositione fideicommissaria erat permissum. A tempore mortis vero viduæ omnes fructus debentur Appellato. Quodsi circa tempus restituendorum fructuum aliter censuerint Domini, ego ea in re non ero difficilis.

Unum est, quod ratione objecti dubium habere posset, an scilicet etiam acquisita bona ab ultimo possessore fideicommissi huc referri debeant? Officialis respexit ad Inventarium confectum, cujus etiam mentio in ipsa dispositione. Si ergo alia bona a filio *Francisco Antonio* fuerunt acquisita, de his Officialis nihil pronunciavit, & pertinebunt ad petitionem separatam.

Expedit. 6. Septembr. 1737.

IN Sachen Antoinetten Helenen von Schmiesing, gebohrner von Landsberg, Appellantin eines, wider Ferdinand Franz Caspar von Landsberg, Appellaten andern Theils, ist mit Verwerffung der durch Lt. Weylach und sonsten in Actis vorgebrachten Exception Non-Devolutionis die Sache von Amts wegen vor beschlossen angenommen, darauf und allem Vorbringen nach zu Recht erkannt, daß durch Richter voriger Instantz wohl geurtheilet, übel davon appelliret, dahero die am 21. Novemb. 1735. eröffnete Urthel, jedoch dergestalt, daß das tempus moræ restituendorum fructuum von Zeit der vom Appellaten erhobenen Klage zu rechnen, und dem Appellantischen Theil das Petitorium, dem Appellatischen Theil aber weitere Fructus von Zeit des Absterbens seines ältern Bruders auszuführen vorbehalten seyn solle, zu confirmiren und zu bestätigen sey, als wir solcher Gestalt hiermit confirmiren und bestätigen, Appellantin in die Gerichts-Kosten bey dem Löbl. Cammer-Gericht derentwegen aufgeloffen, dem Appellaten nach rechtlicher Ermäßigung zu entrichten, und zu bezahlen fällig ertheilend ꝛc. Dann ist zu würcklicher Execution und Vollenziehung dieser Urthel Appellantin Zeit 6. Wochen p. T. & P. von Amts wegen angesetzt, mit dem Anhang, wo sie dem also nicht nachleben wird, daß dieselbe jetzt als dann, und dann als jetzt, in die Pœn 10. Marck löthigen Goldes, halb dem Kayserl. Fisco, und zum andern halben Theil dem Appellaten zu bezahlen schuldig erkläret seyn, auch der Real-Execution halber ergehen solle was Recht ist. Endlich ist gegen beyderseitige Anwälde wegen derer vielen unnöthigen theils weitläufftigen Recessen, und zwar gegen jeden die Straff einer halben M. Silbers innerhalb 8. Tagen aus eigenen Mitteln in den Armen-Säckel sub pœna dupli & realis Executionis zu erlegen vorbehalten.

Continuatio Voti
in Instantia Restitutionis in integrum.

QUandoquidem ego existimem, me in Relatione peracta mense Septembr. 1737. & Voto omnia expediviſſe, quæ ad rem controversiæ hujus de fideicommisso pertinent, neque etiam quenquam ex Dominis, qui antea unanimi calculo ad confirmandam sententiam prioris instantiæ mecum concluserunt, Voti sui pœnitentia ductum esse crediderim, cum in petitione restitutionis in integrum, nova non occurrant me judice argumenta, ad restitutionem petitam adversus fideicommissi successionem proprie facientia; Visum tamen mihi fuit in aucto jam Senatu amplissimo, ut argumento causæ illustris uberius satisfacerem, materiam repetere, & quantum fieri potest, breviter illustrare, repræsentando argumenta postulationis hujus novæ in tabella sequente:

Argumenta circa fideicommissum spectantur

I. in Consentaneis
  1. in se, nimirum de
    1. existentia fideicommissi, & tabularum recognitione. §. 1.
    2. Duratione fideicommissi in familia de Landsberg. §. 2.
  2. in adjunctis
    1. personarum, & earum obligatione. §. 3.
    2. rerum, quatenus ad fideicommissum pertineant. §. 4.

II. in Dissentaneis, quæ fideicommissi vim infringant.
  1. De jure ob defectum consensus. §. 5.
  2. Ex facto hominum leges fideicommissi non observantium. §. 6.
  3. De jure retentionis. §. 7.

Quibus ordine explicatis sequetur conclusio, quid existimem esse pronunciandum. §. 8.

Hæc omnia jam expendemus speciatim.

§. I.

Fideicommissi dispositionem paternam extare, nullum habet dubium. Vidimus nos tabulas & legimus in deliberatione præcedente. Ipsa Appellans, cum antea, num existeret etiam originale, cujus exemplum tamen ipsa inter chartas a patre suo relictas habebat, vid. §. fin. tabularum, nihilominus dubitasset, & post productionem alterius exempli, coram Commissariis ab actore factam, Act. pr. fasc. 2. fol. 62. 81. 89. Recognitionem injunctam omni opera defugisset, novissime in scripto additionali [82] fol. 26. distincte fatetur, es sey gantz richtig, daß sie das Pactum Fideicommissi niemals dissitiret, aber auch nicht recognoſciret, weil sie sich darzu nicht schuldig erachtet, scil. quia persuasa erat, fideicommissum non amplius durare, sed esse cum morte parentis sui, filii natu majoris constituentium parentum, extinctum. Quid? quod ipsa Appellans jam in ipsis tabulis, speciatim §. 12. præcipuum intentionis suæ posuerit fundamentum.

Cum itaque jam fateatur Appellans, tabulas fideicommissi extare, non opus est, ut nobis, quod antea non fuit, ullum hac de re nascatur dubium. Frustra Advocati Appellantis in omnibus scriptis causantur, originale non fuisse productum. De Recognitione facienda etiam nulla potest esse quæstio post rem judicatam, & quæ movit antea, & jam repetiit Appellans argumenta, ex quibus putat, se ad recognitionem non fuisse obligatam, non sunt nova, sed antea per sententias rejecta. Neque etiam de impetrata Dispensatione Papali est dubium ullum, cum Appellans ipsa eam affirmaverit, de sub- & obreptione saltem querelas movens. Dixi hac de re in Voto priori, versu: *Ad secundum*, & versu: *alterum membrum*. Pergo ad reliqua capita, quæ in tabella exposui.

§. II.

Nimirum *de duratione fideicommissi*; nostra appellans putavit antea & frustra opposuit, jam vero repetiit, fideicommissum cum patre suo, ultimo possessore, fuisse extinctum. Palmaria ratio est, quod modernus de Landsberg vivo fratre seniore suscepisset ordinem Clericalem, & quidem majorem, licet sine sacerdotio: Quod in hoc ordine permanserit usque ad mortem fratris sui senioris, atque successionis non fuerit capax: Quod intentio constituentium fuerit, ut filii Clericatum amplexi, in eo ordine permanere deberent per omne vitæ tempus: Quod Appellatus pactum jurejurando confirmaverit: Quod nequidem Papalis dispensatio eum ab hoc vinculo liberare potuerit, & jus filiæ quæsitum auferre, & quæ sunt plura similia. Hanc thesin ut statuant nobisque inculcent, multorum auctorum plaustra collecta sunt ab Advocatis & adducta sæpius, ut tanto minus oculos nostros fugerent.

Quandoquidem in hoc argumento magnum fore præsidium, persuaderi sibi passa est Appellans, ut in scripto implorationis, & novissimo 26. Jan. 1739. producto [84] multa folia, tanquam causis novis, hac de re sint impleta; Placuit mihi, vim hujus argumenti, quod in anteactis fuit præcipuum, Act. pr. fasc. 1. fol. 62. 83. Repl. Cam. 33. f. 18. & in scripto, quod antea habuimus, typis mandato, der Gegen-*Information* §. 18. reliquisque pluribus tunc distributis, propositum, sed per Sententiam nostram inutile habitum, denuo paucis examinare. De jurejurando ab Actore præstito, quod allegatur, hoc ex ipsis tabulis fideicommissi, principio & §. fin. refellitur. Ita vero procedit argumentatio: Tu patrue

tem-

tempore mortis patris mei fuisti in ordine Clericali, cum mater mea suo & meo nomine possessionem bonorum apprehendisset; Ergo tu per subsecutam post aliquot annos dispensationem Pontificis, ad successionem in fideicommisso non factus es habilis, sed extincto fideicommisso per tabulam §. 12. mihi filiæ acquisita est successio.

Errores consequentiæ in hoc Syllogismo sunt plures:

1.) Quod filius in Ordine Clericali existens & unicus ex familia mascula superstes, ad successionem in fideicommisso sit inhabilis absolute.

2.) Quod cum existeret mascula proles fideicommittentis, nepti ex filio ad occupanda bona fideicommissaria jus aliquod sit natum, ad illum excludendum.

3.) Quod per dispensationem Pontificis subsecutam non potuerit tolli impedimentum successionis, si quod fuisset in actore antea existens.

Omnes has propositiones falsas esse puto.

Primam, quia hoc in tabulis fideicommissi non continetur, neque expresse neque tacite, imo tacite contrarium §. 9. ibi: **darin bleiben und ihr Leben endigen wollen.** Ergo in filii voluntate positum erat, an Clericus manere vellet, quod ipse se facturum nunquam declaravit, juncto §. 11. Nam intentio totius fideicommissi erat sæpius repetita, ut mascula stirps conservaretur, & si de casu, qui extitit, quæsiti fuissent constituentes, absque dubio respondissent, huic filio successionem deberi dispensatione prævia. Omnes auctores ad confirmandam Appellantis intentionem undique conquisiti, quorum evolvi plurimos, ad factum & circumstantias, in quibus versamur, male sunt applicati. Scilicet: est nobis quæstio de fideicommisso familiæ, partim in feudis, partim in allodiis constituto, ad conservandam propagandamque familiam, cum exclusione filiarum, quousque masculus supereset. De tali casu nullus ex omnibus, qui allegantur, agit. Clericos vero capaces esse successionis in fideicommissis, ostendit pluribus

Knipschild. *c.* 8. *num.* 28. *seqq.*

Idem in feudis promiscuis statuerunt antecessores nostri, teste Relatione in causa *Kerckring* contra *Althaus*, ubi allegati plurimi: In casu cum nostro plane simili de legitimatione natalium decidit quæstionem fideicommissi

Card. de Luca *in Th. V. & J. de fideicommissis. Discept.* 29. *num.* 5. *Discept.* 68. *n.* 10. *seq. & n.* 17. 21.

& fere in terminis nostris

Discept. 104. *num.* 12. 18.

Jure Longobardico miles Christi, (ita vocari amant ordinibus Ecclesiasticis adscripti præ cæteris Christianis) desinit esse miles seculi. Germaniæ nostræ moribus Legibusque aliud obtinet, neque ordo Ecclesiasticus tollit jura familiæ. Imo plerorumque Collegiorum Ecclesiasticorum majorum membra antiquissimæ nobilitatis, hoc est, militiæ secularis dignitate præfulgent. Neque ergo familiæ jura amisisse dici potest *Landsbergius* noster, qui, nisi familiæ nobilis majorum serie conspicuus fuisset, in Collegium Ordinis, in quo fuit, recipi non potuisset. Quid? quod ipsi constituentes fideicommissum præsens filium Clericum etiam Monachum usufructu bonorum ad tempus vitæ gaudere voluerint, dicto §. 12.

Secundam, quia per tabulas fideicommissi fœminea proles fuit exclusa expresse, vid. §. 5. & 12. in fin. adeoque cogitare debuisset filia, dispensationem fieri posse, & fortassis, quod factum est, secuturam esse. Proinde ante dispensationem ad minimum casum successionis adhuc esse in suspenso, ut ait

Card. de Luca *in Th. V. & Just. Disc.* 7. *num.* 8. *seq.*

Tertiam æque esse falsam, sequitur ex præcedentibus. Est enim conditio eadem puri & purificati,

Argum. *l. fin. de vulg. & pupill. substit.*

Omnis itaque argumentationis vis non firmat jus succedendi filiæ, sed pertinebit tantum ad tempus restituendorum fructuum, cui rei per Sententiam nostram fuit consultum. Nam quod de jure quæsito non auferendo repetitur, semper petit principium, animo apprehensum, nulla vero idonea ratione probatum. Omnis hæc exceptio priori deliberatione fuit examinata & decisa, consentientibus cum meo Voto, ubi cap. II. hanc quæstionem tractavi, Votis reliquis omnibus. Neque ullum profertur jam novum vel factum vel documentum, proinde hæc quæstio est inutilis ad obtinendam restitutionem in integrum, ad petitorium, si id ingredi voluerit, (vereor ne frustraneum sit consilium) remittenda. Consistet interim Sententia contraria, nempe fideicommissum, quod per verba clarissima ad conservandam familiam masculini sexus fuit constitutum, durare, quousque aliquis ex mascula stirpe fideicommittentis est in vivis, ad familiam propagandam habilis. Pereleganter & judicio Practico instructus loquitur dictus

Card. de Luca *in casu legitimationis natalium subsecutæ disc.* 68.

„Considerandam esse non solum expressam, „sed etiam tacitam & conjecturalem testatoris „(in casu nostro fideicommittentis) præordi„nationem & voluntatem, & esse legulejam „ineptiam de ea dubitare.„ Porro *num.* 17. „Quamvis omnis legitimatio dicatur tertio „præjudicialis, attamen esse præjudicium ac„cessorium & consecutivum, dum per legiti„mationem non tollitur uni & datur alteri, sed „solum id, quod alias deferretur ratione gra„dus & proximitatis, si non haberet obstacu„lum a lege positiva (in casu substrato, Cle„ricali) illatum eidem defertur, tanquam per „præventivam remotionem obstaculi seu im„pedimenti, ut eveniente casu reperiatur ha„bilis, ideoque longe differunt, tollere spem

„vel jus quærendum (v. g. a filia contra agna„tum) ac tollere jus jam quæsitum.„ De tacita & conjecturali voluntate in casu successionis fideicommissi plura tradit idem *Disc.* 104. *n.* 5. Num vero modernus *Ferdinandus Frantz Casparus de Landsberg* per dispensationem Papalem ad relinquendum ordinem Clericalem & ineundum matrimonium jure fuerit legitimatus, litem hanc, cum de facto dispensationis impetratæ non sit dubium, Domina appellans Pontifici Romano facere debebit. Interim, quod ad familiam propagandam habilis fuerit *Franciscus Casparus*, id ipse, natorum genitor cum sit jam trium, ostendit.

En dulces natos exoptatumque parentem. *
Venientque procul dubio
Et nati natorum & qui nascentur ab illis. **

Hos omnes excluſos fuisse in constitutione fideicommissi, quis, quæso, sibi persuaderet?

Et quis unquam audivit, viros nobiles familiæ illustris, qui statum Clericalem sunt amplexi, a petenda & obtinenda Papali dispensatione prohiberi, cumprimis si in alicujus persona situm sit, ne familia extinguatur? Adeo, ut frustra conscientiam vellicet D. Appellans non modo adversario suo, sed etiam Judicibus, quod eum in peccato, quod commiserit, confirment. Verba expressa dispositionis indicant intentionem constituentium seriam; daß splendor & dignitas Familiæ Landsbergicæ männlichen Geschlechts nicht abnehmen, sondern in völligen Würden verbleiben und vermehrt werden mögte §. Erstlich & §. *XI.* Ergo si casus, qui extitit præter spem & exspectationem parentum, in hac dispositione non fuit expressus, propterea non est habendus pro eo, qui sit intentioni repugnans.

Neque etiam juvant Appellantem testimonia petitæ ab ipsa Investituræ feudorum [38] usque [42] nam ipsa realiter investita non fuit, neque petitio possessionem vel possidendi facultatem ipsi tribuit. Accedit, quod ex ipso horum adjunctorum tenore pateat, feuda non esse acquisita ab Appellantis patre, sed ab avo, fideicommissi auctore.

Prudentius feciſſet, si apprehensionem sive anticipationem possessionis non suscepisset, poterat enim scire, fratrem *Franciscum* non esse inhabilem natura, impedimentum vero ordinis Clericalis, si quod esset, (quod tamen durante eo statu ab usufructu bonorum ipsum non excludebat) tolli potuisse, totamque successionem mansisse in suspenso, juxta

Card. de Luca *dict. supra Disc. VII. num.* 8. *Disc. IX. num.* 5.

Videtur mihi Advocatus verbis Dn. *Moseri* in der Einleitung zum R. H. R. *Proceſs Part. III.* quæ antea allegaverat in der Gegen-*Information p.* 39. nimium fidisse, ubi post recensitam opinionem Judicii Imperialis Aulici, subjungit suam: doch kan ich nicht bergen, daß es sich auch gar wohl hören lieſſe &c. Ipse tamen de casu, qualem nos habemus, haud loquitur. Consimilia fere tradit in scriptis Advocatorum non allegatus

Dnus J. P. de Ludewig *in Dissert. de Clerico Exule successionis in Feuda cap.* 2. §. 8.

Sermo est autem D. Ludewigii *de Clericorum successione in Feudis & Principatibus.* Uterque locus applicaretur ad casum nostrum inutiliter.

Atque ita existimo, resoluta esse argumenta, quæ Appellans pro obtinenda restitutione in integrum protulit N. 1. 2. 3. 4.

§. III.

Sequitur, ut dicam *de adjunctis*, ubi primo occurrit quæstio de obligatione personarum juxta fideicommissum.

Hæc omnia in ipsis tabulis fideicommissi sunt expressa, nempe

1.) Conservatio bonorum cum prohibitione omnis alienationis §. 1. ubi dicendum de soluto ære alieno.

2.) Cura ad educationem & sustentationem fratrum natu minorum §. 9.

3.) Filiarum §. 10. ubi agetur de earum petitione portionis hæreditariæ & meliorationum.

4.) Nec non Viduæ §. 5.

De his omnibus ostendendum est speciatim, pauciſſima haberi posse adhuc pro liquidis. Nimirum &c. &c.

§. IV.

Sequitur juxta ordinem tabellæ meæ Consideratio de rebus ad fideicommissum pertinentibus.

Existimo vero, hoc in capite dispositionem esse expressam in statuto nostro §. 7. neque contineri in fideicommisso vel in eo comprehendi bona, a successore fideicommissi acquisita. In alio quodam casu declaravi meam sententiam de hac quæstione *in Observat. Forens.* 373. ad quam referre me licebit. In casu præsente statutum sæpius sese refert ad Inventarium, in quo bona fideicommisso subjecta sint comprehensa, & de acquisitis a successoribus, facultas disponendi est permissa dicto §. 7. Existere vero testamentum vel dispositionem *Francisci Antonii de Landsberg*, non constat ex actis. Quodsi intestatus decesserit eod. §. 7. in fine dicitur: Es solle bey der Erb-Vereinigung pure verbleiben. Hæc verba ego non intelligo in hunc sensum, quod fideicommisso subjecta esse debeant omnia acquisita, nimirum prædia & alia ex mediis aliis quæsita, sed relinquenda potius ea esse filiæ. Accedit, quod etiam sententia a qua, in Camera Imp. confirmata, mentionem faciat restituendi fideicommissi secundum inventarium. Verum de his acquisitis nulla est producta probatio, ergo non plus potest continere sententia nostra confirmatoria, quam erat in sententia priore. Acquisita si quæ probari possunt, hæc a Commissariis ad liquidum deduci poterunt.

§. V.

* Virgil. Æneid. III. Edit. Wechelian. Anno 1583. pag. 167. vers. 26.
** Æneid. II. pag. 141. vers. 24.

§. V.

Sequitur Inſpectio de Diſſentaneis fideicommiſſi, quod vim non habeat, vel ob defectum conſenſus Electoralis, vel quod ipſi deſcendentes ſtatutum hoc pro obligatorio non habuerint. De conſenſu Sereniſſimi Electoris Colonienſis loquitur clauſula finalis ſtatuti, neque tamen certi ſumus, an confirmatio hæc fuerit petita expeditaque, vel non. Negat quidem Appellans. Ipſe Appellatus fortaſſis non magis eſt certus, quam nos ſumus. Ponamus, non eſſe confirmatum ſtatutum. Ad ejus vim non opus erat confirmatione, neque ad ejus perfectionem confirmatio requirebatur. Bona enim ſunt vel allodialia, de quibus libera erat diſpoſitio parentum, vel feudalia & quidem promiſcua, de quibus pariter diſponere licebat. Transactio Colonienſis de A. 1659. allegata in Libell. Implor. fol. 54. concedit fœminis ſucceſſionem in caſu non exiſtentis filii maſculi §. 2. & 4. apud Esbach. poſt *Conſtit.* 28. Sed hic locus ab Appellante fruſtra allegatur, quia exiſtente filio maſculo ex hac ipſa transactione ſucceſſio ad filiam non pertinebat, **und iſt alles unnachtheilig der adelichen Gewohnheit mit Abgütung der Töchter.** Hoc vero ſtatuto noſtro eſt plane conſentaneum.

§. VI.

Quod vero attinet ad facta inter filios, ex quibus concludit Appellans, vim fideicommiſſi fuiſſe ſublatam fol. 54. usque 60. hæc objectio vana eſſe mihi videtur, cum neque probata ſatis ſint iſta facta, multo minns vero intentio filiorum, quam fuiſſe eam, ut fideicommiſſum vi ſua privaretur, omnino non eſt credibile, cum nemo præſumendus ſit, proprio commodo & voluntati paternæ renunciaſſe, niſi hoc probetur clariſſime.

Atque ita remota eſſe puto argumenta omnia, in libello Implorat. prolata, vel ad fideicommiſſum deſtruendum, vel ad jus Retentionis aſſerendum.

§. VII.

Hoc poſtremum jam oſtendendum erit amplius, Retentionis jus competere ſibi putat filia *Franciſci Antonii.* Ergo largitur jam, patruum eſſe fideicommiſſi ſucceſſorem legitimum, cum antea ipſum excluſum eſſe a ſucceſſione dixiſſet. Qui vult retinere, alterius dominium utique agnoſcit, eſt enim retentio jus in re aliena competens. Ergo quælibet retentio habere debet initium ſive titulum juſtum.

Berlich. 2. *concluſ.* 32.
Mev. 9. *deciſ.* 43.

Qualis vero hic eſt noſtræ Appellantis titulus juſtus? Examinavi ſupra omnes cauſas, ex quibus jus Retentionis aſſertum ivit, nullam vero offendi eſſe adhuc liquido probatam. Ut taceam, quæſtiones de Melioramentis natura ſua variis eſſe dubiis obnoxias, an utiles, an neceſſariæ, & ſimiles.

Vid. Schwed. *Diſſ. de Melioram. feud. cap.* 6. *a num.* 4. *usque ad fin.*

Unde fuerint deſumti ſumtus, annon ex Proventibus bonorum? Annon factæ meliorationes ex officio boni patrisfamilias, & cumprimis ſucceſſoris univerſalis ex jure Primogenituræ? Quis vero ex cauſa turbida jus retentionis exſtrueret?

Vid. Hodiern. *ad Surd. deciſ.* 46.

Reliqua capita omnia ad jus retentionis plane non pertinent, neque enim datur retentio rei, niſi ob cauſam, quæ rei inhæret.

Scio equidem, eſſe retentionem remedium legitimum,

Mev. 1. *d.* 247.

& filiæ tribui ob meliorationes feudi liquidas.

Idem 3. *dec.* 368.
Schweder. *diſſert. de meliorat. feudi,*

qui ad tribuendum jus retentionis undiquaque facilis eſſe videtur, præcipue contra Dominum in caſu conſolidationis. Verum has doctrinas ad hypotheſin noſtram applicare non potui. Inquirendo in Requiſita juris Retentionis fundandi, ſecundum tradita

Mev. *P.* 2. *deciſ.* 214.

invenire non potui, quod ad caſum præſentem facere poſſet. In noviſſimo, quod produci fecit Appellans, ſcripto [84] aliud argumentum prolatum video pro aſſerendo jure retentionis ex Pactis nuptialibus parentis cum matre Appellantis [86], cujus documenti tenorem integrum ne produceret Appellans, ſtudioſe videtur caviſſe.

Tandem cum condemnata ſit filia ad reſtitutionem fructuum a tempore actionis inſtitutæ, quod factum Ao. 1732. 25. Aug. adeoque per ſex annos, (exceptis juxta ſententiam præcedentibus a morte parentis Ao. 1727.) fructus percepti, qui ad aliquot millia Imperial. aſcendunt, ſint reſtituendi, facile eſt judicatu, in liquidatione futura juſtiſſimam fore compenſationem, ſi etiam demus, quod poſtulata Appellantis ad liquidum deducerentur. Adeoque hæc futura compenſatio & mora Appellantis in reſtituendo excluderet ſperatum ab ipſa jus Retentionis, quod pluribus confirmat

Mev. *Part.* 8. *deciſ.* 437.

ubi caſum proponit, noſtro admodum ſimilem.

Eſt interim verum, quod reditus non ſint intelligendi, niſi deductis oneribus & caſibus fortuitis, per quos imminuuntur ſæpius.

Supereſt, ut abſolvam dicere, quid exiſtimem eſſe in præſente cauſæ hujus ſtatu pronunciandum.

Quid pronunciandum?

§. VIII.

Primo, quod contra ipſum fideicommiſſum ejusque effectum ad aſſertum per Sententias præcedentes, atque adhuc confirmandum jus ſuccedendi filio unico ſuperſtiti contra filiam fratris primogeniti, nulla ſint allata argumenta nova; Dixi in præcedentibus, atque in hoc capite inhærendum eſſe concludo priori noſtræ Sententiæ, rejiciendo petitionem reſtitutionis in integrum.

Secundo

Secundo de jure Retentionis distinctæ sunt postulationes filiæ, & diversi generis; aliæ ad objectum litis h. e. successionem Actoris in fideicommisso pertinent: aliæ diversam habent petendi causam.

Posterior classis continet sequentia: &c. &c. De his erit petitio separata, si ex iis aliquid liquidi, ad compensationem deducendum foret.

Ad priorem classem refero postulata sequentia:

1.) Petitionem portionis filialis cum fructibus.
2.) Restitutionem expositarum pecuniarum ad liberandum bona ab ære alieno.
3.) Sumtus meliorationum cum usuris.
4.) Refusionem impensarum in lites ad conservanda jura.

Quod ad 1. attinet, non puto intelligere voluisse portionem filialem propriam, nempe ex persona sua, quia ipsa Appellans facta est hæres sui patris: sed intelligi voluit, uti credo, portionem filialem sive legitimam ex fideicommisso parenti suo debitam. Hæc vero postulatio est contra naturam fideicommissi familiæ, & quidem pactitii inter parentem & filios. Nam si primus successor in fideicommisso universali jus haberet detrahendi legitimam, idem jus etiam competiturum esset cuique successori, atque ita fideicommissum successu temporis plane foret deminutum, quod est contra intentionem constituentium, & contra regulam receptam in fideicommissis familiarum illustrium.

Vid. Knipsch. *de fideic. fam. c. 6. n. 171. seq.*
Berlich. III. *concl. 2. num. 19.*
Betsius *de Pact. famil. illustr. cap. 8. p. 306. Edit. Schilteri.*
Cancerius *lib. 1. resol. c. 2. num. 9.*

Tacita etiam inest pacto prohibitio,

vid. Censal. *ad Peregr. de fideicomm. ad art. XXXV. versu: tertio observo &c.*

Adde his Stryck. *in Diss. de Controv. Casibus circa legitimam. §. III.*

Quoad 2. hac de re supra dixi §. V. & poterit reservari Appellanti hujus postulati deductio ulterior. Videri possent hac de re, quæ commentatus est

Peregrinus *de Fideicommissis art. XXXV.*

Ad 3. cum hæ adhuc valde sint illiquidæ, etiam reservari poterit ostensio ulterior: De meliorationibus fideicommissi inspici poterit post Knipsch. *c. 12. n. 130. & 206.*

Peregr. *de Fideic. artic. 50.* ubi vide notas Censalii.

Schweder. *in Dissert.* supra allegata *de meliorat. feud. c. 5.*

ubi agitur de earum æstimatione & probatione. Magna vero est, quod ad caput utrumque, secundum & tertium notandum, differentia inter eum, qui fideicommissum capit simplex, & eum, qui succedit in fideicommisso familiæ, nam si successor quilibet esset obligatus ad refundendos sumtus meliorationum in ædificiis & cultura agrorum vel pratorum, tales enim sunt pleræque, quarum restitutio hic petitur, ab antecessore officio patrisfamilias factos,

Vid. Schweder. *dict. Diss. c. 4. n. 9. seqq.* constitutio fideicommissi valde oneraretur, quod foret intentioni constituentium adversum.

Ad 4. hoc postulatum est inutile, cum successor quilibet, si etiam quid impendisset, quod in casu præsente nequidem est probatum, facere debuisset ex officio & debito.

Tandem quod urget Appellans de nondum facta reparatione attentatorum, repetita volo, quæ dixi in Voto meo priore §. 6. neque adhuc ea, quæ postulat, & fortassis in minimo consistunt, ad liquidum sunt deducta per moram ipsius appellantis, ut esset ipsi, de quo querelas moveret, ad restitutionem suspendendam.

Additamentum ad Votum.

NAchdem vor gut befunden worden, von der allhier anwesenden Frau **von Schmiesing** das Original ihres Hrn. Vaters und Frau Mutter Ehe-Pacten, von denen sie nur Extractus ad Acta bringen lassen, per Notarium zu begehren, dasselbe auch ad Senatum gebracht worden: so habe in derselben genauer Uberlegung gefunden, daß darinnen fast in allen §§. des Fideicommissi Familiæ Landsbergicæ Erwehnung geschiehet, insonderheit §. 17. dem eydlich bekräfftigten Fideicommisso nach väterlichem Befehl unverbrüchlich nachzukommen versprochen wird.

Die in Actis [45] [83] und [86] producirte Extractus sind unvollkommen, und ist aus dem Original dasjenige nicht befindlich, was durch besagte Extractus von dem Mütterlichen Usufructu omnium bonorum hat bewiesen werden wollen. Conferantur in denen Ehe-Pacten §. V. & X. juncto §. XVII. mit denen Tabulis Fideicommissi §. V. & VI. Doch haben folgende Posten den Anschein völliger Richtigkeit:

1) Die Mütterliche Morgengaabe juxta §. 2.
2) Die Mütterliche Ehe-Gelder 5000. Rthl.
3) Die Wiederlage 4000. Rthlr. Alles cum fructibus ad tempus obitus matris.

Diese werden hiernächst ad Liquidationem kommen, noch zur Zeit ist nicht bekannt, was Gegentheil dargegen einzuwenden haben möchte.

Die Unterschrifft ist von damaligen Herrn Bischoffen zu Münster und von denen Landsbergischen Gebrüdern, nebst dem damaligen Bräutigam **Frantz Antonio** am dato der Ehe-Pacten 21. Februar. 1696. nur von zwey Gebrüdern, **Friderich Frantz Joseph**, und **Frantz Ferdinand**, geschehen, welche beyde auch das Fideicommiss mit unterschrieben, die beyden jüngsten Brüder, deren Name in Fideicommisso pag. 18. ausgedrückt, **Frantz Ludolph Jobst** und **Ferdinand Frantz Caspar** haben zur Zeit geschlossener Ehe-Pacten nicht unterschrieben; der erste **Frantz Ludolph**, welcher zur Zeit Absterbens des Aeltesten **Frantz Antonii** A. 1727. noch gelebt haben soll. Implorations-Schrifft [35] f. 10. hat die Ehe-Pacten gar nicht unterschrieben, und ist zwar das Landsbergische Siegel beygedruckt, zum Namen aber leerer Platz gelassen.

Des

Des jüngsten jetzo noch lebenden Bruders Unterschrifft findet sich in Originali; Es zeiget aber der Inhalt selbst, daß er zu der Zeit nicht gegenwärtig, und die mit verschiedener Dinte befindliche Unterschrifft eine Zeit hernach, quando & quo motu ist unbekannt, darzu gekommen seyn.

Quicquid ergo reservabitur filiæ liquidandum, non suspendet restitutionem bonorum antea decisam, cum Appellanti satis sit cautum in re ipsa, adeo, ut ulteriore cautione opus non sit. Accedit obligatio Appellantis ad restitutionem fructuum perceptorum, quorum liquidatio per Commissarios in præsenti Sententia etiam erit decernenda.

Dixi salvo Judicio Majorum.

Sententia publicata d. 4. Febr. 1739.

In Sachen Antonietten Helenen von Schmiesing, gebohrne von Landsberg, wider Ferdinand Franz Caspar von Landsberg, Appellationis decisæ, nunc Implorationis pro Restitutione in integrum, wider die am 6. Septembr. eröffnete Urthel, auch in Eventum begehrten Juris Retentionis.

Ist die durch Doct. Brand am 30. Januar. nächsthin übergebene weitere Erläuterung und Bitte, wie auch die auf Erfordern ad Senatum in Originali gelieferte Elterliche Ehe-Pacta de Ao. 1696. in vidimirter Abschrifft von dieses Kayserl. Cammer-Gerichts Leserey, ad Acta zu registriren verordnet, hierauf ihm Dr. Brand sein der Restitution in integr. halber beschehen Begehren abgeschlagen, sondern läßt man es bey obgedachter Urthel, so wohl in der Haupt-Sache Successionis Fideicommissariæ, als Fructuum perceptorum, jedoch nunmehro mit Aufhebung des dem Implorato von Landsberg vorhin beschehenen Vorbehalts, weitere Fructus zu suchen, hiermit bewenden, und ist Dr. Brands Principalin zu Abtretung der Fidei-Commiss-Güter an Imploraten nach Inhalt des darüber gefertigten Inventarii noch Zeit 6. Wochen pro T. & P. von Amts wegen angesetzt, mit dem Anhang, wo sie solchem also nicht nachkommen wird, daß es alsdenn bey der denen Executorialibus einverleibter Pœn pure verbleiben, und das Mandatum de exequendo aus der Cantzeley gefolget werden solle.

Dann so viel Liquidationem fructuum perceptorum von Zeit der Anno 1732. erhobenen Klage, wie auch derer von Implorantin gemachter Gegen-Forderungen anbelangt, ist zu solchem Ende Commissio auf beyder Theile Kosten an die Churfürstl. Cöllnische Regierung zu Arensberg, jedoch ohnaufhältlich der erkannten Wieder-Abtretung derer Güter von Amts wegen hiermit erkannt, dergestalt und also, daß dieselbe die Original-Documenta des Landsbergischen Fideicommissi, samt dem darin gemeldeten Inventario bonorum, wie auch obermeldte Elterliche Ehe-Pacta, nebst übrigen die angegebene Gegen-Forderungen betreffenden Bescheinigungen, sich vorbringen lassen, nach genommener hinlänglicher Information zwischen denen Partheyen, als nahen Anverwandten, gütliche Vergleichung mit möglichstem Fleiß bearbeiten, in deren Entstehung aber durch unpartheyische, der Güter und Haußhaltung verständige Subdelegirte, die dem Implorato obgemeldter Massen zuerkannte Fructus perceptos, wie nicht weniger vorgedachte Gegen-Prætensiones an abgelegten Capital-Schulden, Meliorationen und andern, so viel davon dem Fideicommisso Familiæ und mehrerwehnten Ehe-Pactis gemäß, ad liquidum bringen.

So dann was in Gegenhaltung der liquidirten Fructuum perceptorum mit denen zur Liquidation verwiesenen Gegen-Forderungen ein Theil dem andern schuldig verbleiben mögte, auswerffen: Uber alle diese Puncten die Partheyen gnüglich, jedoch ohne Zulassung grosser Weitläufftigkeit, hören, ein ordentliches Protocoll führen, und solches nebst ihrem Bericht und gutachtlicher Meynung diesem Kayserlichen Cammer-Gericht innerhalb 3. Monat zu fernerer Verordnung verschlossen einschicken sollen.

Consultatio & Decisio XXV.

De casu asserti & ab altera parte contradicti Fideicommissi juxta consuetudines Leodiensis Patriæ, speciatim Comitatus Lossensis.

AGitur hac Consultatione de Successione in Dynastia *Stein*, quæ est immediata Imperii & feudum Comitatus Lossensis, inter Baronem de *Kinsky* & Marquisium *de Westerloo* acriter ventilata. Ad intelligendam causam necesse est adhibere Schema Genealogicum sequens. Et cum ab utraque parte historia testamenti, Transactionis & reliquarum circumstantiarum satis clare in scriptis typis excusis fuerit expositа, adeo, ut in facto nulla extiterit difficultas, sed tantum de Juris applicatione, visum fuit, ipsa hæc scripta, cum non sint admodum prolixa, subjungere, cum addita brevi Summa decisionis cum Sentenria Camerali.

SCHEMA GENEALOGICUM.

TAB. I.

HERMANNUS de BRONCKHORST, Testamentum [45] A. 1556.
Uxor. PETRONELLA de PRAET.

Wilhelmus Testator A. 1573. fol. Act. 67. Uxor *Erica de Manderscheid.*
- *Hermannus Theodorus* † cœlebs 1602. 6. April. instituit hæredem *Maximilianum* patruelem.

Carolus, Uxor *Alvaretta de Flodorp*, cujus maritus 2dus *Philippus de Benting*, a quo descendunt Barones *de Benting in Obicht*, qui fuere matris hæredes mobiliares.

Theodorus. Gisbertus. Obiere cœlibes post mortem patris Ao. 1568.

Catharina, Uxor de *Vogelsang.*

Sisivera.

Elisabeth, Uxor *Gerhardi de Luxenburg* fol. 63.
- *Balduinus*, Uxor *Gertrud de Cluth.*
  - *Gerhardus* † 1664. Uxor *Ferdinanda de Horion.*
    - *Maria Gertrudis* 1692. Uxor *Burchardi Wilhelmi de Kinsky*, Actor.
      - Quatuor Liberi.

Maximilianus, Ux. 1. *Agnes de Kettler.* 2. *Anna de Horn.*
- 1. *Anna Maria Sidonia*, Ux. *Florentii de Merode*, Vid. Tab. II.
- 2. *Wilhelmus Ferdinandus de Bronckhorst* † absque liberis & cessit jura sua hæreditaria Comiti *de Horn.*

Petronella, Uxor *Martini de Benting*, unde descendunt Barones *de Benting in Wolffrade.*

TAB. II.

MAXIMILIANUS de BRONCKHORST,
Uxor AGNES de KETTLER.

Anna Maria Sidonia, Uxor *Florentii de Merode.*
- *Maximilianus*, Uxor *Isabella de Merode.* Hujus maritus secundus Dux Holsatiæ.
  - *Johannes Philippus Eugenius*, Marqu. *de Westerloo*, Reus.

Johanna, Uxor Comitis *de Horn.* Hic jura sibi a *Wilhelmo Ferdinando de Bronckhorst* cessa, iterum cessit *Maximiliano de Merode.*

Agneta, Uxor Baronis *de Heyden.*

Repræ-

Repræsentatio Facti a parte Actoris de Kinsky.

FActi, de quo in præsenti lite, inter Barones *de Kinsky*, ex una, & Marchionem *de Westerloo*, Comitem de Merode, ex altera partibus agitata, controvertitur, series talis est:

Hermannus a Bronchorst, Baro de Batenburg, & Petronella de Præt, Conjuges, Testamento suo 31. Januarii Anno 1556. condito, *Guilielmo*, Filio suo primogenito, reliquerant Dominium de Batenburg cum omnibus bonis ab eo dependentibus, prout & Dominium de Stein, quod ab Episcopo & Principe Leodiensi, qua Comite Lossensi, in Feudum movetur, nec non alia bona & dominia latius ibidem designata: *Carolo* autem, secundogenito, nec non *Theodoro* & *Gisberto* alia bona & dominia, in eodem quoque Testamento latius denominata, post utriusque Testatoris obitum similiter reliquerunt, adjecta tamen hac conditione: ut, si Filius primogenitus absque prole legitima decederet, dominium de Batenburg ad *Carolum*, secundogenitum, dominium vero de Stein ad *Theodorum*, tertiogenitum, reverteretur.

Et casu, quo *Carolum* secundogenitum *Wilhelmo* primogenito præmori absque prole legitima contingeret, bona & dominia ei relicta ad *Theodorum* & *Gisbertum*, juxta portiones, ibidem quoque designatas, redire voluerunt, similique fideicommisso *Theodorum* & *Gisbertum*, casu, quo sine prole morerentur, gravarunt.

Eveniente autem casu, quo omnes quatuor Filii absque prole legitima e vivis excederent, voluerunt, ut dominium de Batenburg ad Filiam Sisivirinam, dominium vero de Stein ad Elisabetham Margaretham, cætera vero bona, quæ *Carolus* & *Gisbertus* depossedissent, ad Catharinam reverterentur, sequenti insuper addita lege, ut dicta bona ab iis, quibus relicta erant, gravari, hypothecari & alienari non possent, nisi prævia adepta legitima prole, ad ætatem quindecim annorum perveniente, aut in casum necessitatis, de consilio proximorum Agnatorum recognoscendæ & ponderandæ.

Ad cujus autem fideicommissi validitatem Testatores congruam a Dominis directis Feudorum, sub prætacta dispositione comprehensorum, licentiam, seu, ut ajunt, Octrojam sese obtinuisse enunciarunt, & inter alios a Serenissimo *Georgio Austriaco*, Episcopo & Principe Leodiensi, tanquam Comite Lossensi, in Feudum moveatur.

Defuncto Testatore, *Theodorus* & *Gisbertus* cum *Egmontio* Comite Bruxellis infausto funere Anno 1568. sub *Albano* Duce, Belgii Gubernatore, sine prole occubuerunt.

Wilhelmus vero primogenitus, cum Ericha, Comitissa a Manderscheid-Blanckenheim, nuptias contraxit, ac deinde *Guilielmi*, Nassovii & Oranglii Principis, partibus, tumultuum Belgicorum tempore, addictus, in pugna prope Harlemium, ab Hispanis obsessum, Anno 1573. commissa, relicto *Hermanno Theodoro* filio unico, interiit: ut refert

Strada *de Bello Belg. part.* 1. *lib.* 6. *&* 7.

prius tamen condito 2. Martii Anno 1573. in castris inter Harlemium & Lugdunum Batavorum militari Testamento, quo tam vigore Cæsarearum concessarum literarum feudalium, quam testandi licentiæ, ab Episcopo & Principe Leodiensi qua Comite Lossensi obtentæ, disposuit ut sequitur:

Si accideret, inquit, ut secundum Dei voluntatem ex hac vita discederemus, antequam nostra Illustrissima Domina Ericha, nata Comitissa de Manderscheid- Blanckenheim, nostra amantissima Conjux, & Filius utriusque, Hermannus, non in vivis permaneret: Supra dicta nostra Conjux omnia nostra relicta bona in usufructu, secundum matrimoniales conventiones inter nos Conjuges habitas & factas, possidebit, atque his uterur; & si accideret, ut noster supradictus Filius ante ipsius Dominæ Matris mortem decederet, & tunc nostra Nobilis atque Illustris Mater, Petronella de Præt, adhuc superstes esset: tum nostra amantissima Conjux dominium & arcem de Batenburg cum omnibus proventibus, Juribus & appendiciis in usufructu possidebit, uteturque ac fruetur, & præterea post mortem Dominæ nostræ Matris arcem & dominium de Stein, & ita omnia similia alia bona, quæ a Domino nostro Patre relicta sunt, atque nobis successerunt.

Addita insuper sequenti clausula:

> Stein vigore certarum testandi literarum nobis a Reverendissimo Episcopo concessarum, tanquam Comite Lossensi, damus atque Testamento concedimus post mortem dictæ nostræ Conjugis, si prædictus noster Filius absque liberis legitimis decedat, nostræ Sorori, Dominæ Elisabethæ, & suis hæredibus arcem & dominium de Stein, cum omnibus Juribus, proventibus & sylvis.

Guilielmo interemto, *Hermannus Theodorus*, Filius ejus unicus, in dominiis de Batenburg & Stein aliisque bonis, Paterno Testamento ei relictis, successit.

Verum Testamento illo ad notitiam *Caroli* delato, cum dynastiis de Batenburg & Stein aliisque bonis excluſum se animadverteret, casu, quo *Hermannus Theodorus* sine liberis decederet, Testamentum illud impugnandum censuit.

Quapropter, ad præveniendam litem, inter ipsum & Elisabetham Margaretham orituram, interveniente Petronella Matre, initus fuit inter ipsos concordiæ & transa-

ctionis tractatus, sub dato 15. Maji 1576. quo eidem fideicommisso in favorem præfati *Caroli* ejusque descendentium masculorum, mediante Summa octo millium Florenorum Brabantiæ, seu reditu quadringentorum Florenorum & sub aliis clausulis renunciavit. Ea tamen lege: ut eodem *Carolo*, ipsiusque descendentibus Masculis ante prætactam Elisabetham Margaretham deficientibus, dicta cessio & renunciatio sine ullo effectu remaneret, dictumque dominium de Stein ad ipsam, vel ipsius liberos, cum omnimoda Fœminarum a prætacto *Carolo* ejusque prolibus Masculis descendentium exclusione reverteretur, quo in casu dicta Elisabetha Margaretha Summam illam octo millium Florenorum Brabantiæ, a se receptam, dicti *Caroli*, seu ejus descendentium, hæredibus restituere, seu reditum illum extinguere promisit, ubi obiter notandum, quod, etsi prima fronte fideicommissum illud in favorem solius Elisab. Margarethæ videatur erectum: tamen in immediate sequentibus ipsius quoque liberorum mentio expresse fiat, qui proinde, *Hermanno Theodoro*, quovis tempore, sine liberis decedente, ad illud manifeste & claris verbis vocati sunt.

Carolus Bronchorstius, ducta Albertina van Flodorp, Filium ex ea suscepit, *Maximilianum* nomine, qui Patri suo successit, ac deinde *Hermanno Theodoro*, Patrueli, A. 1602. sine liberis defuncto, dominii de Stein possessionem, vigore Transactionis Anno 1576. initæ, apprehendit.

Sed cum *Balduinus* a Luxemburg, Elisabethæ Margarethæ Filius, *Maximilianum* ejusve domesticos a castro de Stein armata manu expulisset, prætendendo, Transactionem A. 1576. tanquam ante apertum fideicommissum, a *Wilhelmo* institutum, initam, vel nullitati subjacere, vel ex capite læsionis enormis rescindendam: *Maximilianus*, spolii istius reparandi ac possessionis recuperandæ causa, litem adversus *Balduinum* coram Consilio Brabantiæ instituit, sub prætextu, quod, etsi dynastia de Stein feudum sit Comitatus Lossensis, nihilominus castrum ejusdem loci, a quo expulsus fuerat, seu illius pars immediate a Duce Brabantiæ, uti Comite Falcoburgensi, in feudum moveretur.

Qua in lite cum *Maximilianus*, possessionis suæ firmandæ causa, transactionem A. 1576. initam produxisset, exceptiones autem a *Balduino* propositas in Judicio possessorii summariissimi & reparationis spolii audiendas non esse, sed e contra spolium ante omnia reparandum esse, sustineret: Consilium Brabantiæ per Sententiam Anno 1609. & aliam Ao. 1610. latam præfatum spolium reparari, castrumque *Maximiliano* Bronchorstio restitui mandavit.

Cujus Sententiæ vigore *Maximilianus* dictæ dynastiæ possessionem recuperavit, illamque toto vitæ tempore retinuit, & post mortem in *Fridericum Wilhelmum* filium unicum transmisit: nulla ex parte *Balduini*, ejusve descendentium in petitorio intentata lite, sed e contra omnibus in eo statu relictis, in quo juxta præmemoratam transactionem relinquenda erant.

Friderico Wilhelmo, *Maximiliani* Bronchorstii filio, A. 1660. absque liberis e vivis erepto, *Florentius* de Merode, Annæ Mariæ a Bronchorst, ejusdem *Maximiliani* primogenitæ, sponsus, dictam dynastiam de Stein, tanquam *Friderici Wilhelmi* ex capite uxoris suæ proximior ab intestato, occupavit, *Gerardo* Luxemburgico, *Balduini* ex Filio Nepote, tunc temporis, & donec A. 1664. animam Creatori suo reddiderit, ægrotante, cujus unica Filia Maria, vix quartum Annum attigerat, usque ad An. 1673. in minorennitate constituta fuit, quo tempore nupsit *Borchardo VVilhelmo*, Baroni *de Kinsky*, qui, post interpositas per aliquot Annos interpellationes extrajudiciales, tandem A. 1689. præsentem litem adversus *Maximilianum* de Merode, *Florentii* Filium, coram Nobili Aula Curingiana, tanquam Suprema Curia Feudali Comitatus Lossensis, intentavit, in qua dictam dynastiam de Stein cum fructibus, ab Anno 1660. perceptis, sibi restitui oportere contendit.

Cum enim per Contractum A. 1576. inter *Carolum* & Elisabetham Margaretham, ipsius Sororem, conventum fuerit: ut eodem *Carolo* ejusve descendentibus sine prole Mascula ante præfatam Elisabetham, vel ipsius liberos, mortuis, seu in casum, quo in Linea præfati *Caroli* nulla proles Mascula supereset, dominium de Stein ad eandem Elisabetham, seu ipsius liberos, cum omnibus appendiciis reverteretur: consequens est, ut eveniente conditione illa, prout evenit, Jura omnia, Elisabethæ ante Contractum A. 1576. competentia, in favorem ipsius vel liberorum reviviscant, attento, quod defuncto *Friderico Guilielmo*, nulla jam proles Mascula in Linea *Caroli* superstit.

Ex quo principio sequitur, fideicommissum a *Guilielmo* Bronchorstio A. 1573. institutum, cui Elisabetha per Contractum A. 1576. renunciaverat, pariter reviviscere & consequenter actionem a Barone *de Kinsky* adversus moderni Marchionis *de Westerloo* matrem seu vitricum institutam, omnino fundatam esse, eo magis quod, cum *Maximilianus* Bronchorstius ejusque Filius dictam dynastiam toto vitæ tempore vigore præfatæ Transactionis possederint, æquissimum proinde sit cæteras ejusdem Transactionis leges & conditiones, quarum vigore deficientibus in Linea dicti *Caroli* & *Maximiliani* Masculis dicta dynastia ad liberos Elisabethæ reverti debuit, similiter impleri.

Excepit Reus: hanc quæstionem Sententia, in Consilio Brabantiæ Ao. 1609. lata, pridem decisam fuisse, adeoque Actorem exceptione rei judicatæ ab ingressu litis repellendum, huicque exceptioni plures alias addidit materiam principalem concernentes.

Conti-

Contigit autem, pendente lite, dictos Conjuges citatos e vivis decessisse, quapropter Baro *de Kinsky* Ao. 1700. modernum Marchionem *de Westerloo* majorennem, ad reassumendam causam pendentem citari curavit, qui per multas frivolas Exceptionea sese non obligatum esse ad reassumtionem petitam sustinuit, quæ tamen reassumtio a Judice inferiori per Decretum Anno 1701. ipsi injuncta fuit.

Quamvis autem illud Decretum justissime latum nec appellabile: Attamen dictus Marchio *de Westerloo* ab hac Sacra Imperiali Camera Processus plenarios eo in puncto obtinuit.

Exhibitis itaque, pro illius parte, Gravaminum Libello, &, pro parte Baronis *de Kinsky*, Exceptionibus non-devolutionis, vigore quarum præfatus Marchio per aliquod scriptum petiit, Appellationi renunciando, ut solutis Expensis ad Judicem a quo remitteretur.

Quam vero propositionem Baro *de Kinsky* acceptare renuit, petiitque Summum hoc Dicasterium, ad evitandos immensos sumtus, & ne hæc Actio secundum intentionem Appellantis in infinitum procederet, ut causa coram eodem ipso in principali decideretur, cui petito æquissimo clementissime annuit.

Quæstio nunc in eo versatur: Num Baro *de Kinsky* in sua Actione rei vindicatoria sit fundatus? & fundatum esse sustinemus.

Quia ex Testamento *Wilhelmi* a Bronchorst superius memorato constat de fideicommisso, in favorem Elisabethæ ejusque liberorum condito, in casum, quo *Hermannus Theodorus*, Testatoris Filius, sine prole decederet, prout decessit; Tum quia evidens est, quod, etsi Elisabetha in favorem *Caroli*, ejusque descendentium, huic fideicommisso renunciarit, attamen juxta legem prætactæ renunciationi datam, eadem renunciatio evanuerit, fideicommissumque illud per deficientiam liberorum Masculorum in ejusdem *Caroli* Linea, reviviscere cœperit.

Quod ut clarius demonstretur, operæ pretium erit, singulas dicti Marchionis objectiones per ordinem referre, easque per singula & distincta capita refellere.

§. I.

Dixi, exceptionem rei judicatæ ex parte Dni Marchionis *de VVesterloo*, Appellantis, seu dictæ ejus Matris primo loco propositam fuisse, ut hoc modo litis ingressum impediret. Exceptionis vero istius fundamentum in prætensa Sententia a Consilio Brabantiæ A. 1609. lata constituit. Sed ex illa ipsa Sententia, prout & ex Actis litis Bruxellis agitatæ, in prima Instantia exhibitis, liquet, de nulla alia re quæstionem fuisse, quam de reparatione spolii per Balduinum a Luxemburg armata manu commissi.

Unde manifestum est, Sententiam illam frustra allegari: quandoquidem agamus hic de Petitorio, cum e contra Sententia illa concernat solum Possessorium, & commissi spolii reparationem, cujusmodi in causa Petitorium, invito spoliato, nequidem cumulari potest, cum quæstio dominii spoliatori non prosit, nisi spolio ante omnia purgato.

Mevius *part.* 7. *decis.* 300.

Et in fortioribus terminis docet

Mevius *part.* 4. *decis.* 70.

Spoliatum non teneri respondere ante spolii restitutionem, non modo ad eandem rem, quæ ablata fuit, sed etiam ad aliam, de qua ad Judicem itur, modo aliqua sit causæ connexitas.

Et ut ait Carpzovius *part.* 1. *constit.* 6. *dec.* 7. *Spoliatus petere potest, ut spolians non audiatur, nisi spolio ante omnia reparato*; quod etiam ab aliis communiter docetur, ut videre est apud

Posthium *post Tractatum de Manutenendo*, *decis.* 436. *num.* 3.

Exinde vero infertur: Sententiam super spolii reparatione latam vim rei judicatæ respectu Petitorii obtinere non posse; Cum e contra prius reparandum sit spolium, quam de Petitorio agatur, & communis sit Jurisconsultorum sententia: causam possessionis nihil habere commune cum proprietate, adeoque Sententia in Possessorio lata Petitorio præjudicialis esse nequeat.

L. naturaliter 12. *ff. de acquir. Possess.*

Gratian. *Discept. Forens. cap.* 960. *n.* 19.

Posthius *de manuten. obs.* 8. *n.* 2. ubi dicit: *Judicii ordinem postulare, ut Possessorium ante Petitorium definiatur.* Et rursus *decis.* 187. *num.* 1.

Nihil obstante: quod ex adverso prætendatur, *Balduinum* a Luxemburg adversus *Maximilianum* a Bronchorst, spolium reparari petentem, exceptiones aliquas, petitorium concernentes, proposuisse, & inter alias Transactionem A. 1576. vel nullitati subjacere, vel ex capite læsionis rescindi oportere.

Tum quia Consilium Brabantiæ exceptiones illas neutiquam admisit, atque unice super spolii reparatione sententiam dixit.

Tum quia *Maximilianus* a Bronchorst exceptiones contra Transactionem A. 1576. refellendo, eandem rursus approbavit.

Tum denique quia *Balduinus* præfatæ sententiæ acquievit, nec in petitorio litigandum, sed e contra Transactioni standum censuit, prout & toto vitæ tempore stetit, pacificam præfatæ dynastiæ de Stein possessionem eidem *Maximiliano* ejusque Filio unico *Friderico Wilhelmo* relinquendo.

Quo attento frivole ex adverso prætenditur; quæstionem, de qua nunc agitur, Sententia in Consilio Brabantiæ Ao. 1609. lata decisam fuisse; cum juxta tenorem prætactæ Transactionis, per *Maximilianum* a Bronchorst in illa productæ & approbatæ, *Gerardus* a Luxemburg ad præfatam dynastiam de Stein prætendere non potuerit, nisi extinctis in Linea *Caroli* a Bronchorst & *Maximiliani* ejus Filii omnibus Masculis, quod Anno demum 1669. & sic

quinquaginta & amplius Annis post prætactam Sententiam contigit.

Tota igitur causæ Bruxellis agitatæ series in eo versari videtur: quod *Balduinus* Luxemburgicus *Maximilianum* Bronchorstium, spolium reparari petentem, hac ratione repellere tentarit, quod defuncto *Hermanno Theodoro*, *Wilhelmi* Bronchorstii filio unico, dicta dynastia de Stein vigore Testamenti, ab eodem *Wilhelmo* conditi, reverti deberet, & sic constaret de non Jure *Maximiliani* in Petitorio, quo in casu *Maximiliani* possessionem omni titulo destitutam & consequenter manutenibilem non esse contendebat.

Contra quam exceptionem, cum *Maximilianus* replicaret: Elisabetham Margaretham fideicommisso a *Guilielmo* instituto in favorem *Caroli* Bronchorstii ejusque descendentium Masculorum per Transactionem A. 1576. initam renunciasse, exinde *Balduinus* eandem Transactionem ex capite, tam nullitatis, quam læsionis, aut aliter impugnavit.

Sed cum ejusmodi exceptio, tanquam altioris indaginis, adversus transactionem, Instrumento publico vallatam, parvi esset momenti, & in Judicio possessorio opponi non posset, ut late probat

Potthius *de Manuten. observat.* 42. *num.* 14. *& seqq.*

inde factum est, ut Consilium Brabantiæ super solo possessorio & spolii reparatione Sententiam dixerit, quæ proinde petitorio tanto minus præjudicare potest, quod Baro *de Kinsky* illam ipsam Transactionem, qua *Maximilianus* Bronchorstius ad consequendam spolii reparationem usus fuerat, pro fundamento suæ Actionis modo alleget, & renunciationem in ea factam, deficientibus in Linea *Caroli* Masculis, cessasse & cessare, & consequenter fideicommissum, Testamento *Wilhelmi* Bronchorstii institutum, reviviscere sustineat.

Duo igitur distinguendi sunt casus, in præfata Transactione claris verbis designati: Primus nempe, quo in Linea *Caroli* supererent Masculi, alius, quo deficerent.

Primo in casu, qui tempore litis coram Consilio Brabantiæ agitatæ durabat, & abinde quinquaginta adhuc Annis duravit, manifeste fundata erat ejusdem *Caroli* ejusque descendentium Masculorum intentio, præsertim in possessorio, quandoquidem docerent de possessione, titulo transactionis innixa, quæ proinde manutenibilis erat & *Maximiliano*, *Caroli* filio, via facti auferri non poterat, prout Consilium Brabantiæ Anno 1609. judicavit.

Sed Anno 1660. Masculis omnibus ex Linea *Caroli* per obitum *Friderici Wilhelmi* deficientibus, ex tunc deventum fuit ad alium casum, in præfata Transactione expressum, quo eveniente stipulatum fuit, ut fideicommissum a *Wilhelmo* institutum revivisceret. Adeoque tantum abest, ut Sententia, quam Consilium Brabantiæ primo in casu, existentium in Linea *Caroli* Masculorum, Anno 1609. protulit, ad alterum casum, deficientium Masculorum, qui demum Anno 1660. evenit, extendi possit, Jusque illorum, quibus in secundo illo casu fideicommissum restituendum est, peremerit, ut illud potius confirmarit. Hac nimirum ratione, quod unus idemque Contractus pro parte approbari, & pro altera parte improbari nequeat. Idque ob correlationem clausularum in eo insertarum, quarum una subsistere nequit sine altera, eo quod una intuitu alterius apposita censeatur, & utrique clausulæ insit mutua obligatio, quæ efficit, ut una non valeat sine altera.

Mean *observat.* 304. *num.* 7. *& seqq.*

Gratian. *Discept. Forens. cap.* 853. *n.* 31.

Unde profluit, quod, cum illa transactio, durante primo casu, nempe existentium in Linea *Caroli* Masculorum, fundamentum Sententiæ A. 1609. latæ præbuerit, eademque Sententia a *Maximiliano* acceptari non potuerit, nisi, eandem transactionem in omnibus suis partibus approbando, eadem transactio ex tacita *Maximiliani* recognitione fundamentum nunc esse debeat Actionis in altero casu, nempe deficientium Masculorum, ad revindicanda Bona fideicommisso obnoxia, intentatæ.

Exinde vero ulterius infertur, quod, etiamsi Consilium in Petitorio judicasse contra veritatem supponeretur, nihilominus tamen Sententia illa præsenti actioni præjudicare non potest, utpote quæ lata fuit in casu existentium Masculorum, quo durante Elisabetha Margaretha fideicommisso per transactionem illam renunciarat, cum e contra præsens actio alterum casum deficientium Masculorum concernat, quo eveniente fideicommissum juxta eandem transactionem reviviscebat.

Frustra autem ex adverso replicatur, *Balduinum* Luxemburgium Jus illud conditionale, quod deficientibus Masculis in pristinum statum restituendum erat, coram Consilio Brabantiæ in Judicium deduxisse.

Id enim a veritate alienum esse, vel exinde liquet, quod tunc temporis *Balduinus* transactionem impugnavit, & fideicommisso, per Testamentum *Wilhelmi* condito, nulliter renunciatum fuisse contendit, quodque Sententiis, A. 1609. & 1610. super Possessorio latis, acquievit, ac præfatam transactionem, nulla in Petitorio mota lite, sua ex parte implevit: Tanto magis quod conditio, seu casus, non existentium Masculorum, pendente vita *Balduini* Luxemburgii non evenit, adeoque Jus, quod nunquam habuit, & quod ad illius solummodo filium devolutum fuit, in Judicium deducere non potuit. Quibus accedit, quod Consilium Brabantiæ nullam habuerit potestatem, de Feudis Comitatus Lossensis, Imperio subjecti, judicandi, nequidem in materiis possessoriis.

Fridericus a Sande *ad Consuetud. Feud. Geldriæ tractat.* 3. §. 2. *num.* 12. *& seqq.*

Ubi

Ubi subdit: id longe magis procedere in Petitorio vel Possessorio plenario. Et *in eodem Tractatu* §. 1. *num.* 15. dicit: *Nullum aliud Judicium quam feudale, seu Jurium Curia Feudalis, a qua Feudum movetur, iis in causis prorogari posse.*

Quod etiam docet

Rosenthal. *de Feudis cap.* 12. *concluss.* 1. *num.* 41. *& seqq.*

ubi dicit: *Judici ordinario loci, aliisque non feudalibus ipso Jure ademtam esse Jurisdictionem in causis feudalibus.* Et *num.* 43. addit: *Jurisdictionem alterius Judicis prorogari non posse, & quidem nullum esse Processum coram incompetente, etiamsi per errorem Juris vel facti in eum consenserint ambo vel alter eorum.* Quam opinionem pluribus Autoribus ibidem citatis confirmat.

Quod tamen superabunde dictum sit, cum alioquin ex solo Sententiæ a Consilio Brabantiæ Anno 1609. latæ tenore appareat, illam nihil aliud concernere, quam Possessorium summariissimum & petitam spolii reparationem, atque insuper illam fuisse latam in casu existentium in Linea *Caroli* Bronchorstii Masculorum, quo in casu præfata dynastia de Stein ad eosdem Masculos, juxta transactionem An. 1576. spectare debebat, cum e contra versemur modo in casu opposito, nempe non existentium Masculorum, quo eveniente eandem dynastiam ad Elisabethæ Bronchorstiæ liberos reverti necesse est, juxta ejusdem transactionis tenorem.

§. II.

Objicit pars adversa, Dominum quondam Baronem *de Kinsky* actionem rei vindicatoriam instituisse, hancque actionis speciem ei neutiquam competere, contendit hac ratione: quod non detur actio realis ad consequendum fideicommissum, nisi facta illius restitutione.

Verum huic objectioni responsum fuit: Prætactum dominium de Stein a *Guilielmo*, Testatore, fideicommissi titulo & conditionaliter Elisabethæ Margarethæ relictum fuisse, casu, quo nimirum *Hermannus Theodorus*, Testatoris Filius, sine liberis decederet, quæ conditio cum evenerit, plane evidens est, Elisabethæ Margarethæ ejusque liberis ad consequendum fideicommissum illud, actionem competiisse non solum personalem, sed & realem: Nam & Justinianus ait in

§. *Sed olim* 2. *Institut. de Legat. Nostra constitutione dispositum est, ut omnibus Legatis (quibus æquiparantur fideicommissa) una sit natura, & quibuscunque verbis aliquid relictum sit, liceat Legatariis id persequi, non solum per actiones personales, sed etiam per in rem & hypothecariam.*

Docetque Peregrinus *de Fideicommiss. artic.* 52. *num.* 11.

Quod pro assecutione fideicommissi competant sequentes actiones; nempe actio ex Testamento, Rei vindicatio, Publiciana & Hypothecaria, nec non Interdicta Quorum Bonorum atque Legatorum.

Quæ doctrina casui nostro eo magis convenit, quod juxta Statuta, tam Leodiensia, quam Lossensia, vigeat in illis Regionibus consuetudo: Le mort saisit le vif, vigore cujus non solummodo dominium, sed & ipsa possessio rerum hæreditariarum ipso facto in hæredem transit, ut late docet

Mean *observat.* 97. per totam.

Idemque Jus fideicommissario etiam particulari competere, subdit ibidem

Mean *num.* 12.

Quapropter, inquit ibidem Mean, necesse non est, ut fideicommissarius rem fideicommisso obnoxiam capiat de manu hæredis, quandoquidem formalitas illa per Statutum excludatur, per quod rei fideicommisso obnoxiæ statim ab obitu gravati fit possessor, absque ullo hominis ministerio.

Rebuff. *ad Constitut. Reg. in proœm. gloss. 5. num.* 78. & *in tractat. de materia possession. artic.* 9. *gloss. unic. num.* 33.

Quod maxime procedit in hoc casu, ubi *Carolus* a Bronckhorst in restitutionem bonorum & dominii de Stein per Contractum supra memoratum positive consenserit, casu, quo ipse vel ipsius descendentes sine prole mascula e vivis decederet; quo in casu dicitur facta fideicommissi restiturio, ad quam sufficit expressa vel tacita voluntas illius, qui se hæredem prætendit.

Peregrinus *de Fideicomm. art.* 47. *n.* 42. Quod tamen superabunde dicitur, quia fideicommissi restitutio de Jure civili solummodo necessaria est, ad effectum, ut quis rem fideicommisso obnoxiam propria autoritate capere possit: Sed hærede fideicommissum restituere nolente, datur adversus ipsum actio, vel personalis, vel hypothecaria, vel rei vindicatoria, ut ad illius restitutionem compellatur, prout patet ex dicto

§. *Sed olim* 2. *Institut. de Legat.*

Et docet

Peregrinus *artic.* 44. *num.* 1. *seqq.*

Vigore autem Statuti: Le mort saisit le vif: ipsa quoque rerum fideicommisso subjectarum possessio in fideicommissarium transit, adeo, ut interdictis possessoriis uti valeat, quod & in fideicommissario particulari locum habere, dicit

Mean *num.* 12.

Frustra igitur ex adverso allegatur

Knipsch. *de Fideicomm. Familiar. Illustr. cap.* 13. *num.* 5.

ubi prætensive dicit: Fideicommissum prius & ante omnia gravato restituendum esse, quam fideicommissarius actiones reales contra possessores rerum fideicommisso subjectarum exercere valeat.

Id

Id enim fallit in fideicommisso particulari, quo in casu restitutione opus esse, docet ibidem

Knipschild. *num.* 9.

tunc enim, ait, rei fideicommisso obnoxiæ dominium ipso Jure in fideicommissarium transit.

Aliam limitationem tradit *num.* 7. & 8. si gravatus in mora fuerit restituendi, quia tunc Restitutio habetur pro facta.

Ex quibus videre est, præcipuam vim Objectionis, quam refellimus, in eo consistere, quod pars adversa ea, quæ de Fideicommissis universalibus traduntur, ad fideicommissa particularia extendat, quæ tamen speciali Jure reguntur, & quorum dominium absque ulla traditione aut restitutione in Legatarium ab ipsa Lege ita transfertur, ut rem legatam a quocunque possessore revindicare possit, maxime dum gravatus rem fideicommisso obnoxiam restituere renuit, quia tunc in fideicommissis etiam universalibus Restitutio habetur pro facta, iis præsertim in locis, ubi possessio ab ipsa Lege & absque hominis ministerio in hæredem vel fideicommissarium transit. Unde sciri nequit, quem ad effectum pars adversa super hoc puncto allegaverit

Dominum Mean *observat.* 75. *num.* 61. cum isto in loco ne verbulum quidem habeat, quod ad præsentem controversiam referri possit.

Quæ cum solidissimis Juris principiis firmata sint, idcirco ex parte Domini Marchionis *de Westerloo* ad alias exceptiones materiam principalem & merita causæ concernentes progressum fuit, quæ secundum propositum ordinem refellentur.

Primo itaque objicit, non constare de re gesta, seu existentia Testamenti a *Wilhelmo* conditi.

Addit Secundo: quod, quatenus de illo constet, attamen non constet de licentia ab Episcopo & Principe Leodiensi concessa, adeoque Testamentum nullitati subjaceat.

Tertio, supposita autem ejusmodi licentiæ probatione, aliam præfati Testamenti nullitatem in eo constitui prætendit, quod *Hermannus* a Bronchorst & Petronella de Præt Testamento suo nihil prorsus *Wilhelmo* reliquerint, nisi post utriusque Testatoris mortem: Unde ex adverso infertur: Legata, *VVilhelmo* relicta, facta fuisse caduca ob ipsius mortem, ante Petronellam Testatricem, seu saltem ipsum de Bonis ad ipsum nondum devolutis, & quorum dominium nondum erat adeptus, testari non potuisse.

Quarto autem contendit, ulteriorem ejusdem Testamenti nullitatem exinde deduci, quod *VVilhelmus* illud condere non potuerit in præjudicium fideicommissi, ab *Hermanno* & Petronella Testamento suo prætensive instituti.

Quintam denique adducunt objectionem, quod prætactæ nullitates sanari non potuerint per contractum, inter Elisabetham & *Carolum* fratrem initum, sub prætextu, quod Pacta de hæreditate viventis nulla sint & irrita.

Sextam vero objectionem in eo statuit, quod, supposita validitate Testamenti a *Wilhelmo* conditi, equidem Elisabetha Juribus, vigore ejusdem Testamenti ei competentibus, per contractum supra memoratum ita renunciarit, ut deinceps revivisscere non potuerint.

Ac denique, quod ejusdem Elisabethæ & ab illa descendentium Jura præscriptione sublata sint.

§. III.

Primam Marchionis *a Westerloo* in materia principali objectionem in eo versari dixi, quod contendat: non constare de Testamento per *Wilhelmum* a Bronchorst condito.

Quamvis autem admittamus, ipsum originale Testamentum, quod in castris conditum fuit, & in manibus Erichæ Comitissæ a Manderscheid-Blanckenheim remansit, modo non apparere, ac solummodo copiam illius a Notario subscriptam in Actis exhibitam fuisse cum ejusdem Erichæ attestatione, quod illa copia originali conformis esset: Illa tamen probatio ad perfectam & concludentissimam probationem elevatur per contractum, inter præfatam Elisabetham & *Carolum* A. 1576. initum, ubi in terminis enunciatum & confessatum reperitur: *Wilhelmum* 2. Martii 1573. Testamentum condidisse, & in eo dominium de Stein dictæ Elisabethæ reliquisse. Quæ confessio præsertim in præsentia Petronellæ de Præt, contrahentium Matris, emissa, rem gestam Testamenti probat non solum inter contrahentes, sed & inter eorum hæredes. Quia, dum pars principale interesse habens, qualis erat *Carolus*, fateatur, alia parte præsente, contenta Testamenti esse vera, tunc de illus veritate amplius dubitari nequit. Cum nulla detur melior probatio, quam partis confessio.

Franciscus de Angelis *de Confess. lib.* 1. *quæst.* 7. *effect.* 4. *num.* 4.

Quod præsertim procedit, dum confitens bene est informatus de re controversa, ac multo magis, dum contrahit in præsentia aliorum similiter informatorum.

Angelus *ibid. num.* 5.

Eo insuper magis, cum non constet de alio Testamento, per *Wilhelmum* sub illo dato in favorem Elisabethæ condito, quo in casu dubium esse nequit, quin & res gesta, seu veritas tam Testamenti quam fideicommissi in eo instituti plene verificata sit: Cum, ut jam dictum, non detur melior probatio, quam partis confessio.

Maranta *in Spec. part.* 6. *de Confess. n.* 21.

Quibus accedit, quod Marchio *a VVesterloo* nullum Jus ad dominium de Stein, nisi ex capite ejusdem *Caroli* & *Friderici*, ipsius filii, quorum successionem ad se delatam prætendit, habere possit, ac proinde ipsorum vel alterutrius factum impugnare nequeat. Eo fortius:

Primo,

Primo, quod præfato contractui interfuerit Petronella de Praet, contrahentium mater, quæ proinde, ei aſſiſtendo, veritatem quoque Teſtamenti a filio ſuo conditi agnovit.

Secundo, quod *Carolus* ad obtinendam ceſſionem Jurium, Eliſabethæ, ſorori, ad dominium de Stein, vigore dicti Teſtamenti, competentium, Summam octo millium Florenorum aliaque plura numerarit, & caſu, quo liberi maſculi in ipſius Linea deficerent, dictum dominium de Stein, Bonaque ab eo dependentia ad Eliſabetham Margaretham ipſiusque liberos reverti voluit, cui reverſionis clauſulæ & Petronella mater, quæ contractui intererat, & aliæ ejusdem Petronellæ filiæ ſeſe oppoſuiſſent, niſi de re geſta dicti Teſtamenti & fideicommiſſi in eo conditi conſtitiſſet.

Tertio, quia *Carolus*, ceſſionem Eliſabethæ acceptando, poſſeſſionem dicti dominii de Stein & omnium bonorum ab eo dependentium apprehendit, quæ alioquin, juxta conſuetudines Loſſenſes, non ad ipſum ſolum, ſed ad ipſius quoque ſorores æqualiter ſpectaſſent, cum notorium ſit, quod, ſecundum Loſſenſium mores, feuda hæreditaria ſint, & excepto caſtro paucisque aliis, inter omnes liberos æqualiter dividantur.

Mean *obſervat. 7. num.* 1.

Adeo, ut absque ulla rationis umbra de Teſtamento a *VVilhelmo* condito ex adverſo dubitetur, cum Teſtamentum illud, una cum ceſſione, ab Eliſabetha in favorem *Caroli* facta, unicum fuerit fundamentum poſſeſſionis, quam *Carolus* de dicto dominio & bonis ab eo dependentibus integraliter obtinuit, quorum alioquin nonniſi partem unam ab inteſtato obtinuiſſet. Atque ita cum *Carolus*, ſeu *Maximilianus*, ejus filius, *Hermanni* Bronchorſtii & Petronellæ de Praet filias non aliter a ſucceſſione dynaſtiæ de Stein excluſerint, quam quia vigore transactionis A. 1576. initæ, dictam Eliſabetham, ad quam eadem dynaſtia, deficientibus in Linea *Caroli* Maſculis, vigore dicti Teſtamenti, a *VVilhelmo* conditi, ſpectare debebat, repræſentabant ejusque Jura acquiſierant, æquitas poſtulat, ut ejusdem *Caroli* deſcendentes Teſtamentum, quo *Carolus* ad acquirendam dynaſtiam uſus eſt, impugnare non poſſint, nec illius rem geſtam in dubium revocare.

Quæ omnia ſolide confirmantur ex iis, quæ docet

Parexa *de Inſtrum. Adit. tit.* 1. *reſolut.* 3. §. 3. *num.* 140. *& ſeqq.*

ubi dicit: *Exemplum, ſeu copiam Inſtrumenti, cujus tenor obſervatus fuit, plene probare, etiam contra tertium, & in caſu, quo obſervantia non doceretur, niſi in quibusdam punctis, præſertim, ait, num.* 150. *ſi obſervantia illa per plures annos duravit.*

Et multo fortius, ait adhuc *num.* 156. ſi Sententia tenori Inſtrumenti conformis a Judice lata fuerit, eique partes acquieverint.

Apte ad caſum noſtrum, in quo conſtat, primum, quod *Carolus* Summam, quam Eliſabethæ ad acquirenda Jura illius promiſerat, ei numerarit, prout exinde patet, quod pars adverſa eandem Summam ſibi reſtitui poſtulet.

Secundo, quod *Maximilianus*, *Caroli* filius, vigore ceſſionis ab Eliſabetha factæ, Teſtamento per *VVilhelmum* condito uſus fuerit, eoque titulo integram dynaſtiam de Stein, quam ab inteſtato ſolus habere non poterat, apprehenderit.

Ac denique, quod in Actis litis A. 1609. Bruxellis deciſæ, idem *Maximilianus* ceſſionem ab Eliſabetha *Carolo* factam exhibuerit, eoque titulo in prætacta dynaſtia, tanquam Eliſabethæ ceſſionarius, judicialiter manutentus fuerit, & ſpolii, a *Balduino* Eliſabethæ filio commiſſi, reparationem obtinuerit. Quæ ſententia cum ſuper Teſtamento, per *VVilhelmum* in favorem Eliſabethæ condito, ac ſuper ceſſione, ab Eliſabetha, in favorem *Caroli* facta, fundata fuerit: Abſurdum eſt, Teſtamenti ipſius veritatem a *Caroli* & *Maximiliani* ſucceſſoribus in dubium revocari.

§. IV.

Licentiam illam a *VVilhelmo* in Teſtamento ſuo bis enunciatam fuiſſe, liquet, primo nimirum, in ejusdem Teſtamenti proœmio, & ſecundo, dum præfatum dominium de Stein, filio ſuo primogenito relictum, in favorem Eliſabethæ, ſororis, fideicommiſſo gravavit, caſu, quo filius ſine liberis decederet. Quamvis autem licentia illa (quam Octrojam nuncupant) in Originali neutiquam exhibita fuerit, nec in Archivis Curiæ Feudalis Loſſenſis, quæ Aula Curingiana nuncupatur, reperta ſit: Conſtat tamen per copiam authenticam ex Archivis Epiſcopatus Leodienſis deſumtam & in Actis exhibitam, Canonicum de Caranova Eminentiſſimi Cardinalis a Grœsbeck, Epiſcopi & Principis Leodienſis, Secretarium, a quo ſimiles licentiæ expediebantur, in Regiſtro prætacti Epiſcopatus annotaſſe, quod licentia teſtandi de prætacto de Stein Domino de Batenburg conceſſa fuerit.

Quæ annotatio cum ſit conformis binis enunciativis, in Teſtamento dicti *VVilhelmi* contentis, atque inſuper per ſubſecutam obſervantiam confirmata reperiatur, in eo nimirum, quod *Carolus* Jura Eliſabethæ, vigore fideicommiſſi illius, competentia acquiſiverit, tituloque ſurrogationis integrum dominium de Stein, quod alioquin ad omnes *Caroli* ſorores æqualiter pertinuiſſet, poſſederit, exinde inferendum eſt, licentiam illam, ſeu Octrojam, ſufficienter eſſe probatam, quia, ut ait

Mean *obſervat.* 399. *num.* 15. *&* 28. ſola licentiæ ab Epiſcopo & Principe conceſſæ commemoratio in Teſtamento inſerta ſufficit ad probandam licentiæ iſtius veritatem, dum Teſtamentum ad executionem perductum fuit. Hac nimirum ſolidiſſima ratione, quod ſucceſſor id ipſum revocare

nequeat in dubium; si nec ipse, nec Autor ipsius, dominium illud obtinuisset, quod alioquin inter *Hermanni Theodori* proximiores tam Masculos quam Fœminas dividi debuisset. Et, ut adhuc docet

Mean *observat.* 674. *num.* 17.

assertio & enunciatio concessæ licentiæ Testamento inserta sat superque probat eam concessionem in antiquis & concurrentibus adminiculis. Apte ad casum nostrum, in quo ultra hanc enunciativam illiusque effectuationem concurrit specialis annotatio, in Registro Secretarii, ad quem ejusmodi licentias expedire & signare spectabat, inserta, quod dicta licentia vere concessa fuerit. Quæ annotatio vicem supplet originalis scripturæ, & in Judicio fidem facit, prout adhuc docet

Mean *obs.* 707. *per tot. & defin.* 4. *ib. per tot.*

Quia nempe culpa Secretarii, qui licentiam registrare neglexit, alteri nocere non debet; Frivolum vero est, quod ex adverso objicitur: annotationem illam mentionem solummodo facere Domini de Batenburg, sed exinde non constare, an iste Dominus de Batenburg fuerit ille *Guilielmus*, per quem Testamentum, de quo agitur, conditum fuit. Quia sufficit, quod ibidem enuncietur, licentiam illam concessam fuisse Domino de Batenburg pro feudo de Stein, quod sane intelligi nequit, nisi de solo *Guilielmo*, qui utrumque illud dominium tunc temporis possidebat.

Nihil autem ad rem facit, quod moribus Leodiensium & Lossensium ad validitatem fideicommissi non sufficiat simplex licentia ad testandum; sed necessaria sit licentia ad fideicommittendum.

Quia, cum *Guilielmus* in Testamento suo enunciaverit, se fideicommissum illud instituisse vigore licentiæ, ab Episcopo & Principe Leodiensi obtentæ, evidens est, enunciationem illam non posse limitari nec intelligi de simplici licentia ad testandum, sed de licentia ad fideicommittendum. Adeoque cum ex illa enunciativa, circumstantiis supra memoratis roborata, veram obtentæ licentiæ probationem oriri dixerimus, sequitur, quod ista probatio non possit limitari ad simplicem hæredis institutionem, sed facultatem fideicommittendi comprehenderit ac comprehendat. Quibus accedit, quod Marchio *de Westerloo* dictum dominium de Stein non alio titulo possideat, quam uti successor *Caroli*, Baronis de Batenburg, nec non *Maximiliani*, ejus filii, adeoque, cum præfatus *Carolus* validitatem Testamenti, a *Guilielmo* fratre in favorem Elisabethæ sororis conditi, satis agnoverit, dum Jura eidem Elisabethæ, vigore Testamenti istius & fideicommissi in eo instituti, competentia acquisivit, clarum est, quod præfatus Marchio recognitionem ab autore ipsius factam impugnare nequeat, quia feuda Lossensia hæreditaria sunt, uti docet

Mean *observat.* 7. *num.* 1.

Et consequenter successor ea, quæ a Prædecessore gesta fuerunt, impugnare, aut in dubium revocare nequit.

§. V.

Objectionem hanc nulla solutione elidi posse, pars adversa existimat, & exinde infert, *Wilhelmum*, Baronem de Batenburg de prætacto dominio de Stein nulliter dispositisse, sub prætextu, quod nec illius dominium & possessionem unquam habuerit, eo, quod dominium illud ei solummodo relictum fuerit post obitum Petronellæ de Praet, matris ipsius, quæ plurimis annis ei supervixit.

Sed cum ex Actis constet, dictum *Wilhelmum* Ericham, ex Illustrissima Comitum de Manderscheid - Blanckenheim Familia oriundam, uxorem duxisse, nemo dubitabit, quin Petronella mater in subsidium matrimonii illius partem bonorum a Marito sibi relictorum filio suo donarit.

Quapropter dictus *Wilhelmus* in prætacto suo Testamento conventionum matrimonialium, inter ipsum & præfatam Ericham initarum, expresse meminit, ibidemque declarat, se de bonis testari, per conventiones illas sibi donatis; Quinimo addidit ibidem, usumfructum bonorum, de quibus testabatur, præfatæ Comitissæ a Manderscheid, uxori suæ, juxta conventiones matrimoniales, cum ipsa initas, remansurum, quam dispositionem facere non potuisset, nisi bona, de quibus testabatur, vere in matrimonii subsidium a Petronella matre accepisset.

Quod autem dominium de Stein per prætactas conventiones dicto *Wilhelmo* inter alia bona donatum fuerit, non solum ex illius Testamento comprobatur, sed adhuc apertius ex contractu inter *Carolum*, Baronem a Batenburg, a quo dictus Marchio *a Westerloo* descendit, & Elisabetham, Baronum *de Kinsky* Proaviam, inito.

Quandoquidem per contractum illum Elisabetha Jura omnia, vigore Testamenti illius ad dominium de Stein ei competentia, *Carolo*, fratri, cesserit, & vicissim *Carolus* casu, quo ipse, vel ipsius descendentes sine prole mascula morerentur, dictum dominium ad Elisabetham, seu illius descendentes, vigore dicti Testamenti, a *Guilielmo* conditi, reverti voluerit, per quas clausulas & dispositiones non solum contrahentes, sed & Petronella, mater, quæ contractui intererat, & mediatricis officio fungebatur, agnovit, dictum dominium de Stein ad *Wilhelmum* filium vere spectasse, ipsumque de illo disponere potuisse, quia alioquin cessionem, ab Elisab. *Carolo* factam, & stipulationem, ut deficientibus in Linea *Caroli* Masculis, idem dominium ad Elisab., illiusque descendentes, reverteretur, non approbasset, & eo ipso, quo Petronella præfato contractui interfuit, eo, inquam, ipso usufructui in dominio de Stein, bonisque ei annexis, ipsi competenti tacite renunciasse censenda esset, quo dominium illud & bona ei annexa in *Carolum* transferri, & casu, quo *Carolus* sine prole mascula moreretur, ad Elisabetham reverti consentiit, imo etiam

per

per contractum supra memoratum stipulata fuit. „Qui enim consentit, rem suam „in alium transferri, illam tacite alienasse „censetur, tantundem enim egit, ac si rem „suam alienasset.

L. 54. ff. de acq. hær. L. 32. ff. de Reg. Jur.

„Eoque casu non est ambiguum, quin rei „suæ dominium amiserit.

L. 3. Cod. de rei vindicat.

Stockmann. *decis. 20. num. 1.*

Adeoque duplici ex causa objectio, de qua hic agitur, rejicienda sit; Primo, quia interventio Petronellæ in prætacto contractu probationem inducit, quod usumfructum dominii de Stein, a Marito sibi relictum, *Wilhelmo* filio suo per conventiones matrimoniales vel alio modo cesserat.

Secundo, quia, etiamsi illum non cessisset, tacite tamen usufructui suo videretur renunciasse, dum liberos suos de prætacto dominio paciscí permisit, imo ad paciscendum induxit. Eo magis, quod in præfato contractu Petronella usufructuaria nihil sibi reservavit, prout sibi reservasset, si Jus aliquod in dicto dominio sibi superfuisset. Qua ratione inutiliter ex adverso objicitur, non posse quempiam testari de bonis, quorum dominium nondum est adeptus. Cum non versemur in isto casu, sed in alio plane diverso, ubi nimirum usufructuaria dominium, de quo agitur, filio suo in matrimonii subsidium donasse præsumitur, & in quo, cessante illa præsumtione, usufructui suo aperte renunciasset, dum contractui super eodem dominio inito tanquam mediatrix interfuit, eique consentiit.

Casui igitur nostro non quadrat, quod ex adverso ulterius objicitur, non valere Pactum de futura successione: Nam, ut ait

Carpz. *part. 2. constit. 35. defin. 18. n. 9.*

Fideicommissarius, vivo etiam hærede gravato, de re fideicommisso sibi relicta paciscí posset, siquidem spem probabilem ex Testamento defuncti jam nactus est fideicommissarius, ut notat

Bartolus *in L. is potest. 18. num. 11. ff. de acquir. hæred.*

Eoque pertinet (subdit ibidem) quod de proprietario traditum est, eum de usufructu penes alium existente paciscí posse in casum, quo, defuncto illo, ususfructus ad se reversus fuerit:

argum. *L. ut hæredibus 50. ff. de Leg. 2.*

Hartm. Pist. *dict. quæst. 1. num. 25.*

J. Dauth. *in L. ult. n. 95. Cod. de Pact.*

Idem tradit

Voet. *ad ff. lib. 2. tit. 14. n. 17. de Pact.*

„Vetitum non est, inquit, sed quotidianum, „de hæreditate jam defuncti paciscí, quoties eam ex causa fideicommissi ex conditione suspensi, restitui defunctus præcepit, ita ut mediante pactione fideicommissarius remittat suspensam ex conditione, adeoque incertam successionis spem,

L. 1. L. cum proponas 16. Cod. hoc titulo.

Cum ea ratione nullum inducatur novum votum captandæ mortis, sed magis removeatur illud, quod ex fideicommissi suspenso jure videri poterat hactenus subfuisse.

L. Fideicommisso 11. Cod. de Transact.

Quæ opinio manifeste probatur ex Legibus jam citatis, in quibus pactum super fideicommisso conditionali, casu, quo gravatus sine liberis decederet, pendente conditione initum validum esse, verbis expressis deciditur. Idque eo magis procedit, dum agitur de successione, non universali, sed certarum rerum singularium cujusmodi in casu sustineri Pacta Illustrium Familiarum, prolixe exsequitur

Andr. Gail. *lib. 2. observat. 127.*

Peckius *lib. 1. cap. 8. num. 5.*

Adeoque cum ex præmissis pateat, *Guilielmum* de prætacta dynastia de Stein in matrimonii subsidium sibi donata valide disposuisse, & in favorem Elisabethæ Margarethæ, casu, quo filius ipsius unicus sine liberis decederet, fideicommisso illum gravasse, dictam vero Elisabetham super eodem fideicommisso valide transegisse; Consequens est, ejusdem Elisabethæ descendentes Jure postulasse & postulare, transactionis istius, quam sua ex parte impleverunt, Leges ex adverso quoque impleri.

§. VI.

Quarta succedit Domini Marchionis *a Westerloo* objectio, quæ in eo versatur, quod supposita existentia seu veritate, tam Testamenti a *Wilhelmo* conditi, quam licentiæ seu Octrojæ in eodem Testamento mentionatæ, supposito insuper, quod *Wilhelmus* proprietatem dominii de Stein ante obitum Petronellæ matris habuerit, nihilominus tamen de prætacto dominio testari non potuerit, ratione fideicommissi, in Testamento *Hermanni* & Petronellæ prætensive instituti.

Qua in re primo notandum est, quod, cum fideicommissum illud, juxta ipsasmet Domini Marchionis objectiones, institui non potuisset, nisi cum licentia & Octroja Episcopi & Principis Leodiensis, attamen de Octroja illa non aliter constet, quam per enunciativam, a Testatoribus in Testamento suo insertam, ac huic enunciativæ præfatus Marchio fidem adhibendam esse sustineat, ita & nos sustineamus, alteri quoque enunciativæ, quoad similem Octrojam in Testamento *Wilhelmi*, insertæ fidem adhiberi debere, propter Regulam: Quod quisque Juris &c.

Ulterius vero ad quartæ istius objectionis resolutionem procedendo, respondemus, nullum omnino fideicommissum ab *Hermanno* & Petronella institutum fuisse, nisi in simplici casu, quo liberi absque liberis morerentur, sic enim sonat præfati fideicommissi clausula: Item casu, quo filius noster *Guilielmus* absque prole legitima ex hac vita decederet, tunc frater ejus *Carolus* eidem succedet in dominio de Batenburg, tam quoad feudalia, quam allodialia: Dominium vero & Bona de Stein, per mortem filii nostri *Guilielmi* evacuata, talem in casum devenient ad filium nostrum *Theodorum*, ea conditione &c.

Unde apparet, *Guilielmum* nullo plane fideicommisso gravatum fuisse, nisi in casu, quo sine liberis moreretur, & consequenter fideicommissum illud per supervevenientiam *Hermanni Theodori*, qui *Guilielmo* Patri supervixit, omnino defecit, per text.

in L. 114. *ff. de legat.* 1.
L. 17. §. *penult. ff. ad Trebell.*
Harprecht. *de Fideicommiss. tractat.* 5. *num.* 265. *&* 273.
Fusar. *de Substit. q.* 473. *n.* 106. *& seqq.*

Etenim conditione, sub qua institutum fuerat fideicommissum, deficiente, impossibile est, ipsum quoque fideicommissum non extingui, quia conditione deficiente, perinde est, ac si fideicommissum nunquam fuisset institutum.

L. unic. §. 7. *Cod. de caduc. tollend.*
Harprecht. *ibidem num.* 269.
Peregrin. *de Fideicommiss. art.* 43. *n.* 16.

Nec refert, quod *Hermannus Theodorus* paucis Annis Patri supervixisse prætendatur, ac sine liberis obierit. Præterquam enim quod juxta ipsamet partis adversæ allegata Ao. demum 1602. obierit, cum e contra *Guilielmus* ipsius Pater in obsidione Harlemiensi Anno 1573. interemtus fuit, prout apparet ex Strada *de Bello Belgico*, fideicommissum, quo gravatus erat *Guilielmus*, casu, quo sine liberis decederet, ob id reviviscere non potuit, quia sufficit, conditionem semel defeciisse per superviventiam *Hermanni Theodori*, per quam cum *Carolus*, *VVilhelmi* frater, a prætacto fideicommisso excluſus fuerit, ab eo consequenter (quidquid postea contigerit) remanere debet excluſus.

Harprecht. *ibidem num.* 301.

Et, ut vulgo loquuntur Autores: Conditio semel defecta, nunquam reviviscit, sed sufficit, eam semel defeciisse, licet hoc diu non duret.

dict. L. 17. §. 7. *& L.* 77. *ff. ad Trebell.*
Mev. *part.* 2. *decis.* 334.
Intrigliolus *de Substitut. centur.* 3. *quæst.* 56. *num.* 3.

Quam opinionem late tuetur

Mean *ad Consuetud. Leod. observ.* 482.

Quibus accedit, quod *Hermannus* & Petronella, casu, quo *Guilielmus*, filius eorum primogenitus, sine Liberis decederet, dictum dominium de Stein reverti voluerint, non ad *Carolum* secundogenitum, sed ad *Theodorum* tertiogenitum. Adeo, ut casus & conditio fideicommissi non solum defecerit, sed ipsum insuper fideicommissum (suppositio quod conditio illius eveniisset) evanuerit & factum fuerit caducum, ob mortem *Theodori*, fideicommissarii, qui Ao. 1568. & sic quinque ante *Guilielmum* fideicommisso prætense gravatum Annis, Bruxellis una cum *Gisberto* Fratre vitam posuit. Adeo, ut concipi nequeat, quo fundamento Marchio *a Westerloo*, qui tanquam mediatus *Caroli* successor reputari vult, ex capite ejusdem *Caroli* ad prætactum dominium de Stein contendere valeat, sub prætextu fideicommissi ab *Hermanno*, Barone de Bronchorst, & Petronella de Præt, ejus conjuge, prætense instituti. Quandoquidem fideicommissum illud ob defectum appositæ conditionis non solummodo defecerit, sed insuper nunquam institutum fuerit respectu dominii de Stein, in favorem *Caroli*, sed in favorem *Theodori*, quo ante *VVilhelmum* gravatum defuncto, fideicommissum illud notorie factum fuit caducum,

juxta *L. unic. Cod. de caduc. tollend.*

Perez *ad Cod. de caduc. toll. lib.* 6. *tit.* 51.

Adeo, ut evidens sit, prætensum illud fideicommissum, Testamento *Hermanni* Bronchorstii & Petronellæ de Præt institutum, impedire non potuisse, quo minus *Guilielmus*, Filius eorum primogenitus, de prætacta dynastia de Stein ad subitum disponeret, idque duplici ex capite: Primo, quia conditionale erat, casu, quo *Guilielmus* sine liberis decederet, quæ conditio per superviventiam *Hermanni Theodori* defecit, & postea per mortem ejusdem *Hermanni Theodori*, longe post patrem sine liberis defuncti, reviviscere non potuit, juxta Autores præcitatos, quibus addimus

Barrii *de Succes. lib.* 17. *tit.* 12. *n.* 30.

Et pulchre ad casum nostrum differentem,

Joannem a Sande *lib.* 4. *tit.* 5. *defin.* 9.

Secundo, quia *Hermannus* & Petronella ne quidem in illo casu, quo *Guilielmus* sine liberis decederet, dictam dynastiam illo fideicommisso gravarat, in favorem *Caroli*, a quo Marchio *de VVesterloo* descendit, sed in favorem *Theodori*, qui absque prole ante gravatum decessit.

Non obstat pariter, quod *Hermannus* & Petronella ad ulteriores fideicommissi gradus processerint, & eveniente casu, quo quatuor eorum filii sine liberis morerentur, bona sua ad filias reverti voluerint, nempe dominium de Batenburg ad Sisiveram primogenitam, & dominium de Stein ad Elisabetham, unde ex adverso infertur, quod, cum ultimo filiorum sine liberis morienti filias suas substituerint, eosdem filios mutua & reciproca substitutione obstrinxerint. Nam prætensum illud & reciprocum fideicommissum sub eadem quoque conditione deficientium liberorum institutum fuit, & consequenter cum & *Guilielmus* & *Carolus* tempore obitus sui liberos reliquerint, prætensi istius & reciproci fideicommissi conditio quoad ipsos defecit.

Gravamen vero illud, quod *VVilhelmo* in casum deficientium liberorum impositum erat, ad *Hermannum Theodorum*, ipsius filium, non transiit, nec transire potuit, cum e contra per illius superviventiam evanuerit, ut docet

Mean *observat.* 482. & fuse
Joan. a Sande *dict. definit.* 9.

Et receptissima sit apud omnes opinio, onus fideicommissi, certis personis impositum, ad aliorum liberos, quos testator neutiquam gravavit, & per quorum superviventiam Fideicommissum deficere voluit, nullo modo extendi posse.

Itaque

Itaque fideicommissum ab *Hermanno* & Petronella, casu, quo *Wilhelmus* eorum filius sine liberis decederet, institutum, per mortem *Guilielmi* dici non potuit apertum, quandoquidem filium suum *Hermann. Theodorum* superstitem reliquerit, per cujus superviventiam fideicommissi conditio defuit.

Barrii *de Success. lib.* 17. *tit.* 12. *n.* 29. 30.

Non etiam dici potuit apertum per mortem *Hermanni Theodori*, quandoquidem in conditione solummodo positus fuerit, & consequenter, sicuti non fuit honoratus, nec ad *Hermanni* & Petronellæ successionem vocatus, ita nec dici potuit fideicommisso gravatus.

Sande *dicta definit.* 9.

Etenim in conditione positum non censeri vocatum, vera Juris ratio docet: Quippe certa est Juris regula, eum, qui honoratus non est, non posse gravari, nedum intelligi in dubio fideicommisso esse comprehensum.

L. 1. §. 17. *ff. ad Trebellian.*

Stockmanni *decis.* 43. *num.* 25.

Qui insuper *num.* 26. addit: Absurdum fore interpretatione inducere vocationem positorum in conditione ad effectum dandum fideicommisso, quod alia planiore via subsistere potest. Eandemque opinionem, quod liberi in conditione positi non censeantur vocati, nec proinde fideicommisso gravati, tenent

Mean *observat.* 75. *num.* 23.

Fusar. *de Substitut. qu.* 437. per totum.

Pereg. *de Fideic. art.* 11. per totum.

Quam doctrinam non enervat Doctorum ex adverso citatorum autoritas, dum ajunt, fideicommissi onus liberis impositum ad eorum quoque liberos, etsi non nominatos, extendi, quando Testator bona fideicommisso obnoxia in Familia perpetuo remanere, agnationisque & Lineæ masculinæ rationem haberi voluit, ut videre est apud

Knipsch. *de Fideic. Famil. illustr. cap.* 7.

In casu enim, de quo Testatores nec perpetuitatis prætensi fideicommissi, nec Agnationis aut Lineæ masculinæ mentionem fecerunt, nec fideicommissum illud in Familia & Linea masculina remanere voluerunt.

Ut autem fideicommissum censeatur perpetuum masculinum & graduale, omnino necesse est, id exprimi verbis perpetuitatem denotantibus, & cum perpetua Masculorum prælatione, prout late docet

Mean *observ.* 311. *num.* 2. *& seqq.*

Sande *dict. definit.* 9.

Et ut inquit

Fab. *ad C. lib.* 6. *t.* 22. *def.* 36. *de fideic.*

Fideicommissum tunc demum dicitur reale & perpetuum, dum Testator liberos masculos instituit, eorumque liberos, & liberorum liberos, omnibusque defunctis, filiam suam & ejus filium primogenitum substituit cum conditione ferendi nomen & arma Testatoris, & cum adjecta clausula, ut in agnatione bona conserventur. Idemque docet

Molina *de Primogeniis lib.* 1. *cap.* 5.

Fideicommissum perpetuum & graduale tunc demum censeri institutum, quando Testator id clare expressit, vel bona sua in Familia & agnatione perpetuo conservari voluit, quod & ab aliis communiter docetur. Idque adeo verum est, inquit

Sande *dict. definit.* 9.

ut ne quidem sufficiat, Testatorem ad plures substitutionum gradus processisse, & dominium, de quo agitur, esse illustre: exinde enim nulla perpetuitatis conjectura capi potest,

Mean *observat.* 455. per totam.

Si enim (inquit *ibidem num.* 7.) Testator generaliter voluisset Familiæ respectum habere, non restrinxisset substitutiones ad certas personas & certos casus, sed universaliter, & vel indistincte substituisset, & omnes descendentes expresse gravasset.

Et *num.* 10. adhuc addit: Quod ex digressione ad plures substitutionum gradus, nec eo, quod filius fratris primo defuncti positus sit in conditione, & quidem geminata, nec ex eo, quod nepos ipsius Testatoris successurus esset ab intestato Patruo, fieri tamen, ut ad successionem Patrui pro parte admittatur, ea solum ratione, quia non sit vocatus, fideicommissum vero ad eos, qui vocati non sunt, extendi nequeat, prout nec de persona ad personam;

Sande *dict. definit.* 9.

E contra cum dominium de Batenburg & dominium de Stein *Wilhelmo*, primogenito suo, ita reliquerint, ut, ipso sine liberis decedente, dominia illa ad *Carolum* & *Theodorum* respective reverterentur.

Clarum est, quod fideicommissi istius conditio fuisset excluſa, etiamsi *Wilhelmus* nullum filium, sed filias reliquisset, quia sub nomine liberorum filiæ comprehenduntur, prout fatetur ipsemet

Knipschild. *cap.* 1. *num.* 98.

Adeo, ut falsum sit, quod illo casu Testamento Agnationis & Lineæ masculinæ rationem haberi voluerint, cum e contra filii sui primogeniti filias *Carolo*, secundogenito, aliisque Masculis manifeste prætulerint.

Quod & de *Carolo* aliisque liberis Masculis dicendum est, cum Testatores eorum quoque filias patruis suis prætulerint, & dominia singulis filiis relicta ad eorum descendentes etiam fœminas transire voluerint, nec ad eorum successionem alios liberos vocarint, nisi in solo casu, quo quisque nullos post se liberos relinqueret.

Hanc opinionem firmat

Fusarius *de Substitut. quæst.* 402.

ubi dicit: Conditionem, si sine liberis, fideicommisso appositam, defeciſſe censeri, si gravatus filiam reliquerit, & ad effectum, ut non dicatur defeciſſe, omnino requiri, ut quis gravatus fuerit cum conditione, si sine filiis.

Quod maxime procedit (inquit *num.* 47.) quando filia, vigore Statuti vel Consuetudinis loci, ab intestato excluderet Agnatos, prout in casu nostro, in quo juxta Consuedines Lossenses filia ex primogenito Patri succedit in feudo, & multo magis in bonis

censualibus, ad exclusionem Patruorum vel Agnatorum.

Mean *observat. 7. num. 1.*

Quam opinionem sequuntur pariter

Brunnem. *ad L. 1. C. de condit. insertis.*

Grassus §. *fideicommissum qu. 35. num. 2.*

Ubi dicunt: Conditionem, si sine liberis, deficere, si gravatus tempore mortis filiam reliquerit.

Ex quibus apparet, frivole ex adverso prætendi, *Hermannum* & Petronellam in præfato suo Testamento fideicommissum masculinum graduale & perpetuum instituisse.

Cum e contra nec de Masculinitate, nec de perpetuitate mentionem ullam fecerit, sed simpliciter filios suos casu, quo sine liberis decederent, fideicommisso gravaverint.

Quæ conditio cum per superviventiam filiæ exspiret, teste Fusario & aliis supra citatis, longe magis per superviventiam filii exspirare debet.

Eademque ratione corruunt ea, quæ in scriptis partis adversæ ex Autoribus ibidem citatis allegantur.

Cum præmemorati Autores de fideicommisso loquantur, in favorem solius Agnationis clare & aperte instituto, e contra vero fideicommissum, de quo agimus, cum hac sola conditione: si gravatus sine liberis decesserit, institutum reperiatur, super quo puncto videatur

Sande *dict. definit. 9.*

ubi casum tractat nostro simillimum.

Nec obstat, quod Testatores bona fideicommisso adjecta alienari prohibuerint. Quia ejusmodi prohibitio fideicommisso adjecta illud non ampliat, sed ad illius terminos restringitur, quantumvis amplis concepta sit verbis de bonis in Familia conservandis; eo enim non obstante substitutioni inservit, non autem dominatur, ac cum illa stat ac vivit, simulque concidit & exspirat.

Joan. a Sande *ibid.* & rursus *de probib. rer. alien. part. 3. cap. 5. num. 16.*

Grivell. *decis. 22. num. 25. & seqq.* & *decis. 122. num. 28. & seqq.*

Decker. *dissertat. 1. num. 25. & 26.*

Quapropter subdit ibidem J. a Sande *n. 17.* si quis hæredes substituerit filios, & cuique eorum decedenti sine liberis alios substituerit per Fideicommissum, ac deinde prohibuerit bona sua quovis modo, via & ratione alienari in extraneos, quia enixa voluntas ejus est, bona sua conservari in Familia, nihilominus si exspiraverit fideicommissaria substitutio, deficiente scilicet conditione, quia Filius hæres decessit relicto Filio, cætera quoque tanquam accessoria corruent, usque adeo, ut ex ista prohibitione, licet ampliss imis verbis concepta, nullum possit sustineri Fideicommissum. Idem docet

Mean *observat. 454. num. 8.*

Non refert, inquit, quod Testator inhibuerit alienationem rerum Fideicommisso subjectarum & detractionem Legitimæ & Trebellianicæ, hæ enim inhibitiones Fideicommissum non ampliant aut perpetuum efficiunt, quia prohibitio alienationis per se nuda & inefficax sustinetur ratione Fideicommissi, a quo vertitur, sitque ex eo, ne sit nudum præceptum & nullius momenti, atque ita solum operatur in favorem eorum, qui sunt ad Fideicommissum vocati, sed non extendit Fideicommissum ad alios casus & alias personas, prohibitio alienationis enim consecutiva ad substitutionem eam rem ampliat: ubi citat

L. Filiusfamilias 114. §. divi ff. de Leg. 1.

Super quo puncto plurimi adhuc allegari possent Autores, uno ore docentes, ex alienationis prohibitione tunc demum Fideicommissum perpetuum induci, dum facta fuit cum expressione causæ, ut bona perpetuo in Familia conserventur & ad primogenitum spectent.

Faber *de Fideic. lib. 6. definit. 36. & 42.*

Non obstat pariter, quod omnibus Filiis sine liberis decedentibus Testatores voluerint bona sua ad Filias reverti. Quodque eo sub prætextu ex adverso prætendatur, substitutionem illam ultimo morienti factam esse, adeoque Filios omnes sibi invicem videri reciproce substitutos, non solum in casu, quo sine liberis decederent, sed etiam in altero casu, quo liberos Patri quidem suo supervivere, verum ante Patruum ultimo morientem obire contingeret.

Substitutio enim illa, in favorem Filiarum facta, manifeste evanuit, cum non solummodo *Guilielmus* liberos reliquerit, sed etiam ipsemet *Carolus*, per quorum proinde superviventiam defecit conditio Fideicommissi istius, quæ tamen si evenisset, Elisabethæ omnino profeciisset, utpote quæ eo in casu juxta Testamentum *Hermanni* & Petronellæ dominium de Stein Jure prætendisset. Adeoque ob defectum conditionis istius nulla de Fideicommisso isto moveri potest quæstio, quia non-entis nullæ sunt qualitates, sed sola supereſt quæstio de Fideicommisso, in favorem *Caroli*, secundogeniti, ab *Hermanno* & Petronella instituto, cujus conditio pariter defecit per superviventiam Filii a *Wilhelmo* relicti, & ut inquit

Mean *dict. observ. 454. num. 12.*

Si pluribus Filiis sine liberis decedentibus Filiam substituerit, uno Filiorum liberos relinquente, totum Fideicommissum corruit. Quibus accedit, quod Filiabus ultimo Filiorum institutorum morienti substitutis, tunc demum inter substitutos tacite inducatur reciprocum Fideicommissum, dum Testator totam suam hæreditatem ad substitutos reverti voluit, prout docet

Pereg. *de Fideic. art. 13. num. 35. & seqq.*

Quod a casu nostro alienum est, in quo *Hermannus* & Petronella Filio suo primogenito sine liberis decedenti substituerunt Filium suum secundogenitum, non in omnibus bonis, sed in quibusdam tantum, tertio autem & quartogenitis eorundem partem distribuerunt, iis autem omnibus sine prole decedentibus eadem bona alio adhuc modo inter Filias diviserunt. Quod nihilominus superabunde dicitur, cum uno Filiorum liberos superstites relinquente, totum Fideicommissum, de quo agitur, etiam exspi-

exspirasset, quamvis primogenitus nullos Filios, sed Filias solummodo reliquisset. Erroneum quidem est, quod ex adverso prætenditur, *Hermannum Theodorum*, *Guilielmi* Filium unicum, simili quoque Fideicommisso, casu, quo sine liberis decederet, in favorem *Caroli* gravatum fuisse. Quandoquidem Testamentum *Hermanni* & Petronellæ nihil simile contineat, imo e contra *Theodorus* simpliciter in conditione positus fuerit, adeoque censeri nequeat vocatus, nec proinde ullo onere gravatus, prout hic supra late observatum est.

Frustra vero ex adverso allegatur Edictum, a Sereniſſimis Belgii Principibus A. 1611. publicatum, quo cavetur, liberos in conditione positos censeri vocatos, quia Edictum illud non concernit Patriam Leodiensem, & Comitatum Lossensem, a quo dominium de Stein dependet, & cujus intuitu Leges in Belgio promulgatæ nullatenus attenduntur, nec attendi possunt, sed Leges & opiniones in Comitatu Lossensi receptæ, aut in dubio Jus commune, juxta quod liberos in conditione positos minime vocatos, docent

Peregr. *de Fideic. art.* 28. *num.* 5. *&* 6.
Voet. *lib.* 28. *tit.* 2. *n.* 9. & alii supra cit.

Tanto autem minus allegari potest Edictum istud, A. 1611. in Belgio promulgatum, quod Testamentum *Hermanni* & Petronellæ quinquaginta & amplius Annis ante ipsius publicationem conditum fuerit, Leges autem ad futura negotia spectent, non ad præterita, nec ulla plane Principibus Belgii in Comitatu Lossensi, ab Imperio dependente, & ad Ecclesiam Leodiensem spectante, Jurisdictio competat.

Fideicommissique ab *Hermanno* & Petronella instituti, tota hæc est series, ut *Wilhelmo* primogenito sine liberis decedente, dominium de Stein ad *Theodorum* tertiogenitum, ipsoque pariter sine prole defuncto, ad alios filios, aut iis deficientibus, ad Elisabetham reverteretur. Unde aperte sequitur, quod primo substitutionis gradu, per superviventiam *Hermanni Theodori* evanescente, prout evanuit, sequentes substitutionum gradus pariter corruerint. Eo magis, quod Testatrix intereſſendo Contractui seu Transactioni inter *Carolum* & Elisabetham initæ satis agnoverit, Fideicommissum, quo *Wilhelmus* gravatus fuerat, per superviventiam *Hermanni Theodori* evanuisse, quia alioquin tantam injuriam *Carolo* inferri non permisisset, dum *Carolus* Elisabethæ sororis Jura tanto pretio comparavit.

Nulla autem melior est interpretatio, quam quæ ab illo procedit, qui Contractum vel Testamentum, de quo agitur, confecit.

Ex quibus omnibus clarum remanet, Fideicommissum, quo *Wilhelmus*, casu, quo sine liberis decederet, gravatus erat, per superviventiam *Hermanni Theodori* exspirasse, & consequenter *VVilhelmum* ab hujusmodi Fideicommisso, cujus conditio defecit, liberum, de bonis in matrimonii subsidium ei donatis per Testamentum An. 1573. valide disposuisse, & in eodem Testamento aliud Fideicommissum, casu, quo *Hermannus Theodorus* sine liberis decederet, prout decessit, in favorem Elisabethæ valide & legitime instituisse.

§. VII.

Supposito igitur citra veritatis præjudicium, quod Fideicommissum, *Guilielmi* Testamento in favorem Elisabethæ institutum, aliqua ratione impugnari posset, cessaret jam omnis difficultas per Transactionem A. 1576. inter *Carolum* & Elisabetham, Petronella Matre interveniente & stipulante, initam; hac enim Transactione Elisabetha omnibus Juribus, vigore Fideicommissi in Testamento *VVilhelmi* instituti sibi competentibus in favorem *Caroli* fratris, ejusque descendentium Masculorum renunciavit, mediante Summa octo millium Florenorum, vel annuo reditu quadringentorum Florenorum, addita tamen sequenti lege & conditione: ut, deficientibus in Linea ejusdem *Caroli* Masculis, Fideicommissum illud ex tunc reviviscceret, eademque Elisabetha & ejus liberi, conditione illa eveniente, filiabus dicti *Caroli*, earumque descendentibus præferrentur, eodemque in casu, præfata Elisabetha ejusque liberi ad restitutionem dictorum octo millium Florenorum tenerentur, vel reditum illum quadringentorum Florenorum retrocederent.

Quam Transactionem utraque pars adimplere solenniter spopondit, prout & impleta fuit, non solum ex parte Elisab., quæ *Carolum* fratrem dominio de Stein & bonis ab eo dependentibus pacifice frui permisit, & ab omni lite destitit; Sed etiam ex parte *Caroli*, qui cessionem, a sorore sibi factam, legesque ei adjectas acceptavit, & reditum quadringentorum Florenorum sorori suæ solvit. Sed cum per obitum *Friderici Guilielmi*, quem *Maximilianus*, *Caroli* filius unicus, filium quoque unicum reliquerat, casus evenerit, quo, juxta Transactionem A. 1576. initam, fideicommissum a *VVilhelmo* institutum revivisceret, dictumque dominium de Stein ad Elisabetham, ejusque liberos reverti & spectare debebat, exclusis *Caroli* & *Maxim.* filiabus, earumque descendentibus: Hinc recte sustinemus dictum dominium de Stein ad Dn. a Luxemburg, Toparcham in Hollogne, præfatæ Elisabethæ filium, vel Nepotem ex filio, & per hujus obitum ad Mariam de Luxemburg, ejus filiam, Domini quondam Baronis *de Kinsky* Sponsam, jure spectasse & ab eo revindicatum fuisse: Quia nempe constat de Fideicommisso, per Transactionem utrinque impletam clare verificato, qua probatione nulla melior dari potest. Nam &, ait

Urceolus *de Transact. quæst.* 87. *num.* 7. Fideicommissum Transactione recognitum & confirmatum, eadem Transactione acceptata & promissione seu stipulatione de ei stando roborata, assumit, quoad certas qualitates, naturam Contractus, & omnino fit irrevocabile, nisi de Contrahentium

tium consensu. Quod autem Elisabethæ, ejusque descendentibus ad revindicandum dictum dominium de Stein & bona ab eo dependentia actio realis competierit, & competat, supra demonstratum est per textum apertum

in §. Sed olim. 2. Institut. de Legat.

Adversus quem textum frustra replicaretur, quod actio illa realis per præfatam Transactionem extincta fuerit, nec non præfatæ Elisabethæ, ejusque descendentibus alia superfuerit actio, quam personalis ex Contractu Transactionis. Quia communis est Doctorum sententia, quod Transactio primævam obligationem non innovet nec extinguat, sed e contra illam roboret & firmiorem reddat.

Mean *observat.* 473. per totam.

Quam ob rem docet

Urceolus *de Transact. quæst.* 73. *n.* 9.

Novationem non induci per transactionem, quando ea inita fuit, non ad extinguendam & eradicandam primam Obligationem, sed novam priori accumulandam.

Et in dubio ait *num.* 15. & 19. Judicandum non est, inductam esse novationem, nisi id claris verbis a contrahentibus expressum fuerit, vel transactio incompatibilis sit cum priore Obligatione, qualis incompatibilitas hoc in casu fingi nequit, idque maxime procedit, subdit ibidem Urceolus, quando unus transigentium Jura sua pristina certis in casibus sibi reservavit, cujusmodi reservatio ab Elisabetha facta fuit, casu, quo *Carolus* ejusve liberi sine prole mascula decederent. Adeoque cum vigore Testamenti a *Guilielmo* conditi actio realis & rei vindicatoria, ad consequendum bona fideicommisso obnoxia, Elisabethæ, ejusque descendentibus competierit, tantum abest, ut ista actio, deficientibus in Linea *Caroli* masculis, per prætactam transactionem abolita fuerit, ut e contra isto in casu expresse confirmata fuerit, & exceptiones, quas *Carolus* contra *Wilhelmi* Testamentum & fideicommissum in eo institutum sibi competere existimabat, per transactionem illam expresse abolitæ & ad nihilum redactæ fuerint.

Quæ transactio cum sit irrevocabilis, efficit consequenter, ut, eveniente casu in ea designato, fideicommissum remanserit & remaneat omnino liquidum, & ab omnibus exceptionibus (quibus *Carolus* eodem in casu renunciavit) immune. Quo attento nihil proinde obstare potest prætactæ actioni reali a descendentibus Elisabethæ intentatæ; tum, quia constat, conditionem, sub qua *Carolus* executioni fideicommissi consenserat, omnibusque exceptionibus renunciarat, evenisse; tum, quia exceptionibus istis de consensu *Caroli* rejectis & annihilatis, actio realis ad revindicandum bona fideicommisso obnoxia, remanet clara & in aperto textu Legum superius citatarum fundata.

Itaque cum Elisabetha Jura ad Fideicommissum illud sibi competentia per Transactionem An. 1576. dicto *Carolo* non aliter cesserit, quam ea lege & conditione, ut, deficiente prole mascula in Linea ejusdem *Caroli*, dictum Fideicommissum revivisceret, & bona sub eo comprehensa ad ipsam ipsiusve liberos reverterentur.

Exinde sequitur, uti adhuc dictum est, quod, eveniente conditione & resoluta cessione, omnes eædem actiones, tam reales, quam personales, in favorem Donatricis ejusve liberorum seu descendentium revixerint, quæ ante cessionem ei competebant, quo tempore, si casus Fideicommissi eveniisset, bona Fideicommisso obnoxia dubio procul revindicare potuisset.

Nam, ut inquit textus *in L.* 1. *C. de Donat.* quæ sub modo, si doceas, Nepti tuæ ea lege a te donatum esse, ut certa tibi alimenta præstaret, vindicationem etiam utilem, eo quod legi obtemperare noluerit, impetrare potes. Nam (subdit ibidem textus) non solum condictio tibi in hoc casu, i. e. in personam actio, Jure procedit, verum etiam vindicationem quoque Divi Principes in hoc casu dandam esse sanxerunt. Et ut ait textus *in L.* 2. *C. eod.* Si rerum tuarum proprietatem, quæ dono dedisti ita, ut post mortem ejus, qui accepit, ad te rediret, donatio valet; Cum etiam ad tempus certum & incertum fieri potest, lege scilicet, quæ ei imposita, conservanda.

Licet autem inter Doctores controvertatur: An ex pacto ab eo, qui rem suam donat, vel alienat, donationi in favorem tertii adjecto, ut nimirum res donata eveniente certa conditione quæratur tertio, actio realis vel solummodo personalis, quibusdam personalem tantum competere affirmantibus, aliis vero etiam realem ab eo exerceri posse censentibus.

Quod & stricto Jure verius esse, tradunt

Fab. *de Error. Pragm. dec.* 77. *err.* 8. *aria.*
de Mesa *variar. Resol. lib.* 3. *c.* 50. *n.* 27.

Aliud tamen dicendum est de Pacto, in favorem ipsiusmet Donatoris adjecto, quia tunc Donatori, ejusque liberis actionem realem competere certum est, maxime si Donator, certa eveniente conditione, donationem resolvi, bonaque donata ad se aut liberos reverti voluerit, hancque distinctionem amplexus est,

Brunnemann. *ad L.* 1. *& 2. Cod. de Donation. quæ sub modo &c.*

Ubi de Pacto in favorem tertii adjecto primum loquitur *ad dict. L.* 1. & de Pacto in favorem ipsiusmet Donatoris apposito ac donationis resolutivo differit *ad dict. L.* 2.

Nam, ut inquit Perez, si quis rem suam ita vendiderit, ut pretio infra certum tempus non soluto sit inemta, & conditio evenerit, dominium ipso jure redit ad venditorem, ac proinde resoluto contractu ob non solutum pretium res vendita redit ad suum principium, & sic lex fingit dominium nunquam fuisse translatum, sed semper mansisse penes venditorem.

Quam

Quam sententiam amplectitur quoque Zœsius *ad Cod. lib. 4. tit. 54.*

Quod nimirum resoluta ob eventum conditionis donatione, aut venditione, rei donatæ, vel venditæ, dominium ipso jure & absque traditione ad Donatorem, vel ad venditorem, redeat. In traditionibus enim rerum quodcunque Pactum appositum sit, valet *L. in traditionibus 44. ff. de Pactis.*

Sique traditio ita facta sit, & conditio evenerit, contractus reducitur ad non esse. Potestas enim conditionis venditionom resolventis tollit intellectum prioris venditionis.

Arg. *L. Si patroni 55. §. ult. ad SCtum Trebellian.*

Ita fit, ut dominium, quod a venditore abcesserat, & in emtorem transierat, non possit residere penes emtorem, non magis, quam si emtio nulla præcessisset: Nihil enim refert, an nulla venditio præcesserit, an, quæ præcessit, finita, adeoque resoluta sit.

Ita Faber *in Ration. ad L. 41. de rei vind.*

Et quotiescunque Pactum ita conceptum est, ut in quendam eventum Contractus resolvatur, dominium rei ad illum, qui eam tradiderat, reverti ipso jure, docet quoque Tuldenus *ad Cod. lib. 4. tit. 54. n. 2.*

Eo magis, quod Contrahentes ad Transactionem exacte impletam sese solenniter obligarint, & quidem cum expressa renunciatione quibuscunque exceptionibus eis competere valentibus, sublataque *Carolo* & descendentibus masculis aliter disponendi facultate. Quam obligationem & renunciationem pars adversa frustra eludere conatur, sub frivolo prætextu, quod non sit hæres mobilaris præfati *Caroli*, qui, mortua prima Conjuge, ad aliud transiit Matrimonium, & secundæ Uxori mobilia sua prætensive addixit.

Hoc enim supposito, sufficit tamen, quod ex capite ejusdem *Caroli* dicti dominii de Stein possessionem seu detentionem adepti fuerint.

Carolus enim successorem & hæredem immobilarem habuit *Maximilianum* Filium, & deinde *Fridericum Guilielmum*, *Maximiliani* Filium unicum, cui deinde succesit *Florentius*, Comes de Merode, Annæ Mariæ, dicti *Friderici* Sororis consanguineæ Maritus. Adeoque cum *Carolus* dominii istius possessionem pacificam non aliter, quam sub legibus & conditionibus in Transactione A. 1576. expressis, consecutus fuerit, illam consequenter non nisi sub iisdem legibus & conditionibus in *Maximilianum* & mediate in *Fridericum Wilhelmum* transmittere potuit.

Unde sequitur, quod *Friderico Wilhelmo* absque liberis defuncto idem dominium & bona ab eo dependentia ad Annam Mariam, Sororem ipsius consanguineam, Comiti de Merode nuptam, illiusve descendentes transmitti non potuerint: Quandoquidem *Fridericus Wilhelmus* dictum dominium & bona ab eo dependentia cum adjecta lege & conditione acceperit, ut, deficientibus in Linea *Caroli* Masculis, donatio & cessio *Carolo* facta resolveretur, eademque bona ad Elisabetham ejusve liberos reverterentur, exclusis dicti *Friderici* Sororibus, imo & Filiabus, si quas habuisset.

Etenim receptissima est in Jure sententia, quod res transeat cum onere suo & cum eadem causa, quæ esset futura, si apud primum donatarium remansisset.

L. 67. ff. de contrahenda emtione.

L. fin. Cod. de Pact. inter emt. & vend.

Et, ut supra dictum est, conditionis resolutivæ ea vis est, ut, ea adveniente, donatio perinde habeatur, ac si facta non fuisset, Unde fit, ut, in quamcunque manum res donata pervenerit, resoluta donatione, a donatore ejusve hæredibus res vindicari queat.

L. 4. Cod. de Pact. inter emt. & vendit.

Zœsius *ad ff. lib. 18. tit. 2. num. 13.*

Brunnem. *ad dict. L. 4. num. 2.*

Quia nimirum nemo plus Juris in alium transferre potest, quam ipse habet.

L. 54. ff. de Regulis Juris.

Communissimum est Juris axioma, quod lex in Contractu Cessionis a Cedente data ad quoscunque Cessionarii Successores transeat cum sua causa, & cum suo onere, nec ab eo, citra Cedentis voluntatem, liberari possit.

Mean *observat. 248.* fere per totam.

Quibus omnibus addenda est doctrina

Harprechti *part. 2. tractat. 7. de Success. Filiar. Nobilium renuncjat. ex Test. &c. Resp. 4. n. 98. & seqq.* ubi dicit:

„ *Filiam renunciantem in favorem Masculo-*
„ *rum bonis ei relictis, non aliter præsumi*
„ *renunciasse, quam donec Masculi super-*
„ *fuerint, iisque sublatis, Jura Filiæ re-*
„ *vivíscere.*

Quod proinde longe magis tenendum est, dum filia in Instrumento renunciationis Jura sua sibi expresse reservavit, casu, quo Masculi deficerent.

Quapropter (inquit *n. 116. & seqq.*) descendentes ex Masculis, his deficientibus, filiam hoc modo renunciatam ejusque liberos, salva paciscentium mente & fide, excludere nequeunt. Ita ait *n. 143.* Sublatis masculis, renunciatrices, vel ipsarum descendentes, non obstante jurata renunciatione, ad renunciata adspirant æquissime.

Quod & docet

Mastrill. *decis. 65. num. 14.* multique alii ibidem citati.

Ubi insuper addit *n. 146. & 147.* Pactum Juris sui reservatorium ad quoscunque descendentes transire & fœminas ex masculis, in quorum favorem facta fuerat renunciatio, descendentes omnia renunciata restituere teneri, & quandocunque existente ea conditione, sub qua filia regressum ad bona renunciata, vel expresse, vel tacite, reservarat, illa vi Pacti istius reservatorii absque tergiversatione reddenda esse. Prout pariter docet Reusnerus, ubi dicit, quod Jus reservationis semel annexum, & quasi incorporatum fratrum patrimonio, quibus facta est renunciatio, ad omnes postea transeat, ad quos & ipsa fratrum hæreditas: Quæ enim vis fuit renunciationis factæ,

ea in ipsiusmet persona, seu etiam in personis ejusdem liberorum, operatur potentissime. Extinctis igitur masculis, subdit *num.* 155. tum renunciatrix, tum ejus interea demortuæ hæredes, ad successionem prius renunciatam redintegrantur, perinde ac si nulla unquam renunciatio facta fuisset; Quod & docet

Surd. *decis.* 252. *num.* 4.

Et *num.* 200. dicit: Quod extinctis Masculis Jus actualiter succedendi vires suas recuperet: Voluntas enim filiæ renunciantis, subdit *num.* 210. respectu subjecti verbis taxativis facta, præcise in illo terminatur, & a causa limitata omnis renunciatio limitanda est, & regulanda *ibid. num.* 112. Cujus Authoris doctrinam idcirco specifice referri visum est, quod hanc disceptationem omnino perimat.

§. VIII.

Inanis itaque est partis adversæ objectio, quod super re certa & liquida transigi nequeat. *L.* 9. §. 3. *ff. de Transact.*

Ex quo capite pars adversa in humillimis suis Duplicis dictam transactionem impugnare tentavit; quasi vero clarum, certum & liquidum esset, fideicommissum ab *Hermanno* & Petronella institutum in favorem Masculorum perpetuo durare debuisse, adeoque *Wilhelmum* de prætacto dominio testari non potuisse.

Cum e contra potius certum sit, Fideicommissum ab *Hermanno* & Petronella institutum per superviventiam liberorum evanuisse, & de cætero præfatæ Transactionis in ipsiusmet Petronellæ præsentia initæ proœmium diserte contineat, varias inde difficultates & lites oriri potuisse, eandemque ad præveniendas ejusmodi dissensiones & favore Familiæ de Batenburg initum fuisse, quæ rationes ad firmandam Transactionem manifeste sufficiunt.

Frustra objicitur, Transactionem illam Actis Curiæ Feudalis Comitatus Lossensis minime fuisse insinuatam, eumque ob defectum Elisabethæ liberis non competere actionem realem, quæ Leodiensium & Lossensium moribus absque ejusmodi insinuatione acquiri nequit.

Quia præsentis actionis fundamentum constituitur in Testamento a *Wilhelmo* condito, per præfatam Transactionam confirmato; Adeo ut necesse non fuerit, Transactionem illam Actis Curiæ Feudalis insinuari: quia sufficit, quod vigore Testamenti a *Wilhelmo* conditi actio realis dictæ Elisabethæ ejusque liberis competierit, & competat, utpote quæ per subsecutam Transactionem neutiquam innovata fuit, sed potius roborata, juxta regulam, quod Transactio primordialem titulum non innovet, nec perimat, sed confirmet.

Eo magis, quod ante præsentis actionis institutionem Dominus quondam a Luxemburg in prætacta Feudali Curia relevium præstiterit, & in Vasallum receptus dicti dominii, tanquam feudalis, investituram acceperit. Quo attento dubium esse nequit, quin feudum istud, cujus investitura ei tradita fuit, Jure revindicarit, possessionemque illius sibi restitui petierit. A veritate autem alienum est, quod ex adverso alterius objicitur in iisdem humillimis Duplicis, Transactionem illam non inspectis Testamenti ab *Hermanno* & Petronella conditi Tabulis initam fuisse, & ex hoc rursus capite nullitati subjacere. Quandoquidem ipsamet Petronella Testatrix præfatæ transactioni interfuerit, ibidemque insertum sit, illam prævia matura deliberatione & consilio, ita concluſam fuisse. Unde apparet, absurde prætendi, transigentes Testamenti istius & in eo contentorum ignaros fuisse; cum Testatrix, quæ intererat, proprium factum ignorare non potuerit. Eo fortius, quod dynastiæ de Batenburg & Stein aliaque plurima bona *Wilhelmo* Ericham Comitissam a Manderscheid ducenti in Matrimonii subsidium a Petronella donata jam fuissent. Quod profecto fieri non potuit, nisi inspectis Testamenti ab *Hermanno* conditi Tabulis, per quas singulis suis liberis particulares dynastias, bonaque particularia reliquerant, quæ proinde singulis nubentibus ita distribui debuerunt, ut, quod uni relictum erat, alteri non donaretur, quæ distributio non nisi inspectis Testamenti Tabulis fieri potuit.

Frivola pariter est ulterior partis adversæ objectio, in iisdem Duplicis contenta, quod *Hermannus Theodorus*, *Wilhelmi* Filius unicus, non solum Patri, sed etiam Petronellæ Aviæ (Avo dudum mortuo) supervixerit, & usque ad A. 1595. & sic novendecim Annis post Transactionem A. 1576. dictum dominium de Stein possederit, eoque tempore, obtenta ab Episcopo & Principe Leodiensi licentia, de illo per Testamentum dispoſuerit. Clarum enim est, *Hermannum Theodorum* ejusmodi dispositionem in præjudicium Fideicommissi, quo Testamentum *Wilhelmi* Patris, casu, quo sine liberis decederet, gravatus erat, facere non potuisse, minusque recte prætenditur, irritam fuisse Transactionem Anno 1576. super successione post An. 1595. demum aperta initam, hac ratione, quod Pacta de futura viventis successione de jure reprobata sint. Quia transigentes nullum pactum inierunt circa hæreditatem *Hermanni Theodori*, eo tempore adhuc viventis, sed circa jus ex Testamento *Wilhelmi* Patris tunc defuncti profluens; Quandoquidem jus conditionale erat, casu, quo *Hermannus Theodorus* sine liberis decederet, sed nihilominus jam tum radicatum erat, dictæque Elisabethæ fideicommissariæ citra ipsius consensum eripi non poterat.

Quo in casu Pacta super hujusmodi Jure, quantumvis conditionali, inita minime reprobantur, licet eorum effectus usque ad eventum conditionis suspendatur. Attendi tamen non debet, quod adhuc ait pars adversa, leges & conditiones eidem Transactioni insertas eodem Jure censeri non posse, ac leges & conditiones, a proprietario in alienatione rei suæ adjectæ, idque

idque sub hoc prætextu, quod Elisabetha *Carolo* id tradere non potuerit, quod nondum habebat ac proinde leges & conditiones dictæ Transactioni insertæ ex hoc capite initæ sint. Quia Jus illud Elisabethæ vigore Testamenti a *Wilhelmo* conditi, ad dynastiam de Stein competebat, casu, quo *Hermannus Theodorus* sine liberis decederet, Jus, inquam, illud ad Elisabetham absolute spectavit, & consequenter Elisabetha præfatum Jus *Carolo* voluntarie cedendo leges & conditiones beneviſas adjicere potuit, quæ proinde in alienatione rei, seu Juris ad ipsam spectantis, vere insertæ & reservatæ fuerunt.

Ulterius non obstat, quod in præfatis Duplicarum ex adverso objicitur, Feudorum Leodiensium naturam esse, ut, defuncto sine liberis Vasallo, ad Agnatum proximiorem, exclusis Filiabus, transeant, ac deinde non, nisi Linea illa omnimode evacuata, omnibusque liberis, tam masculis, quam fœminis, Lineæ istius defunctis, ad aliam Lineam devolvantur.

Mean *observ.* 3. *&* 4.

Unde infertur, quod dynastia de Stein post mortem *Hermanni Theodori* ad *Carolum* devoluta feudum illud, primum ad Masculos, dein ad fœminas ex eodem *Carolo* descendentes transmitti debuerit, quam ad Elisabetham Margaretam transiret: id enim in feudis Leodiensibus locum habet, prout ibidem ait Mean.

Sed cum dynastia de Stein, juxta utriusque partis concessiones in Actis sæpissime reiteratas, feudum sit Comitatus Lossensis, qui non aliter, quam salvis suis Legibus, ad Ecclesiam Leodiensem transiit, prout tradit

Mean *observat.* 7. *num.* 1.

Clarum proinde est, quod in hoc casu inutiliter allegentur Leges & Consuetudines Patriæ Leodiensis, cum e contra spectandæ sint leges & consuetudines Comitatus Lossensis a Legibus & consuetudinibus Patriæ Leodiensis plane diversæ. Quapropter, etsi feuda Leodiensia sint ex pacto & providentia, prout docet

Mean *dicta observat.* 3. *&* 4.

Aliud tamen dicendum est de feudis Lossensibus, quæ mere hæreditaria sunt, teste eodem

Mean *dicta observat.* 7.

Erroneum vero est, quod earundem Duplicarum autor addit, feuda Lossensia etiam de linea ad lineam transire, & non, nisi prima linea evacuata, ad secundam transmitti; cum e contra ad omnes proximiores, tam masculos quam fœminas, in æquali gradu constitutos, cujuscunque lineæ sint, transmittantur & inter eos æqualiter dividantur, solo castro & horto excepto, quæ in linea recta ad primogenitum spectat, in linea autem collaterali æqualiter ad omnes proximiores devolvuntur, & a cæterorum bonorum censualium natura non discrepant, ut docet

Mean *dicta observat.* 7. *num.* 1.

Unde apertissime constat, quod si *Hermannus Theodorus* nullo per Paternum Testamentum fideicommisso gravatus fuisset, & intestatus decessisset, dominium de Stein inter *Carolum* & Sorores ipsius ex æquo dividi debuisset. Sed cum ex præmissis constet, *Hermannum Theodorum* fideicommisso, casu, quo sine liberis decederet, Testamento Paterno gravatum fuisse in favorem Elisabethæ Margarethæ, vana & superflua est de successione ab intestato disceptatio; cum illa per præfatum Testamentum & fideicommissum in eo institutum excludatur, nec ullum extet dubium, quin *Wilhelmus*, *Hermanni Theodori* Pater, accedente Sereniſſimi Episcopi & Principis Leodiensis qua Comitis Lossens. licentia, de prætacto feudo disponere, illudque fideicommisso gravare potuerit, teste eodem Mean.

Qua ratione corruit quoque prætensum Testamentum, ab *Hermanno Theodoro* prætensive conditum, utpote qui fideicommisso, quo gravatus erat, præjudicare non potuit; cum e contra *Wilhelmus* nullo a Parentibus fideicommisso gravatus, nisi in casum, quo sine liberis decederet, deficiente per nativitatem & superviventiam *Hermanni Theodori* casu illo, a conditionali isto fideicommisso liber remanserit, & de prætacta dynastia cum licentia Domini directi disponere potuerit, prout disposuit, teste

Mean *observat.* 75. *num.* 19.

Eandemque opinionem, quod liberi in conditione positi non censeantur ad fideicommissum vocati, probat

Faber *ad Cod. lib.* 6. *tit.* 22. *definit.* 1.

aliique supra citati.

Non obstat insuper, quod præfata dynastia de Stein a *Carolo*, ut ex adverso prætenditur, *Maximiliano* filio suo nubenti in dotem vel potius in matrimonii subsidium donata fuerit. Hoc enim citra veritatis, quam ignoramus, præjudicium suppositio, evidens est tamen, dynastiam illam per ejusmodi donationem onere, quo per Testamentum *Wilhelmi* & transactionem Anno 1576. initam gravata fuerat, liberari neutiquam potuisse; quia res transit cum suo onere, in quamcunque manum pervenerit, prout sæpe dictum est.

Frivolum vero est, quod ex adverso objicitur, *Maximilianum* dynastiam illam dotis loco bona fide acceptam per longissimi temporis possessionem præscripsisse, præsertim cum defuncto A. 1602. *Herm. Theod.*, Elisab. Margaretha nullam ad consequendum fideicommissum actionem intentarit.

Etenim manifestum est, ejusmodi actionem ab Elisabetha Margaretha intentari non potuisse, obstante nimirum Transactione Ao. 1576. inita, per quam Jura omnia ad præfatam dynastiam, vigore Testamenti a *Wilhelmo* conditi, ei competentia *Carolo* Fratri ejusque descendentibus Masculis cesserat, ea lege, ut deficientibus demum Masculis reviviscerет. Qua ratione nulla quoque ab eadem Elisabetha ejusque descendentibus, vivente *Maximiliano Caroli* Filio & *Friderico Wilhelmo*, ejusque *Caroli* ex *Maximiliano* Nepote, moveri poterit:

Cum illi omnes, vigore prætactæ Transactionis, dynastiam illam legitime possederint, & Elisabetham illiusque descendentes, casu, quo actionem aliquam intentasset, repellendi Jus habuerint.

Ex hoc principio sequitur, vanam quoque esse Marchionis *a Westerloo* prætensionem, quod hæc actio præscriptione abolila sit, eademque præscriptio Anno 1602. post mortem *Hermanni Theodori* inceperit.

Tum, quia ipsemet Marchio *a Westerloo* in humillimis suis Duplicis, *Fridericum Guilielmum* ultimum in Linea *Caroli* masculum Anno demum 1660. obiisse fatetur: tum, quia nulla Elisabethæ Margarethæ ejusque descendentibus, quamdiu Masculus ex Linea *Caroli* supererat, actio competebat, adeo ut subintret vulgata regula, quod non valenti agere non currat præscriptio.

Quod autem ex adverso replicatur, præscriptionem Anno saltem 1660. post obitum *Friderici Wilhelmi* incepisse, sub prætextu, quod Elisabethæ liberi ex tunc agere potuerint, id quoque multiplici ratione refellitur:

Primo, quia, cum Testamentum *Wilhelmi* a Bronchorst, nec non Transactio inter *Carolum* & Elisabetham Margaretham Ao. 1576. inita in potestate hæredum ejusdem *Caroli* fuerint, exinde excluſa remanet bona fides, sine qua nulla dari potest præscriptio.

Secundo, quia in Actis primæ Instantiæ ostensum fuit, Dominam N. de Luxembourg, Baronum *de Kinsky* Matrem, tunc temporis minorennem fuisse, adeoque toto illo tempore præscriptionis cursum in suspenso remansisse.

Tertio, quia præfatus Marchio in supra fatis Duplicis fatetur, Baronem *de Kinsky* Anno 1689. dictum Dominum Marchionem *de Westerloo* interpellasse. Quæ interpellatio præscriptionem dubio procul interrupit: cum ab Ao. 1660. usque ad An. 1689. viginti octo vel viginti novem Anni demum fluxerint. Nihil obstat, quod juxta Consuetudines Comitatus Lossensis unus tantum & viginti Anni ad præscriptionem sufficere prætendantur: tum, quia id verum est, dum præscribere volens in bona fide versatur, cum nulla præscriptio absque bona fide locum habeat. Ac præterea tempus minorennitatis semper deducendum sit.

Ultimo loco non obstat, quod in Transactione A. 1576. stipulatum fuerit, ut deficientibus omnibus Masculis ex Linea *Caroli* descendentibus dynastia de Stein ad Elisabetham Margaretham, vel ejus liberos, reverteretur, eoque in casu ipsa, vel ipsius liberi, ad restitutionem Summarum, quas a *Carolo* acceperit, tenerentur. Etenim Summarum illarum restitutio semper oblata fuit.

Sed cum præfatus Dominus Marchio dictam dynastiam de Stein restituere recuset, luce meridiana clarius est, quod Barones *de Kinsky* in hunc usque diem ad Summarum illarum refusionem non teneantur, quandoquidem ad id solummodo obligari possint, cum præfatus Dominus Marchio ad prætactæ dynastiæ restitutionem processerit, quod clare ex Transactione probatur.

Unde evidentissime verificatur, dictum Dominum Baronem *de Kinsky* ad prætactæ Summæ restitutionem tunc demum obligatum iri, cum dictus Dominus Marchio prætactam dynastiam sua in parte reddere paratus fuerit; Eo magis, quod incertum sit, an Summa illa liberis *Maximiliani* ex primo thoro genitis restituenda sit, an liberis secundi thori, quæ difficultas dictos Dominos Barones *de Kinsky* non concernit, sed inter liberos *Maximiliani* primi & secundi thori definienda est.

Conclusio.

ITaque demonstratum fuit, Testamento *Hermanni* de Bronchorst & Petronellæ de Præt Conjugum nullum instiuturum fuisse Fideicommissum, nisi in casum, quo eorum liberi sine liberis decederent, quod Fideicommissum per nativitatem & superviventiam liberorum evanuit.

Ostensum fuit insuper, *Wilhelmum* a Bronchorst, *Hermanni* Filium, liberam de dominio de Stein disponendi facultatem habuisse, & obtenta Serenissimi Episcopi & Principis Leodiensis, qua Comitis Lossensis, licentia, de eodem dominio in favorem *Hermanni Theodori*, Filii sui unigeniti, disposuisse, eundemque *Hermannum Theodorum*, casu, quo sine liberis decederet, in favorem Elisabethæ Margarethæ Fideicommisso gravasse. Præterea ostensum fuit, Elisabetham Margaretham Jura, vigore Testamenti istius ad dictam dynastiam de Stein ei competentia, per Transactionem A. 1576. initam, ea conditione *Carolo* fratri cessisse, ut deficientibus in linea *Caroli* Masculis, dynastia illa bonaque ei annexa ad eandem Elisabetham Margaretham ejusve liberos reverterentur.

Similiter verificatum fuit, conditionem istam evenisse, & per deficientiam Masculorum in linea *Caroli*, dictam dynastiam de Stein, seu Jura Elisabethæ Margarethæ ad illam competentia revixisse, & in pristinum statum, quasi nunquam *Carolo* cessa fuissent, restituta censeri.

Unde probatum fuit, concludendum esse, quod eadem Jura, quæ Elisabethæ, ejusque liberis actio rei vindicatoria competierit adversus possessores bonorum, in favorem ipsius per Testamentum *Wilhelmi* a Bronchorst fideicommisso gravatorum.

Hinc proinde præfati Barones *de Kinsky* jure merito concluserunt, se in prætacta actione rei vindicatoria declarari debere bene fundatos, proindeque præfatum Marchionem *de Westerloo* ad prætactæ dynastiæ de Stein & Fructuum a tempore mortis *Friderici Wilhelmi* perceptorum restiturionem (deductis Summis juxta transactionem A. 1576. quatenus illæ dicto Marchioni competant, refundendis) condemnandum, super quibus Justitiam sibi clementissime administrari humillime postularunt & postulant.

Species

Species Facti a parte Rei Marquisii de Westerloo.

Prima adversaria litigandi Temeritas probatur.

§. I.

UT præmissum Rubrum cum suo Nigro concordet, & ut prætacta in illo Domini Adversarii in litigando temeritas non verbis, sed re ipsa demonstretur, sic a descriptione temerarii Litigatoris facimus Exordium, qualis ille in Jure est, qui neque intentionem suam probavit, neque ullam suarum Allegationum causam habuit;

L. 4. Institut. tit. 16. de pœna temer. litig.

Is enim dicitur formaliter temerarius Actor, qui per calumniam quid petit, aut qui sine justa causa experitur, quique nullum litigii sui titulum, sive justam causam, proferre potuit;

Quod autem Dominus Baro de *Kinsky*, seu Actor, ad exemplum sui Domini Avi *Balduini* de Luxenburg (qui Illustrissimi Domini Appellantis Proavum, Dominum *Maximilianum* Comitem de Bronckorst, in anterioribus temporibus e Baronatu de Stein violenta & armata manu dejecerat) pessimam hanc litem absque ulla causa & absque ullo titulo resuscitaverit, ex propriis adversariis Documentis ex Archivo Principis desumptis, ac judiciali Sigillo munitis, & pleniss. contra ipsum probantibus evidentissime probatur.

Mascard. *de probat. conclus.* 916. *cap.* 19. *num.* 5.

Brunnem. *ad Proceff. Civil. cap.* 19. *n.* 5. *Authent. ad hoc. Cod. de fide Instrum. ad longum.*

Trentacinquius *lib.* 2. *Resolut.* 8. *de fide Instrumentor. per totum.*

Prout enim eadem hæc lis testante fol. Actor. prior. 16. & seqq. jamdum in Anno 1605. inter Dominum *Maximilianum* Comitem de Bronckorst, Proavum moderni Illustrissimi Domini Marchionis, qua tum temporis Actorem ex una, & inter Dominum *Balduinum*, moderni Domini Actoris Avum, qua Reum ex altera partibus (vid. Genealogia sub Quadrangulo Appellationis [43]) 27. Aprilis circa eundem Baronatum de Stein Bruxellis coram Consilio Brabantico mota, ac contra Dominum Reum ibidem, auditis utrinque partibus, & post exhibitas Exceptiones, Replicas & Duplicas, ac post factam submissionem, cum plenaria causæ decisione definitive 4. Augusti pronunciatum fuit, ut tanquam violentus invasor restitueret ipsi Castrum de Stein cum omnibus suis pertinentiis, & cum omni causa, & sumptibus litis; Sic etiam ex altero adversario Documento fol. Actor. prior. 169. & seqq. fidem habemus omni exceptione majorem, quod scilicet in eodem Anno 22. Decembris proprius Domini Actoris Proavus, *Gerardus* de Luxemburg, nomine Uxoris suæ Elisabethæ Margarethæ, utpote a quibus Dn. Baro de *Kinsky* Jus suum modo deduxit, seque ipsorum hæredem esse, ubique in Actis profitetur, ratione ejusdem Dynastiæ contra Dominum *Maximilianum*, Comitem de Bronckorst, coram eodem Bruxellensi Judicio Regio, qua Actor eandem causam tractavit, hocque Dominium, tanquam ex iisdem plane Titulis & Documentis, Uxoris suæ filialem portionem vindicavit, verum cum tali iterum definitivo repulsu, ut omnes etiam pro hac vice Expensas, tanquam temerarius Litigator, exsolvere debuerit.

Et licet contra has res judicatas per modum exceptionis ipsi statim in principio modernæ litis obmotas (vid. Acta primæ Instantiæ pag. 22. & 23.) in suo Scripto Contradictorio 30. Januarii 1691. exhibito asseruerit, illas huic negotio nullum præjudicium facere posse, eo quod non tangerent rem, de qua modo ageretur, idque forsan ex illo capite, quia tum temporis fuisset solummodo quæstio de Spolio, & de sola hujus Dominii Possessione, nunc vero tractaretur de pleno Petitorio, non etiam inter easdem Personas, cum tamen ad exceptionem rei judicatæ, ut cum effectu opponi possit, necessario requiratur, ut non solum (1.) eadem res petatur, sed ut etiam (2.) eadem quæstio, seu eadem petendi causa subsit, & ut eadem personarum conditio concurrat, seu ut inter easdem personas quæstio revocetur, ita ut, uno ex hisce tribus requisitis deficiente, corruat quoque hæc exceptio,

Zanger. *de Exception. cap.* 17. *num.* 5.

Certum tamen & extra omne dubium positum est, primo ratione rei unum idemque adfuisse objectum, scilicet petitio ejusdem Baronatus, cum illa dicatur eadem res, si eadem quantitas seu idem Corpus in quæstione sit;

L. 2. L. 12. L. 18. ff. de exception. rei judicat.

Unde quamvis actio petendi prima, ratione commissi Spolii, diversa fuerit a moderna actione instituta, nempe a rei vindicatione, eo quod per illam Possessorium, per hanc vero Petitorium Judicium, velut formaliter ab illo distinctum, instituta fuerit,

Stryckius *ad Praxin Forensem cap.* 1. §. 17.

Brunnemann. *ad Proceff. Civil. cap.* 1. §. 42.

quia tamen in Judicio prælegato iterata vice & per novum Processum non solum petierat Manutenentiam in hoc Dominio, tanquam ad idem Possessorium tendentem;

Menoch. *de recuperand. possess. remed.* 1. *in prælud. num.* 12.

Sed insimul etiam involverat Petitorium cum annexo hoc conclusionis medio (vid. pag. Actor. prior. 183. fac. 2. & seqq.) ut pro sua majori assecuratione NB. *contenderet ad annullationem Contractus* seu renunciationis subordinate ad Restitutionem, prout etiam pro NB. *Conservatione Juris sui in futurum* novam litem sustinere

nere cogeretur, ut prædictum Consilium Brabantiæ ipsum per Decretum ad id admitteret, & ut desuper contra Dominum *Maximilianum* ad id posset contendere, ut NB. *prædicta prætensa Renunciatio vel Transactio redderetur nulla & nullius valoris*, & sic juste ipsi in Ao. 1609. 28. Augusti denegata fuit hæc petitio, eo quod per hoc medium concludendi ac per ipsam conclusionem insimul etiam in Petitorio actum fuisse, ulterius pateat ex eo, quod se principaliter desuper fundaverat in proximitate gradus, & in dicta Renunciatione conditionali, adeoque non tam in apprehensa possessione, utpote *quam tunc temporis vi propriæ confessionis necdum habuerat*, sed solummodo *in hoc titulato suo Jure* firmum pedem posuerat.

Citat. Menoch. *dict. loc.*

Consequenter certissimum est, *eandem causam* in eodem Petitorio inter partes tum temporis litigantes agitatam fuisse, ac proinde hanc exceptionem rei jamdudum judicatæ moderno Domino Actori in hoc Processu oppositam fundatam esse; præsertim cum hæc Sententia (videatur Adjunctum sub Num. Actor. prior. fol. 187. fac. 1. & seqq. usque ad pag. 200.) rejecta exceptione ex adverso obmota, qua prætenderat hanc materiam a Scabinis Aquisgranensibus modo pro ipso esse decisam, ac proinde Revisionem prioris hujus Sententiæ petierat, per hujus denegationem 29. Maji 1610. fuerit confirmata. Nec refert, quod saltem remedium adipiscendæ ab ipso institutum fuisse præsumi possit, ita ut in dubio potius pro Possessorio, quam pro Petitorio Judicio, tanquam utiliori, præsumendum esset,

Hartm. n 1. Pistor. *lib. 1. quæst. 45. n. 6.*

præterquam enim, quod verba in illo Libello contenta (*Reimmissio & Restitutio*) ad interdictum adipiscendæ applicari & referri non possint, sic etiam apparet, titulum hunc desuper non pro colorando aliquo possessorio, sed circa causam principalem adductum fuisse, adeoque non Possessorium, sed Petitorium, involvisse.

Cap. licet 9. de probat.

Citat. Brunnemann. *dict. loc. num. 42.*

Non etiam quoad tertium hujus exceptionis requisitum bilem movet, quod nempe pro nunc aliæ plane personæ in lite sint, quam fuerint in hac anteriori antiquissima, cum sufficiat adesse vel ipsos in prioribus temporibus litigantes, vel ipsorum Successores, tam universales, quam singulares.

L. 11. ff. de diverf. & temp. præscript.

L. 59. ff. de Reg. Jur. Novell. 48.

L. 9. §. fin. ff. de exception. rei judicat.

Zinger. *de exception. dict. loc. num. 59.*

Cum ergo modernus Dominus Actor tam vi quadrangulatæ Genealogiæ, quam etiam Actorum priorum, & modernorum, præcipue vero vi Quadr. [49] expresse confiteatur, se esse Hæredem Dominæ suæ Proaviæ Elisabethæ Margarethæ & Domini *Balduini*, nec non Domini *Gerhardi*, tanquam respective sui Domini Avi, & proprii Patris, consequenter obmota hæc ipsi exceptio rei jamdudum judicatæ pro nunc tanti momenti, tantæque considerationis est, ut ne quidem propter Instrumenta noviter reperta, retractari amplius possit,

L. 12. ff. de exception. rei judicat.

Mevius *part. 3. decis. 103.*

in tantum, ut, licet Domini Actoris Antecessores in illis Instantiis Bruxellis non instituissent actionem rei vindicatoriam, sed aliam ad impetrationem hujus Dynastiæ circa Petitorium directam, nihilominus tamen ipsis hæc obstaret exceptio, cum ad hanc exceptionem valide opponendam non requiratur necessario eadem actio, sed sufficiat, si modo eadem quæstio recurrat in secundo Judicio, quæ in primo ventilata fuit.

L. 5. ff. de exception. rei judicat.

Zanger. *de exception. dict. loc.*

Nec porro solida hæc peremtorialis exceptio per hoc eliditur, quod scilicet Dominium seu Castrum de Stein esset Feudum Lossense, & Relevium peteret a Suprema Curia Curingiana, ac proinde Forum Curiæ Bruxellensis in præjudicium prædicti Fori, & Archi-hujus Tribunalis a partibus, veluti Vasallis, neque tacite, neque expresse prorogari potuisset, ita ut, si hoc nihilominus feciissent, totus tamen ille Processus nullius esset momenti;

Gail. *lib. 1. observat. 40. num. 6. & seqq.*

Fabricius ad Mynsingerum *centur. 1. observ. 58.*

Cum hæc Jurisdictio Feudalis sit Jurisdictio specialis, quæ de uno loco ad alium non esset prorogabilis,

Hostiensis *cap. excommunicatis X. de offic. legat.*

Marant. *in suo speculo part. 4. distinct. 12.*

nam primo negatur illud adversarium Suppositum, Jurisdictionem Feudalem esse Jurisdictionem specialem, cum sit Jurisdictio de Jure Communi per Constitutionem Imperatoris *Friderici* concessa.

Cap. 1. §. Præterea si inter de prohib. Feud. alien.

Frider. Schraderus *de Feud. part. 15. sect. 3. num. 117. & 125.*

Jurisdictionem autem ordinariam etiam in Feudalibus tam de loco ad locum, quam etiam de persona ad personam, prorogari posse absque consensu Domini Feudi, in specie tradit

Præcitatus Schraderus *dict. loc. num. 115. & seqq.*

Et licet ibidem sustineat, extra Territorium hoc fieri non posse, negatur tamen secundo iterum Suppositum, hoc Feudum esse in & de Territorio Lossensi, cum in Actis sub Quadrang. [21] & [35] probatum exstet, illam Dynastiam nec de Territorio Lossensi, nec etiam de Bruxellensi, sed Imperio Romano esse immediate subjectam, licet quoad Feudalia recognoscat suum Judicem Feudalem Bruxellensem & Lossensem, ita ut etiam hoc casu nequidem requiratur Consensus Domini Feudalis.

Schraderus *dict. loc. num. 126.*

Vel saltem ipsius tacitus debeat haberi pro expresso.

Ibid. *& num. 132.*

Maxime cum per proprium hoc Documentum ad Acta priora fol. 193. Exhibitum probetur

saltem

saltem Castrum & Portam de Stein esse Feudum Bruxellense, & Relevium sumere a Curia Falcomontensi, in quem finem Dominus *Maximilianus* illud ibidem, qua Vasallus relevasset, & desuper Juramentum fidelitatis præstitisset.

Nec obstat tertio, quod hoc Dominium etiam contineat Bona aliqua Allodialia, æque immediata, ita ut saltem horum ratione Jurisdictio Domini Feudalis prorogari non potuerit; nam respondetur, horum esse admodum pauca, exceptis illis, quæ Illustrissimus Dominus Reus noviter acquisivit, quæ autem huic liti non subjacent; prout illud patet ex designatione sub Lit. A. adeoque licet prorogatio Jurisdictionis Feudalis sese non extenderet ad litem quoad hæc Allodialia, eorumque respectu Jurisdictio prorogari non possit, (id quod tamen fieri posse, ex eo certum est, quia horum quoque respectu non habemus casum, quo intervenit ratione concessionis respectus Judicis vel Superioris, vel alterius, sed solummodo ex mera consideratione partium) potest tamen Jurisdictio Feudalis etiam quoad Allodialia absque Domini consensu prorogari ad causas non Feudales; si illa fiat, prout jam demonstratum est, per modum incidentis, cum sic causa principalis Feudalis ad se trahat pauca illa Allodialia, tanquam minus principalia.

Citat. Schraderus *dict. cap. num.* 147.

§. II.

Prout ergo primum hoc calumniosissimæ litis vulnus diffiteri non potest; sic secundo major adhuc litigandi pruritus & temeritas resultat ex allegatorum in hunc finem titulorum inqualificatione. Quorum duo præcipue ad casum nostrum faciunt & quadrant, tertium enim principaliorem sub Quadr. Actorum modernorum [45] non admittit Dominus Actor, sed expresse contestatur, se Testamento Domini *Hermanni* pro instituenda hac actione uti non velle; primus autem titulus consistit, prout jam dictum, in Testamento Domini *Wilhelmi* Fratris Germani Elisabethæ Margarethæ, suæ Proaviæ; Secundus vero in illius facta renunciatione, prout inquit, conditionata, de quibus legi poterunt Acta prioris Instantiæ fol. Actor. prior. 67. usque 76. & fol. 93. usque 101. & Acta moderna sub Quadrang. [50] Primordialem itaque titulum quod attinet, sic primo quoad factum prænotandum est, (legatur, si placet, dictum Testamentum & Octroja desuper a Domino Episcopo prætense concessa) Dominum Testatorem *Wilhelmum* pro facultate testandi ratione Dominii de Stein præambulariter requisivisse consensum Domini Episcopi Leodiensis, adeoque hoc ipso agnovisse, illud esse Feudum Comitatus Lossensis, prout etiam tale fuisse certo respectu Illustrissimus Dominus Reus agnovit in suis Replicis Actorum modernorum sub Quadrang. [49] excepta parte principali, scilicet Castro & Porta de Stein. Secundo prænotanda est propria Domini Actoris judicialis confessio, qua in suis Duplicis sub Quadrang. Actorum modernorum [28] ultro largitur, quod Consuetudines Leodienses sese etiam extenderent ad Consuetudines Lossenses, ubi desuper ipsemet produxit Attestatum Leodiense sub Quadrang. Actorum modernorum [29] vi cujus Consiliarii Leodienses declarant, Dominium de Stein regi juxta Consuetudines Lossenses.

Tertio prænotandum, quod juxta Consuetudines Feudales in Principatu Leodiensi ad successionem Feudi etiam admittantur Fœminæ, exstincto genere Masculino, cum illæ hoc Patriæ Jure non sint in perpetuum excluſæ, sed solum temporaliter, & tamdiu suspendantur, quousque existunt Masculi, ita ut etiam ab iis descendentes vi transmissionis ad successionem admittantur.

Dn. de Mean. *part.* 1. *observat.* 4. *num.* 2. Ita quidem, ut, habita Lineæ contemplatione, in qua est Vasallus, & cujus intuitu potiri videtur, consideretur successio, hoc modo, ut Linea prima finita succedat Linea secunda, utpote quæ a successione Feudorum Leodiensium non est excluſa, nisi donec & quousque Linea prima durat; nam ea finita amoto impedimento Linea secunda assumit naturam primæ, & in ea existentes succedunt in Feudo, excluſis Vasallis existentibus in Linea tertia, quarta aut ulteriori;

Cum hæc sit Lex Feudalis Feudorum Leodiensium, qua Feuda de proximiore Linea in proximiorem transeunt, donec Linea, cui semel Feudum inhæsit, Masculis, NB. & *fœminis deficientibus* omnino evacuetur.

Artic. 4. *cap.* 13. *des successions és fiefs.*

Citat. de Mean. *dict. observat. num.* 5.

Mores enim Leodienses in successionibus inspiciunt Lineam, qui prout existentes in prima in infinitum præferunt Vasallis secundæ, sic pari ratione, deficiente prima, existentes in secunda, NB. *etiamsi gradu remotiores videantur*, anteponendi sunt existentibus in tertia, aut ulteriori Linea. Nec repugnat contra hoc Articulus quintus *dict. cap.* 13. quo statuitur, idem successionis aut repræsentationis Jus habere locum in Feudis, ac in aliis Bonis: illud enim intelligendum est, cum Feudum in una Linea fixum est, & de successione ex ea Linea descendentium agitur, inter quos proximior defuncto succedit, remotioribus ejusdem Lineæ excluſis: non vero cum transitus est a prima Linea finiente in persona ultimi Vasalli ad secundam, quia Linea potior est gradu. In Feudis siquidem Leodiensibus talis perpetua Lex est, ut prima successione non terminetur; sed de proximiore in proximiorem sit desultatoria, & lineæ, non personæ, considerationem habeat.

de Mean. *dict. observat. num.* 5.

Unde licet de Jure Feudali communi Feuda ad solos, & ad omnes Masculos, qui ex illa linea sunt, ex qua Vasallus est, cui Feudum cessit, perveniant, excluſis Fœminis,

Cap. 1. *de Natur. & succeſſ. Feud. lib.* 2. *tit.* 50.

alia tamen Regula obtinet in Jure Feudali Leodiensi, utpote vi cujus Feuda de proximiore in proximiorem successione transeunt, quousque Vasalli

Vasalli linea, cui Feudum cessit, morte ab illo descendentium tam Masculorum, quam fœminarum omnino sit vacua.

Petrus de Mean. *in Epit. tit.* 13. *des successions és fiefs Artic.* 4.
Attestata Curiæ sup. Feud. Princip. Leod. Anni 1564. 20. *Aprilis*, 1565. 15. *Aprilis cum pluribus aliis.*

Adeoque, quamdiu una Linea adhuc existit, vi harum Patriæ Leodiensis Consuetudinum excluditur altera Linea remotior. NB. *nulla gradus, sexus, aut ætatis habita ratione respectu existentium in alia ulteriori linea, utpote quos Vasallus lineæ, cui Feudum cessit, etiam gradu remotior, fœmina & ætate minor excludit.*

Dn. de Mean. *dict. observat. num.* 7.

Hisce ergo ita prænotatis ad nostram Facti Speciem transiliendo, hæcque ad illam applicando, provocamus ad Genealogiam sub Quadr. Actorum modernorum [43] vi cujus Dominus de Bronckorst cum Uxore Petronella de Braet post se reliquerunt quatuor filios, & tres filias, filium scilicet natu majorem, *Wilhelmum* de Bronckorst, cujus tota linea cum *Hermanno Theodoro* unico filio improle mortuo penitus exstincta est. Deinde *Carolum* de Bronckorst secundo genitum, qui ex Alverta de Flodorff filium habuit *Maximilianum*, ex quo, & ex prima ipsius Uxore, Agnete de Kettler, lucem hujus mundi vidit primo Anna Maria Sidonia nata de Bronckorst, *Florentio* de Merode nupta, quæ genuit *Maximilianum* Comitem de Merode, hic vero modernum Illustrissimum Dominum Reum. Secundo Johannam de Bronckorst consociatam Domino Comiti de Horn, & tertio Agnetem de Bronckorst Sociam Conjugalem Baronis de Heyden; ex altera vero Uxore Anna de Storm natum *Wilhelmum Fridericum* de Bronckorst ex post absque liberis defunctum cum duabus adhuc Sororibus. Tertius autem filius præfati *Hermanni* fuit *Theodorus* de Bronckorst, & denique quartus *Gisbertus* de Bronckorst, qui similiter in cælibatu fuerunt mortui. Filiæ autem post ipsos genitæ fuere, & quidem prima Catharina de Bronckorst maritata Domino de Gelsanck, secunda Sisiverna de Bronckorst, & tertia seu ultima prædicta Elisabetha Margaretha nupta Domino *Gerhardo* de Luxenburg, cujus Pronepos pro nunc est modernus Dominus Actor, sustinens, se Illustrissimo Domino Reo quoad hæreditatem Domini *Hermanni* uno gradu esse proximiorem, adeoque ad Dominium de Stein præ ipso admittendum, verum nullo plane Jure, imo contra præallegata Jura & Consuetudines Leodienses notorias: utpote vi quarum durante & florente adhuc Linea anteriore posterior, & quidem omnium ultima, nullum in hisce Feudis Leodiensibus Jus prætendere potest. Esse autem hanc ultimam Lineam, ac prædicti Domini *Maximiliani* suam in Illustrissimo Domino Reo seu Marchione de *Westerloo*, tanquam Comite de Merode, adhuc subsistere, ex prætacto Schemate per se patet, ita ut nulla amplius indigeat probatione, præsertim cum huic Schemati ex parte Domini Actoris nunquam adhuc fuerit contradictum, nec contradici possit.

Nec quidquam contra hæc in contrarium movet, quod scilicet hic pro objecto litis non habeamus Feudum aliquod Leodiense, sed Lossense, cujus qualitas & conditio autem a Feudis Leodiensibus plane esset distincta, adeoque cum illis non confundenda; eo quod Feuda Leodiensia juxta tradita sint Feuda ex pacto & providentia majorum descendentia, regulata ad Jus Commune Feudale, excepto eo, quod etiam fœminæ in illo succedant, ita ut prima Linea semper præferatur secundæ, & hæc deinde tertiæ & quartæ, ac sic deinceps; Feuda autem Lossensia ab hisce Leodiensibus essentialiter differant, utpote quorum Jus idem esset ac Bonorum Allodialium & Censualium, quorum vigore Jus illi, qui proximior ultimo defuncto est, deferretur, ita ut Consobrinus excluderet proximum Sobrinum, aut remotiori gradu Agnatum Cognatamve, cum hæc Feuda ab Hæreditariis non distinguerentur, nisi quoad consensum Domini directi, ac proinde id, quod de Feudis Leodiensibus Juris est, ad hæcce Lossensia applicari non possit,

de Mean. *dict. part.* 1. *observat.* 7.

nam sufficit, quod Dominus *Hermannus* tanquam Sator omnium Bronckorstianarum Familiarum & tanquam primus Conditor universalis, graduati, & perpetui hujus Familiæ Fideicommissi, voluerit juxta hæc Statuta Leodiensia testari, cujus ultima voluntas nunc pro Lege est, & in judicando necessario pro regula & norma haberi debet,

Knipschild. *de pact. Famil. Illustr. cap.* 3. *num.* 44. *cap.* 6. *num.* 3. *&* 13. *cap.* 8. *num.* 85. *& cap.* 11. *num.* 14. 167. *&* 269.

veluti qui rebus suis, quam voluit, Legem dare potuit.

Novell. 22. *cap.* 2. *L.* 120. *ff. de verbor. signif.*

Ita ut circa modum & formam desuper præscribendi ac prætereundi ordinem tam Juris Communis, quam Statutorum Lossensium, illimitatam habuerit facultatem & potestatem.

citat. Knipschild. *de Fideicommiss. Person. Illustr. cap.* 9. *num.* 1.

Quod autem quoad Baronatum de Stein, & quoad reliqua sua omnia Bona, seu quoad totam suam hæreditatem, sese Legibus & Statutis Patriæ Leodiensis in omnibus confirmaverit, tabulæ ipsius ultimæ vi Octrojæ sub Quadrang. Actorum modernorum [44] solenniter & in forma probante confectæ, ac ab adversa parte, saltem quoad suam formalitatem non oppugnatæ, ad litteram contestantur; ita enim in hisce Tabulis tam ipsemet, quam Uxor ipsius disposuerunt, ac enixe voluerunt (legatur istud Testamentum sub Quadrang. dictorum Actorum [45]

„ Ut NB. *post obitum* demum utriusque Con-
„ jugis primo Filius ipsorum primogeni-
„ tus *Wilhelmus* Jure *Hæreditario & in*
„ *perpetuum* possideret Castrum & Domi-
„ nium de Batenburg, cum Dominis de
„ Loor, Horsen & Lynden, NB. *nec non*

Domi-

„ *Dominium de Stein &c.* Filius vero se-
„ cundo genitus *Carolus* haberet in per-
„ petuum Dominium de West & Beren-
„ trecht cum suis appertinentiis &c. ter-
„ tius autem filius *Theodorus* in potestate
„ haberet Bona Bustanica cum censu an-
„ nuo 100. Florenorum ex Dominio de
„ Stein, a filio *Wilhelmo* exsolvendorum:
„ quartus denuo filius *Gisbertus* posside-
„ deret reditus in Hurelem &c. cum ul-
„ teriori hac conditione, ut, si filius
„ *Wilhelmus* NB. *absque Prole legitima*
„ discederet, Frater ejus *Carolus* ei-
„ dem in Dominio de Batenburg tam
„ quoad *Feudalia*, quam quoad *Allodia-*
„ *lia*, succederet, Dominium vero de
„ Stein deveniret ad filium *Theodorum*,
„ ea lege, qua *Carolus* ipsa possedisset;
„ mortuo autem *Carolo* ante Fratrem su-
„ um *VVilhelmum* NB. *absque Prole le-*
„ *gitima*, ei succederet filius *Theodorus*
„ in Dominio de West-Berentrecht, &
„ Castro ac Bonis Wychen, Bona vero
„ Bustanica pervenirent ad filium *Gisber-*
„ *tum* &c. existente autem casu, quo
„ omnes quatuor filii NB. NB. *absque*
„ *Prole legitima* e vivis discederent, *tunc*
„ *demum veniret* ad filiam Sisiver-
„ nam, si in vivis existeret, Dominium
„ de Batenburg: altera vero filia Elisa-
„ betha Margaretha haberet Dominium
„ de Stein, tertia autem Catharina omnia
„ Bona, quæ filius *Carolus & Gisbertus*
„ possedisset &c. & hæc omnia cum hac
„ expressa conditione, *ne quilibet libero-*
„ *rum dicta Bona aggravaret, obligaret,*
„ *aut alienaret.*

Cum vero ex hoc reciproco primorum constituentium ultimo elogio fateri necesse sit, quod (1.) omnia sua Bona diviserint *inter filios*, & non inter filias, ita ut (2.) Dominium quæstionis possideret filius ipsorum primogenitus NB. *in perpetuum*, id est, usque dum absque *Prole legitima* discederent, seu usque dum tota ipsius successio vel linea penitus fuisset exstincta (cum sub vocabulo, *Proles*, veniant omnes illi & illæ, qui & quæ liberorum appellatione continentur, tam Filii, quam Filiæ, tam Nepotes, quam Neptes, usque in infinitum.)

Baldus *in cap.* 1. *de grad. succes.*
Peregrinus *de Fideicommiss. Artic.* 22. *num.* 22. *& seqq.*
Fusarius *de Fideicommiss. subst. quæst.* 336. *num.* 1. *& seqq.*

Post hujus autem interitum (3.) non iterum filiæ, multo minus autem Elisabetha Margaretha, sed ipsorum filii omnia hæc Bona æque in perpetuum, & tamdiu, quamdiu ex illis legitima Soboles supereset, apud se retinerent, in iisque una linea post alteram succederet; (4.) vero filiæ, inter quas etiam Margaretha Elisabetha specifice enumeratur, non aliter & non citius ad illa ullum haberent accessum ac prætensionem, quam si *omnes quatuor filii* NB. *absque legitima Prole* e vivis discessissent.

Ita ut (5.) tunc tandem, prout verba desuper probata per se satis clara sunt, ad sæpefatam Elisabetham Margarethan devolveretur dominium de Stein. Sic vi hujus textus emphatici physice & naturaliter implicat, ut hic obtinere queat Successio juxta Statuta Lossensia, & juxta Consuetudines Feudales Lossenses, utpote quorum vigore alias & extra considerationem hujus Fideicommissi perpetui juxta Jura supra allegata omnes Filiæ cum Fratribus suis simul succes-sissent, & totam hanc hæreditatem æqualiter inter se divisissent: cum autem hoc facere ipsis a suis Parentibus in hoc Testamento expresse prohibitum, sed omnia Bona *ad majorem Stemmatis florem*, ejusque *continuationem* inter *solos Filios* divisa, & exstincto uno Stemmate hæc alteri in perpetuum consecrata fuerint, sic etiam omni dubio caret, hasce ultimas Tabulas juxta Statuta Leodiensia, & non Lossensia, conditas fuisse.

Id quod (6.) ulterius probatur per adversarias Replicas sub Quadrang. Actorum modernorum [49] in quibus Dominus Baro de *Kinsky* hoc saltem fatetur, quod scilicet Testamentum Domini *Hermanni* in se contineat formale aliquod Fideicommissum; adeoque, licet ibidem asserat, Dominum *VVilhelmum* per hoc nullo Fideicommisso fuisse gravatum, nisi in casu, quo sine legitima Prole discederet, quæ conditio autem per existentiam filii sui Domini *Hermanni Theodori* ex post cessasset, ac proinde existente hac conditione liberam disponendi facultatem habuisset, eo quod illa conditio primum hoc Fideicommissum non ampliasset, sed potius restrinxisset, ita ut illa prohibitio ad terminos Fideicommissi esset restringenda, quantumvis *amplis verbis de re in Familia conservanda fuisset concepta*, cum eo non obstante substitutioni inserviret, non autem dominaretur, per tradita

Grivellii *decis.* 22. *num.* 25. &
Deckeri *lib.* 2. *Dissert.* 1. *n.* 25. *&* 26.

Nam hoc ipso, quo largitur, hoc Fideicommissum Domini *Hermanni amplis verbis de Familia conservanda conceptum fuisse*, prout etiam in rei veritate ita conceptum fuit, ac florem totius Stemmatis pro sua unica causa principali & finali habuit, sic tam de facto, quam de Jure falsissimum est, ac si illud post nativitatem Domini *Hermanni Theodori* iterum cessasset, ita, ut de Dominio de Stein libere disponere potuisset, cum hic habeamus verum, absolutum, & formale Fideicommissum, reale, graduale, & perpetuum, quod per mortem unius Masculi non exspirat, sed ad finem totius agnationis usque durat ac permanet. Tale autem hic subesse probatur (1.) ex *L.* 94. *ff. de Leg.* 3. in qua ideo Fideicommissum inibi mentionatum habetur pro perpetuo, quia Testator petierat, ne res legata de nomine suo exiret, id quod idem dicere est, ne de nomine suo vel Familia nominis propter honorem nominis sui exiret, sed in Familia relinqueretur.

Addatur *L.* 88. *ff. de Legat.* 2.
Lucius Titius *L.* 77. §. *Fidei Heredem. &* §. *ab instituto. ff. de Legat.* 2.

Atqui Dominus *Hermannus* in dicto suo Testamento enixissime voluit, ut omnia sua Bona inter filios dividerentur, & in perpetuum apud ipsos ad majorem Stemmatis florem per-

manerent, & ut nonnisi exstincto toto Stemmate Masculino Filiæ in illa succederent, prout desuper provocamus ad ipsum textum nimis evidentem: Consequenter hic præ oculis habemus Fideicommissum formale & perpetuum, necdum adhuc finitum.

Quæ verissima hypothesis nostra probatur (2.) ex pluribus in hunc unicum finem inter prædictos filios suos factis substitutionibus, non ad certos gradus, sed in infinitum porrectis, scilicet usque dum posteritas primorum institutorum & proxime substitutorum, sive in Nepotibus, sive in Pronepotibus, sive in ulterioribus deficeret; qualem infinitam substitutionem Fideicommissum graduale & perpetuum involvere, docent

Faber *in Codicem lib. 6. tit. 22. de Fideicommiss. definit. 36.*
Dn. de Mean. *part. 3. observat. 311. num. 4.*

(3.) Probatur hujus Fideiommissi perpetui qualitas per verba illa emphatica, quod scilicet

„ Si Filius ipsius natu major *VVilhelmus* „absque *legitima Prole* moreretur, Bo„na sua relicta ad alios suos Fratres per„venirent, NB. *non autem ad Sorores,* „*& ad ipsarum liberos, nisi Fratribus* „*omnibus* NB. *absque legitima Prole mor*„*tuis &c.*

utpote quæ verba non possunt non involvere causam finalem, tractum temporis successivum in se habentem, adeoque constantem atque perpetuum.

Knipschild. *de Fideicommiss. Person. Illustr. cap. 6. num.* 106.

Maxime & cum (4.) huic Testamento inserta sit clausula hæc particularis de illa non alienando, hypothecando, aut quovis alio modo distrahendo; nam hoc ipso, quo Dominus Testator prohibuit, hæc Bona extra Familiam alienari, id efficere desideravit & voluit, ut Bona illa perpetuo in Familia manerent, & quamdiu aliqua Familia duraret, ad alios, qui non sunt de Familia ipsius, non devolverentur, sed perpetuo in illa manerent, consequenter, cum Domini Actoris Proavia Elisabetha Margaretha extra Familiam nupta non amplius fuerit de Familia Bronckorstiana, sed caput & finis istius Familiæ;

L. 19. §. *fin. ff. de verbor. signif.*
L. 25. §. 2. *ff. de Edict.*

Sic etiam in illa Bona, viventibus adhuc legitimis Prolibus ex Linea Domini *Maximiliani*, succedere non potuit.

Knipschild. *de Fideicommiss. Person. Illustr. cap.* 11. *num.* 169.

Multo minus autem (5.) Frater ipsius *VVilhelmus* in præjudicium reliquorum Fratrum & Agnatorum per suum Testamentum illa Bona in ipsam potuit transferre; aut desuper ipsam eventualiter casu necdum existente hæredem instituere; quamvis enim Fideicommissi perpetui Possessor (qualem tamen tempore conditi Testamenti necdum fuisse inferius probabitur) Dominium rerum Fideicommisso subjectarum obtineat, illud tamen solummodo ad vitam ipsius restrictum est, eoque moriente illud Dominium statim expirat, nec ad extraneos, sed ad proximos Agnatos, aut hisce deficientibus ad reliquos Liberos suæ lineæ pertinet, adeoque illa Bona huic Fideicommisso affecta neque per Testamentum, neque inter vivos, neque etiam per donationem mortis causa alienare, ac suæ Sorori Elisabethæ Margarethæ necdum vocatæ consecrare potuit, cum talis Hæredis institutio sit nulla, etiam respectu illarum, quæ extra casum Familiæ alias qua proximiores ab intestato successissent, ita ut nequidem proxime sequentem in Familia in tabulis Bonis hæredem instituere potuerit, eo quod supervacanea fuerit hæc institutio, cum nihil a Possessore in sequentem transferatur, & Fideicommissi Successor a primo Institutore institutus sit,

L. 67. §. 1. *ff. de Legat.* 2.

Ratio autem horum omnium est, quia in Bonis hisce Fideicommissariis omnibus de Familia non solum in rerum natura existentibus, sed etiam nascituris, Jus in spe acquisitum & radicatum fuit.

Knipschild. ad longum *de Fideicommiss. Person. Illustr. dict. cap.* 11. *num.* 176. *cum multis seqq.*

Ubi *num.* 201. dicit, quod nequidem majoratus Possessor possit sequentem Successorem in majoratu, in quo ex primi Institutoris dispositione successurus est, hæredem instituere.

Nec quidquam (6.) in contrarium faciunt allegatus ex adverso Grivellius & Deckerus, utpote qui non loquuntur de Fideicommisso perpetuo, sed solum de tali hærede Fideicommissario, in cujus solius favorem alienatio rerum Fideicommisso relictarum prohibita fuit.

Nec quoque (7.) obstat, quod prohibita alienatione Bonorum extra Familiam, ut in Familia conserventur, nihilominus gravatus propriam Filiam aut Sororem instituere possit, prout hanc sententiam tuentur Bartolus, Baldus, Salicetus, & plures alii a Knipschild. *dict. cap.* 11. *num.* 167. relati; nam ipsemet *num.* 197. ad hæc solide respondet, quod scilicet illorum autoritates & rationes omni fundamento & ratione essent destitutæ, adeoque non attendendæ, maxime cum contrarium sentientes loquerentur de simplici alienationis prohibitione, quæ non fit respectu Familiæ & agnationis conservandæ causa, sed quæ in favorem solius instituti facta est.

Non etiam (8.) quidquam refragatur, quod Dominus Testator *Hermannus* instituerit primo Filios suos Masculos, & ipsorum Proles, ac insimul etiam Masculis decedentibus substituerit ipsis suas Filias, aut illarum Proles, nam nihilominus adhuc manet hoc Fideicommissum perpetuum.

Knipschild. *de Pact. Famil. Illustr. cap. 6. num.* 118.
de Mean. *dict. observat.* 311. *num.* 13.

Cum Fideicommisso Familiæ etiam Filiæ involvi & immembrari possint. Consequenter ex hisce deductis finaliter concluditur, primum hunc titulum in finem instituendæ rei vindicatio-

cationis allegatum fuisse nullius momenti, hancque secundum *Wilhelmi* institutionem omnino inutilem.

per *L.* 67. §. 1. *ff. de Legat.* 2.
Knipschild. *de Fideicommiss. Person. Illustr. dict. cap.* 11. *num.* 185. *&* 219.

Ac proinde hanc litem contra Illustrissimum Dominum Marchionem desuper motam ex hoc quoque capite fuisse omnino frivolam & temerariam.

§. III.

Similis quoque, imo adhuc pejoris farinæ est alter ille Titulus, nempe producta illa Renunciatio conditionalis & reservatoria sæpe mentionatæ Elisabethæ Margarethæ, tum (1.) ob non habitam renunciandi potestatem in præjudicium agnationis tum temporis adhuc existentis, & in damnum descendentium ex Domino *Maximiliano* progenitorum, in hodiernam usque horam adhuc viventium.

per *Jura modo allegata.*

Tum (2.) quod proprius Elisabethæ Margarethæ Maritus, Dominus *Gerhardus* de Luxemburg (cujus factum Dominus Actor pro nunc qua confessatus ipsius Hæres præstare tenetur) in suo scripto ab ipso ad Acta priora fol. 179. 192 & 193. exhibito hanc Renunciationem jam dudum declaraverit pro invalida, & ipso Jure nulla, idque ob veram hanc rationem, & causam, quia nempe

„ Illa in ipsius minorennitate absque Decre-
„ to Domini Judicis interveniente fuisset
„ fabricata.

Tum (3.) propter ipsas Consuetudines Lossenses, nam licet ad ineundos Contractus inter vivos circa Feuda Lossensia veluti ad celebrandas emptiones, donationes, dationes in emphyteusin &c. non requiratur Consensus Principis expressus, sive Octroja,

de Mean. *part.* 5. *observat.* 543. *num.* 12.

pro forma tamen requiritur, ut tales Contractus saltem coram Camera Feudali, a qua moventur, vel dependent, prius insinuentur.

citat. de Mean. *ibid.*

Hanc autem Transactionem Curiæ Lossensi insinuatam non fuisse, patet ex ipsius subscriptione, utpote quæ docet, illam Aquisgrani Anno 1657. 5. Maji a simplici Notario Guilielmo Loneir in præsentia Testium Beus Doctoris Juris, & Wilhelmi de Haren, conscriptam fuisse; adeoque, licet originaliter fuerit exhibita, nullius tamen est momenti, sed juxta propria adversaria concessa fuit ipso jure nulla, ac propterea a proprio Domini Appellantis Proavo revocata, nec non ex novo hoc capite nulla, quia tum temporis Filia renuncians fuerat minorennis, vid. dict. pag. Actor. prior. 197. Consequenter nec illa ad obtinendam victoriam quidquam conferre, multominus in hunc finem pro titulo legali allegari potuit; ita ut etiam ex hoc capite instituta adversaria actio fuerit omnino temeraria.

§. IV.

Ratione vero tertii Tituli, nempe Pactorum Nuptialium, inter hosce suos Proparentes celebratorum, & similiter ad Acta priora fol. 63. usque 67. productorum ultro agnoscit Dominus Actor, hunc titulum ipsi ad scopum suum prodesse haud posse, unde etiam plus vice simplici in Actis utriusque Instantiæ contestatur, quod sese solummodo fundaret in prætacta Renunciatione suæ Proaviæ, vid. Quadrang. Actorum modernorum [16] in principio & in Testamento Domini *Wilhelmi*, partim quod in illo Instrumento nihil specifice habeatur de Dominio hoc quæstionis de Stein, partim autem, quod ad validitatem horum Pactorum necessarius fuerit præambularis Consensus Domini Episcopi Leodiensis, tanquam Comitis Lossensis.

In terminis de Mean. *part.* 5. *dict. observat.* 543. *num.* 3. *&* 10.

Illum autem consensum consistere in mero ente rationis, ipsemet textus harum tabularum per se probat, cum illum tum temporis non interveniisse ultro fateatur, ac ejusdem futuram adhuc impetrationem simpliciter promiserit. Imo ultimus hic Titulus tanto minoris ponderis est, quo sinceriori & fideliori calamo in his Replicis sub Quadrang. Actorum modernorum [49] ultro fatetur:

„ Ipsum hoc Dominio aliter potitum non
„ esse, aut potiri potuisse, quam Jure
„ memorati Contractus, sive per jam pro-
„ prio calamo annullatam Renunciatio-
„ nem.

Quod autem in illam, prout hoc in prædictis Replicis asseritur, consenserit Dominus *Hermannus Theodorus*, tantum abest, ut nec verbulum quidem de illo in hoc instrumento aut etiam alibi in Actis reperiatur, ita ut novum exinde falsissimi Tituli habeamus argumentum,

juxta *L. si ancillam. Cod. de contrahend. empt.*

Maxime cum Dominus Actor in suo Instrumento fol. Actor. prior. 163. & seqq. ulterius fateatur, quod scilicet Dominus *Carolus* de Bronckorst, qui fuit Atavus Illustrissimi Domini Rei, a Domina Elisabetha Margaretha titulo emtionis hanc Dynastiam quæstionis obtinuerit, mediante annuo Reditu quadringentorum Florenorum, ac quinque Millibus aliorum Florenorum; si ergo hoc Dominium obtinuerit titulo emptionis, tunc tanto magis cessaret actio rei vindicatoria, si vero hic Contractus veniat sub nomine prædictæ Renunciationis, tunc jam modo demonstratum est; illam non solum ob defectum Solennium fuisse ipso Jure nullam, sed etiam a proprio Domino suo Marito pro nulla & irrita judicialiter declaratam; ita ut, sub quocunque etiam nomine istud Pactum venditetur, Dominus tamen Baro de *Kinsky* nihil omnino ex illo consequi possit. Non etiam ex hoc, si forsan dicere vellet, quod saltem ratione Allodialium hæc Renunciatio fuisset valida, eo quod illa Statutis Lossensibus non fuerit subjecta; nam prout modo probatum est, ob Fideicommissum perpetuum super hac Hæreditate in præjudicium reliquorum Hæredum & Agnatorum non potuisse transigi, & ipsummet Domini Actoris Proavum hunc Contractum annullasse ac pro irrito declarasse,

Fideicommissum autem *Hermanni* non solum super Feudalia, sed etiam super Allodialia ubicunque sita, adeoque etiam super illa, quæ spectant ad Baroniam de Stein, constitutum fuisse, sic etiam horum ratione initum hoc Pactum debuit esse omnino nullum: non obstante, quod hæc declaratio nullitatis non fuerit facta coram hisce Instantiis, sed Bruxellis in alio Judicio, quæ regulariter non probat,

Mevius *part.* 4. *decis.* 401.

cum sufficiat, quod se ipsum pro nunc in hac & in aliis suis Documentis fundaverit, illamque quoad suam formam per se subsistere non posse incusaverit.

Nec refert, quod Illustrissimus Dominus Reus saltem qua Hæres Domini *Maximiliani* in hoc passu teneretur præstare ipsius factum.

L. 14. *Cod. de rei vindicat.*

L. 149. *ff. de Regulis Juris.*

Maxime cum in suis Triplicis sub Quadrang. Actorum modernorum [35] confiteatur, se hoc Dominium ab ipsis tanquam a Patre per divisionem inter ipsum & Dominum Fratrem factam obtinuisse: nam (1.) hanc confessionem in suis Exceptionibus circa causam principalem sub Quadrang. Actorum [42] antequam illam pars adversa acceptaret, prout etiam hanc nunquam acceptavit, iterum revocavit, asserens, se illa Bona a dicto *Maximiliano* non in qualitate Hæredis accepisse, sed alio titulo particulari, quia nempe tres ipsius Filias prioris Matrimonii elocasset, factam autem confessionem in Judicio non aliter præjudicare posse, quam si a parte fuerit acceptata, tradit

Mynsinger. *centur.* 4. *observat.* 51.

Franciscus Marcus *part.* 1. *decis.* 246.

Secundo ex hac confessione, se a Patre accepisse hoc Dominium, & illud in divisione cum Domino Fratre obtinuisse, non statim sequitur, ipsum etiam fuisse factum Hæredem Domini *Maximiliani*, cum proprio Jure, scilicet vi Fideicommissi *Hermanni* una cum Domino Fratre ad illud pervenire potuerit, & actu pervenerit, ac exinde Jus quæsitum habuerit. Cum ergo utrumque subsistere possit, ut scilicet illud a prædicto Domino *Maximiliano* acceperit, & nihilominus non titulo Successionis respectu ipsius ab intestato, sed ex prædicto Fideicommisso universali obtinuerit, sic etiam hujus ambiguæ confessionis nulla plane vis est, sed potius illa in favorem confitentis semper interpretanda.

Mevius *part.* 6. *decis.* 304. *num.* 5. *&* 6.

Deinde Tertio, si etiam ex suppositio Hæres Domini *Maximiliani* factus fuisset, nulla tamen ex illa Transactione obligatio transiret in Dominum Marchionem, utpote qui semper illam nihilominus qua talis adhuc impugnare posset: tum (1.) propter *L.* 69. §. 3. *ff. de Legat.* 2. vi cujus res Fideicommisso Familiæ subjecta, licet ab omnibus de Familia consentientibus alienata fuerit, talis alienatio non ligat Filios, multo minus Nepotes ex ipso Alienatore ex post natos, utpote qui semper rem repetere & vindicare possunt.

Knipschild. *de Fideicommiss. Person. Illustr. cap.* 11. *num.* 394.

Ubi per plurimas Doctorum Autoritates hanc Sententiam confirmat, & in specie per *Alexandrum*, *Nattam*, *Peregrinum*, & alios &c. statuentes, hæredem Fideicommissum a Patruo alienatum semper recuperare posse, etiamsi post alienationem factam natus sit.

Ibid. *num.* 305.

Et quidem ob hanc evidentem rationem, quia nempe Fideicommissi Institutor ipsa Bona Fideicommissaria in Familia permanere, & ad omnes de Familia in infinitum pervenire voluit, atque ideo ex ipsius intentione Jus in Bonis istis quæsitum habet, quod ipsi invito auferri non potest.

Tum (2.) quod Renunciatio Fideicommissi a Patre vel Avo facta Filio vel Nepoti post Patrem aut Avum ordine successivo vocato non noceat, sed illa Renunciatio valeat tantum in præjudicium renunciantis, non vero sequentium, cum nemo alieno Juri renunciare, nec pactionibus Jus alterius lædere possit, neque Hæres valeat per Actus voluntarios præjudicare Fideicommissariis & Substitutis.

Peregrinus *de Fideicommiss. artic.* 52. *num.* 81.

Knipschild. *de Fideicommiss. Person. Illustr. dict. cap.* 11. *num.* 399. *&* 400.

Fusarius *de Fideicommiss. substitut. quæst.* 588.

Ubi dicit, quod primus Fideicommissarius non possit repudiare Fideicommissum in præjudicium reliquorum.

Tum (3.) quod dicta Regula, quod Hæres teneatur præstare factum defuncti, obtineat solummodo quoad portionem, pro qua factus est hæres, ad quam proprio Jure jam antecedenter qualificatus fuit; cum respectu hujus habeatur pro extraneo, non autem quoad illa Jure proprio ad illum spectantia.

Fusarius *quæst.* 557.

Knipschild. *citat. loc. num.* 407.

Tum (4.) quod hæres nunquam teneatur præstare factum defuncti in iis, de quibus libere disponere non potuit, maxime si factum defuncti sit contra Legis præcepta, atque adeo vel ipso Jure, vel per modum exceptionis invalidum.

L. fin. Cod. de his, quæ pœn. nom.

Afflict. *decis.* 240.

Grassus §. *Hæreditas. quæst.* 12. *vers. Stat ergo firma conclusio.*

Ubi refert, ita omnes tenere.

Tum (5.) quod in omnibus actibus nullis, hæres semper defuncti facto contravenire possit, jam autem factam alienationem contra Fideicommissum Familiæ, talem prohibens, esse ipso Jure nullam, ex plurimis probat

citat. Knipschild. *Fideicommiss. dict. cap. num.* 13.

Consequenter Illustrissimus Dominus Marchio, si etiam Dominum *Maximilianum* in hanc alienationem consensisse probari posset, prout hoc non potest, huic adhuc contradicere posset, nec ad ejus observationem teneretur.

Præ-

Præsertim cum (6.) in tali casu nullo quisque consentiens etiam facto proprio contravenire possit.

Fusarius *quæst.* 717. *num.* 3.

Knipschild. *dict. cap. num.* 410.

Nec in hoc casu (7.) dici potest, quod hæres facto defuncti contraveniat, quoniam defunctus alienans de Jure tantum suo, non vero de alieno in dubio consensisse, & Jus tantum, quod in re ista habuit, concessisse, nec ultra hoc sibi vel hæredi præjudicare voluisse censetur.

Knipschild. *ibid. num.* 413.

Nec (8.) hisce adversatur altera illa confessio, quod scilicet Dominus Illustrissimus Reus citato loco contestatus fuerit, se illa Bona non in qualitate hæredis Domini *Maximiliani*, sed titulo particulari propter solutas Filiabus *Maximiliani* dotes possidere, eo quod primum assertum confirmet Sententiam, modo optimis Juris textibus & Dd. Sententiis confirmatam, & in Summis Imperii Judiciis receptam, per secundum vero non destruatur titulus ex primordiali hoc Fideicommisso certus & in æternum usque firmiter radicatus: cum in Duplicis jam tum satis superque demonstratum sit, & inferius ulterius adhuc demonstrabitur, partem conventam, prout pluribus Exceptionibus, sic etiam pluribus titulis ad elidendam actionem excipiendo se contra hanc tueri, atque defendere posse.

In quantum itaque ex allegatis desuper Actis, nec non ex propriis adversariis telis, uti & ex invincibilibus Juris argumentis luce meridiana clarius apparet, ratione hujus adversariæ prætensionis, ne umbram quidem alicujus, multominus autem legalis tituli adfuisse, in tantum nunc illa resolutio haud amplius difficilis est, an scilicet actio desuper instituta fuerit fundata nec ne?

§. V.

Quamnam autem desuper Dominus Actor actionem instituerit, ex Actis utriusque Instantiæ per se patet, in omnibus siquidem suis Scripturis tam quoad medium concludendi, quam quoad ipsam conclusionem constanter sese fundat in actione rei vindicatoria, (vid. Acta, præcipue vero Exceptiones adversariæ in Actis modernis sub Quadrang. [16] verbis:

„Se desuper instituisse contra Dominum Du-
„cem Holsatiæ, ejusque Dominam Uxo-
„rem *actionem rei vindicatoriam*, ac se
„desuper fundasse tam in præallegata Re-
„nunciatione suæ Proaviæ de Ao. 1576.
„quam in aliis Documentis, in hunc fi-
„nem originaliter productis.

Secundo Replicæ sub Quadrang. Actorum modernorum [49] verbis:

„Adeoque saltem ratione hujus ipsi compe-
„tiisse actionem realem, post conditio-
„nem hanc nunc adimpletam, præsertim
„ad §. 2. *Institut. de Legat.* idque tanto
„magis, quia ratione Fideicommissi Fi-
„deicommissario non solum competeret
„actio ex Testamento, sed etiam *rei vin-*
„*dicatio.*

Et adhuc in ulterioribus verbis &c.

„Cum actio realis tenderet contra solum
„fundi Possessorem, imo nequidem contra
„ipsum hæredem instituenda esset, nisi
„ipsemet possideret.

L. 42. *ff. de rei vindicat.*

L. 3. *Cod. eod.*

Cum ergo hæredem Fideicommissarium æque, ac Feudi Successorem, rem ab alio possessam vindicare posse, extra omnem controversiam sit.

Struvius *de Feud. cap.* 16. *Aphorism.* 2. *num.* 3.

Knipschild *de Fideicommiss. Person. Illustr. cap.* 13. *num.* 17. *& seqq.*

Sic ulterius examinandum est, an instituta hæc actio alicui fundamento innitatur, an vero frivole & temerarie instituta, ac proinde penitus elisa sit? ad quod accurate cognoscendum, huc repetuntur præprimis illa, quæ in hunc finem in Duplicis sub Quadrang. Actorum modernorum [52] ex Jure modo deduximus; scilicet, ut Actor per institutam hanc rei vindicationem in causa obtineat, omnino necessariam esse probationem veri & legalis tituli, quo prætensum suum Dominium non solum coloret, sed plenarie & legaliter justificet, cum illa actio detur soli & vero Domino ad id, ut illius rei, de qua litigatur, Dominus declaretur, eaque sibi a detinente illam restituatur, idque juxta propria ipsius in Actis ubique petita.

§. 1. *Institut. de action. L.* 4. *&* 23. *ff. de rei vindicat.*

Stryckius *in sua Dissert. de necessitate edendi titulum possess. cap.* 2. *num.* 108.

Et quod agens ratione alicujus Fideicommissi teneatur præprimis probare titulum verum & legalem, ac docere particulariter, quo jure illud acquisiverit,

dict. L. 23. *ff. de rei vindicat.*

ita ut non sufficiat desuper allegare & probare titulum præteritum, sed oporteat docere de præsenti;

Carpzov. *part.* 1. *const.* 16. *num.* 24. *definit.* 24.

Nec hoc quidem sufficit, sed insimul etiam probari necesse est, Dominium jam antecedenter ab ipso acquisitum fuisse, eo quod ex solo Dominio nemo fiat Dominus, nec per nuda Pacta, sed per traditionem Dominia acquirantur;

L. 20. *Cod. de Pactis.*

Mevius *part.* 3. *decis.* 291.

Nam licet alias in rebus hæreditariis Dominium defuncti transeat in hæredem ipso jure;

L. 50. *ff. de rei vindicat.*

in Fideicommissis tamen hoc ex tunc demum fit, si res Fideicommisso subjecta primo hæredi Fideicommissario post obitum instituentis jamtum semel fuerit restituta, cum in hoc solo casu ipso jure illud transeat in reliquos substitutos, neutiquam vero, si primo acquirenti nulla adhuc fuerit facta traditio;

post Peregrinum & Fusarium Knipschild. *de Fideicommiss. Person. Illustr. cap.* 13. *num.* 8.

Hondedæus *part.* 1. *consil.* 26. *num.* 14.

Ratio hujus est, quod illud Dominium, quod ex causa Fideicommissi ipso jure transfertur in Fideicommissarium, ex sola Juris Civilis causa quæratur, adeoque non censeatur deductum in effectum, vel effectum habere possit, nisi etiam subsecuta actuali possessione per apprehensionem, utpote qui modus est acquirendi rerum Dominia de Jure Gentium.

Peregrinus *de Fideicommiss. artic.* 52. *num.* 130.

Ita ut post apertum demum Fideicommissum exinde resultet ille effectus, ut nempe quis illud adeundo & apprehendendo consequatur.

L. 151. *ff. de verbor. significat.*

Cum effectus non causetur ex simplici delatione, sed ex ipsa consecutione.

de Mean. *part.* 1. *observat.* 75. *num.* 61.

Quamvis ergo Dominus Baro de *Kinsky* provocaverit desuper ad Fideicommissum illud particulare Domini *VVilhelmi*, per quod alias Dominium ipso jure recensito modo transferri potuisset;

Knipschild. *de Fideicommiss. Person. Illustr. dict. cap.* 13. *num.* 14.

Et ad factam Proaviæ suæ Renunciationem, nihilominus tamen in anteriori quæstione jamtum demonstravimus, hos titulos non fuisse titulos veros, nec legales, sed invalidos & ipso jure nullos; eo quod neque *Wilhelmus* in præjudicium primi Fideicommissi & in Dominorum in illo substitutorum damnum testari æque minus, ac Elisabetha per suam Renunciationem ipsis præjudicare potuerit. Adeoque hi tituli ad triumphandum per hanc actionem nihil plane ad rem faciunt, cum Illustrissimus Dominus Reus habeat titulum longe fortiorem & antiquiorem, scilicet Fideicommissum Familiæ perpetuum & graduale Domini *Hermanni*, primi Bronckorstiani Fideicommissi Conditoris & Institutoris.

Secundo per primas hasce Tabulas sub Quadrang. Actorum [45] evincimus, Conjuges testantes, & hoc Fideicommissum instituentes, expresse non voluisse citius hæc Bona devenire tam ad Filium primogenitum *Wilhelmum*, quam ad reliquos Filios & Filias ex illis descendentes, nisi post omnium mortem, sed quod ultimus vel ultima Superstes illa retineret ad dies vitæ, idque cum speciali hac clausula, istud Fideicommissum amplificandi, restringendi, & pro lubitu suo mutandi.

Prout etiam Tertio tam Dominus *Wilhelmus*, quam etiam Soror ipsius Margaretha Elisabetha in suo respective prætenso Testamento & Pacto Renunciatorio superius allegatis ultro fatentur, in temporibus illis, quibus hæc lucem viderunt, Dominam Petronellam de Praët adhuc fuisse in vivis, ac omnia hæc Bona adhuc possedisse, & quod consequenter illorum Dominium neque in *VVilhelmum*, neque etiam in præfatam ipsius Sororem translatum fuerit, ex quibus ergo ulterius sua sponte sequitur, quod, cum necdum fuerint ipsorum Domini, nec ullam adhuc desuper possessionem acquisiverint, sic illam etiam juxta Jura modo allegata in suos hæredes non transferre, multominus illi horum ratione hanc actionem rei vindicatoriam instituere potuerint, idque etiam Quarto ex hac speciali ratione, quia tum temporis Dominus *VVilhelmus* necdum obtinuerat realem successionem, sed simplicem solummodo habebat spem succedendi, quæ autem tota dependebat ab eventu, & nihil juris in re vel ad rem admixtum habebat, hocque tanto minus, cum etiam Feudi antiqui respectu, Vasallo non sit Jus quæsitum in re, sed tantum in spe; nam licet habeat spem primi acquirentis, illa tamen necdum dicitur in Bonis nostris, non magis, quam Jus adeundi hæreditatem.

de Mean. *part.* 1. *observat.* 4. *num.* 16.

Si ergo, vivente adhuc Matre, neque *Wilhelmus* in præjudicium reliquorum Agnatorum & Substitutorum quidquam in Sororem Elisabetham Margarethan, neque illa ad suos hæredes transmittere potuit, nec unquam valide transmisit, sic etiam Dominus Actor ob defectum Dominii & actualis translationis non potuit instituere contra Illustrissimum Dominum Marchionem hanc actionem rei vindicatoriam.

Nec obstat Quinto, quod saltem videatur spes quæsita ex Pacto primi investiti, quæ semper transmittitur, licet Pactum sit conditionale; nam cum Dominus Actor se non fundet in hoc Pacto, seu in Fideicommisso perpetuo Domini *Hermanni* (legantur Replicæ in causa principali Actorum modernorum sub Quadr. [49] in principio) sic etiam illud pro se allegare non potest. Deinde hæc spes ex conditionali hoc elogio non transmittitur indistincte, sed tum demum, si modo conditio, quæ non exstat tempore mortis, postea existat, secus autem, si illa adhuc deficiat.

de Mean. *dict. part.* 1. *observat.* 4. *n.* 17.

Jam autem (prout hoc factum esse aperte constat per mortem Domini *VVilhelmi* ante suam Dominam Matrem & per Elisabethæ Margarethæ Renunciationem, ipsa adhuc vivente factam, hujus Feudi successio tunc temporis necdum qualificata erat; consequenter etiam nullæ fuere illæ dispositiones, nec ullum per has Dominium in suos posteros translatum fuit, aut transferri potuit, adeoque etiam nulla est illa actio desuper temerarie instituta. Ob quam causam etiam citatus de Mean *dicto numero* expresse docet, quod vocati ex Testamento vel Pacto alterius, si præmoriantur illi, qui post ejus mortem vocati sunt, spem ex tali Testamento vel Contractu non transmittant in suos hæredes, eò quod deficiat conditio.

Imo si etiam Sexto istud Dominium de Stein ante mortem Matris translatum fuisset in Dominum *VVilhelmum*, & Domina ipsius Mater non habuisset dominium omnium horum Bonorum, sed nuda solummodo fuisset illorum usufructuaria, prout hoc false & contra Testamentum ipsius asseritur in dicta Transactione, nihilominus tamen in præjudicium proprii Filii & reliquorum Fratrum ac Agnatorum nihil potuisset horum ratione in alios transferre per *Jura supra allegata*; omnium autem minime illud facere potuisset Elisabetha Margaretha per suam Renunciationem, veluti non insinuatam,

nec

nec a Curia Lossensi confirmatam, & propter suam tum temporis confessatam in Actis adhuc minorennitatem.

Quod autem Septimo fuerit, & usque ad suam mortem manserit Petronella de Praët, absoluta totius hujus hæreditatis Domina, nihilque desuper tempore facti hujus Testamenti Wilhelmiani proprietarie, vel Jure Dominii, in ipsum transtulerit, ex proprio ipsius Fideicommissi contextu evincitur, in specie per verba illa sequentia:

„ Omnia Bona *post obitum ultimi ex testan-*
„ *tibus Conjugibus* mortui, spectare & de-
„ volvere debuerint in modum inferius
„ declarandum.

Cum ergo Testatores Fideicommissum hoc instituentes loquantur de futura adhuc hujus Dominii translatione, sic sponte exinde sequitur, quod ante mortem Dominæ Petronellæ de Praët, & tempore conditi sui Testamenti, Dominus *Maximilianus* nullam adhuc habuerit horum Bonorum possessionem, consequenter etiam nihil de his in suam Sororem transferre potuerit; maxime ob verba illa ulteriora:

„ Ut non nisi NB. *post obitum utriusque*
„ *Conjugis* Filius hic *VVilhelmus* Bona hæc
„ quæstionis cum reliquis suis Fratribus
„ NB. *possidere debeat.*

Adeoque cum illo tempore hæc nondum possederit, hinc etiam illa non potuit transferre; expresse enim a primis hujus Fideicommissi Authoribus constitutum erat,

„ Ut ultimus ex ipsis Superstes diebus vitæ
„ suæ haberet, habeat, *possideret*, ac uti
„ posset omnibus Bonis, Dominiis, Do-
„ mibus, Feudis, atque Bonis propriis ubi-
„ que sitis.

Ita ut hæc Bona demum *post*

„ *Obitum ultimi* ex ipsis mortui NB. *devol-*
„ *vere & spectare debeant* ad Liberos ipso-
„ rum in modum & formam inferius de-
„ clarandam.

Qui modus quoad prædictum Dominum *VVilhelmum* nullus erat alius,

„ Quam ut post mortem demum utriusque
„ Filius ipsorum primogenitus *Jure* Hæ-
„ reditario & in perpetuum haberet, NB.
„ *ac possidere debeat* Dominium de Baten-
„ burg, Castrum & Urbem, omneque
„ Territorium, prout illa a Romano Impe-
„ rio Jure Feudi tenet, una cum Domi-
„ nio & Bonis de Loor, Horster & Lyn-
„ den, nec non omnibus Terris, Censi-
„ bus, & aliis ab ipsis Conjugibus con-
„ junctim ibidem emptis, & acquisitis,
„ singulisque Feudorum ac Bonorum hæ-
„ reditariorum proventibus & emolumen-
„ tis, in modum, *prout ea ipsi possident*,
„ & NB. *post obitum ipsi relinquent.*

In specie vero etiam inter hæc

„ Domum ac Dominium *de Stein*, quod Ju-
„ re Feudi tenebant a gratioso suo Domi-
„ no Episcopo Leodienti, qua Comiti Los-
„ sensi, sed

Iterum non aliter, *quam post mortem*

„ *Ipsorum hæreditarie* atque in perpe-
„ tuum.

Adeoque ex his iterum iterumque concludenter infertur, quod nempe de hoc Dominio ad ipsum in illo tempore necdum delato nihil in præjudicium præpositorum hæredum disponere, nec illud in suam Sororem transferre potuerat.

Knipschild. *de Fideicommiss. Person. Illustr. dict. cap. 13. num. 62.*

Id quod Octavo fortiori adhuc evincitur argumento, cum præfata Petronella Domini *VVilhelmi* Mater piissime defuncta adhuc in Anno 1593. ac proinde longe adhuc post conditum hoc Testamentum, & post prætensam hanc Elisabethæ Margarethæ Renunciationem, de tota hac hæreditate ulterius disposuerit, ac Domini Mariti Fideicommissum hoc universale per omnia confirmaverit;

Per quam declarationem & confirmationem quoque Nono ostenditur, falsissimum fuisse istud Domini *VVilhelmi* in suo Testamento retro allegato assertum, scilicet Dominam ipsius Matrem tum temporis fuisse horum Bonorum, & specifice Baronatus de Stein, nudam usufructuariam, cum illud possederit cum pleno dominio & proprietate.

Nec quidquam Decimo ad probandam hanc actionem conferre potest jactitata illa testandi facultas, desuper a Domino Episcopo obtenta, de qua similiter ibidem fit mentio: Præterquam enim, quod de illa plenarie necdum constet, sed solum relative, non etiam de hoc, an illa ipsi data fuerit, sic quoque talis Octroja non fuit tanti valoris ac potentiæ, ut per illam præjudicari potuerit reliquis Dnn. Agnatis, ex primo Fideicommisso Jus quæsitum habentibus.

L. 13. §. 1. ff. commun. præd.
Mevius *part. 1. decis. 56.*

Deinde undecimo prius probandum esset, illam Octrojam sese extendisse ad disponendum de Fideicommisso, eo quod de hac licentia specialiter constare debeat, cum licentia simplex non extendatur ad facultatem substituendi & condendi Fideicommissum.

de Mean. *part. 1. observat. 33. per tot.*

Nec hoc Duodecimo sufficeret, quia etiam debuisset adfuisse testandi Facultas in subjecto constituente, cum Princeps alicui concedere non possit facultatem disponendi super alia re, quam necdum habet.

Quod autem Dominus *VVilhelmus* Decimo Tertio illam tum temporis necdum habuerit, nec Celsissimus tum temporis Princeps ipsi talem Octrojam concesserit, ad oculum demonstratur ex Octroja de Anno 1599. a Domino *Maximiliano* obtenta sub Quadrang. Actorum modernorum [46] per quam illa Domino *Hermanno* anterius concessa ex omni parte fuit confirmata, quod fieri certe non potuisset, si Domino *VVilhelmo* in hujus præjudicium fuisset data licentia erigendi Fideicommissum particulare huic Paterno immediate contrarium.

Et cum Decimo Quarto tum temporis, scilicet in dicto Anno 1599. mortua tandem Petronella de Praët, Dominus *Theodorus* habuerit plenum hujus Dynastiæ seu Baronatus de Stein Domi-

Dominium, ac plenariam ejusdem Possessionem, nec non illud illamque per novum Fideicommissum universale sub Quadrang. Actorum [47] ad exemplum sui Domini Avi in Dominum *Maximilianum* moderni Domini Rei Proavum actualiter transtulerit, eodemque Juris titulo Dominus Marchio hoc Dominium per legalem successionem ab ipso acquisiverit, sic impossibile est, ut actio rei vindicatoria Domino Actori competere possit contra illum, qui fortiorem & longe antiquioremDominii titulum habuit, & vi illius hoc Castrum a tanto tempore quietissime possedit.

Facit ad hæc Decimo Quinto, prout id etiam in dictis Duplicis demonstratum est, quod scilicet Transactio facta super re liquida,& in præjudicium tertii proprio Jure succedentis inita, sit ipso jure nulla, nullusque ex illa validus titulus ad qualificandam hanc actionem allegari possit, cum materia Transactionis sit de re dubia, cui accedere debet obligatio ad dationem vel factum.

L. 1. *ff. de Transaction.*
L. 38. *Cod. hoc. tit.*

Jam autem Jus Domini Rei ex Testamento seu Fideicommisso Domini *Hermanni* respectu Domini Marchionis hic erat certissimum, & liquidissimum, nec ulla respectu Dominæ Elisabethæ Margarethæ obveniebat, nec adhuc obvenit obligatio; Consequenter ex hoc titulo ipso jure nullo non potest qualificari hæc actio rei vindicatoria, utpote quæ Decimo Sexto omnium minime obtinet in Fideicommisso Familiæ perpetuo & universali, cum sit species alienationis, quæ in hoc Fideicommisso juxta propria adversaria concessa a Dominis Testatoribus expresse fuit prohibita;

Knipschild. *de Fideicommiss. Person. Illustr. cap.* 11. *num.* 92.

Ita ut illa nequidem per autoritatem Principis, qua alias interveniente valere solet;

citat. Knipschild. *citat. ibid. num.* 10.

confirmari potuerit absque interessentium consensu.

Ibid. *num.* 196.
de Mean. *part.* 5. *observat.* 543.

Ubi dicit, quod nullæ Transactiones in Patria Leodiensi circa Feuda & Fideicommissa inter partes initæ valeant, nec transigenti Dominium attribuant, nisi apud Acta Curiæ Feudalis fuerint insinuatæ & confirmatæ.

Decimo Septimo tralatitium ex Jure est, quod super hæreditate non paciscí, nec transigi possit, nisi visis prius Tabulis Testamenti vel Fideicommissi,

per textum apertum *in L.* 6. *ff. de Transaction.*
Gail. *lib.* 2. *observat.* 139.

Jam autem neque Dominus *VVilhelmus*, neque etiam ipsius Domina Soror Elisabetha Margaretha tempore initæ hujus Transactionis, & tempore conditi Testamenti viderunt Fideicommissum Domini *Hermanni*, cum illud tum temporis adhuc fuerit in manibus Dominæ Petronellæ de Praët, consequenter etiam de illo non potuerunt inter se in præjudicium tertii transigere, ac hanc Transactionem per se nullam in vim tituli allegare, aut desuper actionem suam fundare.

Decimo Octavo fatetur Dominus Baro de *Kinsky* in suis Replicis sub Quadrang. Actorum modernorum [49] quod hæc Transactio non fuerit facta de hæreditate viventis, sed de hæreditate Domini *VVilhelmi* tum temporis jamtum defuncti, & solummodo NB. *de spe* ipsi succedendi. Consequenter hoc ipso etiam fatetur, quod sua Domina Proavia ac ipsius Successores tum temporis necdum habuerint hoc Dominium quæstionis; si ergo illud tum temporis necdum habuerint, sic etiam sponte sequitur, ex illa Transactione hanc actionem qualificari non posse, utpote quæ necessario supponit rei factam traditionem.

Nec hisce Decimo Nono refragatur, quod saltem Dominus *Maximilianus* fuerit respectu hujus Transactionis pars contrahens, ac quod proinde Illustrissimus Dominus Marchio, qua hæres sui Domini Proavi, ipsius factum præstare teneatur; nam jam ante negavimus, suppositum Dominum *Maximilianum* fuisse partem contrahentem, nec non in anterioribus ad longum probavimus, quod si etiam hæc qualitas ex adverso probari posset, quod tamen non teneretur Dominus Marchio ad præstationem ipsius facti, præsertim cum fuerit ipso jure nulla, imo si etiam, dato, non concesso, ad hoc teneretur, quod tamen post factam hanc Transactionem juxta propria concessa non fuisset facta rei hujus transactæ traditio, adeoque non possit contra ipsum institui hæc actio rei vindicatoria, sed vel actio personalis ex Testamento, vel actio præscriptis verbis;

L. 27. *ff. de Legat.* 2.
Knipschild. *de Fideicommiss. Person. Illustr. cap.* 13. *num.* 18.

Maxime cum Vigesimo adversarium illud assertum iterum falsissimum sit, ac si *Carolus* & *Maximilianus* hoc Dominio non aliter potiti fuissent, quam vi hujus Transactionis, cum sese principaliter fundent in Fideicommisso Domini *Hermanni*.

Et cum Vigesimo Primo vi hujus Fideicommissi & vi Testamenti *Hermanni Theodori* prioris confirmatorii transmissio hujus Dominii fuerit facta in Dominum *Maximilianum*,& ab illo hæc devoluta fuerit ad suos descendentes, ac ad Illustrissimum Dominum Reum, sic impossibile est, transmissionem illius in Dominum Actorem aut ejus proaviam factam fuisse, cum unius rei duo Domini in solidum esse non possint,

per *vulgata*.

Vigesimo Secundo ulterius concedit Dominus Actor, quod scilicet sua Domina Proavia renunciaverit Juri suo, ipsi ex primo *Hermanni* Testamento competenti, ergo hoc ipso supposuit, illud Testamentum adhuc fuisse in pleno suo esse & vigore, cum Renunciatio necessario supponat habitum, si autem manserit hoc Fideicommissum in pleno suo esse & vigore, sic etiam non nisi post mortem anteriorem Substitutorum adhuc viventium, & Jus ex illo quæ-

quæsitum habentium nihil in ipsum aut ipsius posteros potuit transmitti, ac consequenter nullum etiam Dominium in ipsius hæredes transferri, nullaque desuper actio rei vindicatoria contra illos, veluti Jure anteriori & potiori præ ipsa gaudentes institui. Ex quibus ergo ulterius firmiter concludimus, hanc actionem eodem temeritatis vitio laborare, quo omnes anteriores tituli, quibus illa innititur, cum corruente fundamento, super quo aliquid ædificatum est, corruat quoque totum ædificium.

§. VI.

Particulare hoc Juris & Facti examen, licet prorsus inutile sit, cum Actore non probante Reus semper absolvi debeat, etiamsi nihil præstiterit,

§. 4. *Institut. de interdict. L.* 4. *eod. Cod. L.* 28. *Cod. de rei vindicat.*

Ut tamen ex hoc quoque Justitiæ fonte deducatur manifesta Domini Adversarii calumnia, sic benevolum Lectorem remittimus ad Exceptiones in causa principali sub Quadrang. Actorum modernorum [42] in quibus statim ab initio Illustrissimus Dominus Reus excipiendo sese principaliter fundavit in obtenta a Celsissimo & Reverendissimo Domino Episcopo Leodiensi *Ernesto* Octroja sub Quadrang. Actor. modernorum [43] & insimul in Testamento Domini *Hermanni* & Petronellæ de Praët in Anno 1556. 31. Januarii hujus autoritate erecto, quod Testamentum reperitur in dictis Actis sub Quadrang. [45] ac per illud juridice sustinuit, quod, cum Filius horum Conjugum primogenitus *Wilhelmus* huic Paterno & Materno Elogio veluti per modum Fideicommissi universalis ad florem totius Stemmatis Bronckorstiani condito, in præjudicium tam Filii sui *Hermanni Theodori*, quam omnium etiam reliquorum Agnatorum & Familiarum in favorem suæ Sororis natu ultimæ, Margarethæ Elisabethæ, demum post exstinctas omnium prædictorum Masculorum Lineas ad hanc successionem vocatæ nihil disponere, multo minus autem per particularem hanc suam contrariam voluntatem hunc titulum, veluti longe antiquiorem, ac vi hujus consecutum modo dicti Baronatus de Stein a *Maximiliano* Dominium evertere potuerit, præsertim cum Filius ipsius *Hermannus Theodorus* tum temporis non solum adhuc fuisset in vivis, sed etiam Testamentum istud Avitum anterius per proprium vi Octrojæ de Anuo 1599. sub Quadrang. Actorum [46] solennisatum sub Quadrang. [47] in omnibus confirmaverit, ac in illo Dominum suum Patruum Illustrissimi moderni Domini Rei Proavum, tanquam proximiorem ex secunda Familia Bronckorstiana Agnatum, pro unico suo universali hærede, & in specie ratione hujus Dominii in Stein non solum declaraverit, sed & ipse etiam ex post autoritate horum duorum titulorum ejusdem possessionem, & quidem jussu Prætoris & Scabinorum legaliter obtinuerit; prout hoc etiam Dominus Baro de *Kinsky* fatetur in propriis suis Documentis supra foliatis (quod inquam tituli adversarii tanquam posteriores & nulli ad stabiliendam hanc actionem rei vindicatoriam, ob defectum possessionis, a Domino *Wilhelmo* & Elisabetha Margaretha nunquam habitæ, ac ob cessantem proinde transmissionem nihil omnino operari possint; & merito: Primum enim hujus actionis fundamentum in hoc consistit, ut Actor ad fundandam suam intentionem particulariter deducat & probet Jus suorum Autorum;

Oldendorp. *class. 3. act. 2. pag. 249.*

Scilicet talem ipsos titulum habuisse, quo in ipsum translatum fuisset Dominium, utpote quod fieri non potest, nisi etiam legalem ipsorum possidendi causam probaverit.

Oldendorp. *citat. loc. §. 3. pag. 250. in fin.*

Cum absque titulo ejusque legali probatione Dominium acquiri non possit.

L. nunquam nuda. ff. de acquir. rer. domin. citat. Oldendorp. *dict. loc. §. 5.*

Ubi inquit, si alienans tempore Contractus justo titulo non possedit, quod nihil ex illo Instrumento vel Testamento contra veritatem scripto probetur, quomodo enim potuit transferre id, quod non habuit.

L. præd. ff. de acquirend. possess.

Hujus siquidem actionis extrema hæc sunt, ut scilicet plene probetur, Autorem Actoris fuisse titulatum rei Dominum, de qua disceptatur, illiusque possessionem in ipsum transtulisse, per Reum vero vel per alium se illam possessionem amisisse; eo quod ex solo titulo, licet vero & legali, absque habita possessione, effectus Dominii fluere non possit; jam autem supra demonstratum est, Dominum Actorem ratione prætensi hujus Dominii nullum legalem titulum allegare, nullam etiam suorum Autorum Possessionem, & factam ab iis in se aut suos transmissionem probare potuisse, consequenter prætensa hæc actio per Exceptiones Illustrissimi Domini Rei tanto fortius elisa est, & manet, quo nervosius ex dictis titulis antiquioribus, & ex facta hujus Dominii in Dominum Proavum transmissione & realisatione edoctum est, quod iste Baronatus de Stein jam longe antecedenter Jure Dominii pertinuerit ad Illustrissimum Dominum Reum, adeoque illud Dominum Actorem prætendere non posse.

citat. Oldendorp. *dict. class. pag. 257. §. 1.*

Idque ob præallegatum illud Juris axioma, quod duo ejusdem rei Domini in solidum esse non possint.

Ulterius elisa est hæc actio per *L. ultimam. Cod. de pactis.* Vi cujus neque Domino *Wilhelmo* de hæreditate *Hermanni* tum temporis adhuc viventis testari, neque etiam Elisabethæ de illa paciscí licuit; & licet Dominus Baro de *Kinsky*, hanc thesin admittendo, in suis prætensis Replicis sub Quadr. Actor. modernorum [49] asserat, hoc Pactum non comprehendisse hæreditatem viventis, sed hæreditatem *Wilhelmi* jam ante defuncti, circa facta tamen jamtum anterius probatum fuit, *Wilhelmum* saltem vivente adhuc

adhuc Petronella de Praët de hac hæreditate testatum fuisse, adeoque, prout hoc ipsi juxta propria concessa non licuit, sic etiam non licuit Elisabethæ Margarethæ viva adhuc ipsius Matre de eodem prædio paciſci, quod tunc temporis adhuc erat in ipsius manibus & quod possidebat qua Domina. Nec quidquam huic adversatur, quod saltem juxta Praxin hodiernam de rebus hæreditariis paciſci liceat, præsertim in mortem alicujus tertii, si paciſcenti in ipsius Bonis aliquod Jus competat, veluti hæredi Fideicommissario, utpote qui vivo etiam hærede Fideicommissario de re Fideicommissi sibi relicta pro lubitu constituere posset, eo quod saltem spem probabilem ex Testamento defuncti jamtum desuper nactus fuisset;

Carpzov. *part. 2. constit. 35. definit.* 18.

Ac quod proinde Elisabetha Margaretha tanquam hæres in Fideicommisso Domini *Hermanni* substituta tam suo Juri valide renunciare, quam etiam illud certis conditionibus sibi reservare potuerit. Nam licet suo Juri valide renunciare ipsi licuerit, hoc tamen facere non potuit in præjudicium tertii Agnati, nec ipsius Jus anterius & potius per illam intervertere, multo minus possessionem ad se necdum spectantem, nec unquam habitam in suos transferre; idque tanto minus, cum fateatur tempore hujus transactionis Dominum *Hermannum Theodorum* æque ac Dominum *Maximilianum* adhuc fuisse in vivis ac hoc Testamentum *Hermanni* Proavitum per proprium in omnibus confirmasse, hujusque Prædii possessionem in suum Dominum Patruum actualiter transtulisse. Et quamvis ulterius ibidem asserat, quod saltem in vim Fideicommissi Fraterni, & post mortem Filii *Hermanni Theodori* ratione hujus Baronatus habuisset actionem realem, negatur tamen iterum suppositum, tum quod *VVilhelmus* tempore conditi sui Testamenti necdum habuerit Dominium & possessionem Dynastiæ de Stein, tum quod similiter hæc ipsius testatio, veluti in præjudicium Agnatorum facta, absque illorum & proprii Filii consensu fuerit nulla, & absque ullo effectu, tum etiam, quod actiones reales ibidem recensitæ hæredi Fideicommissario citius competere non possint, quam si Jus proximum in illud obtinuerit, & de hac hæreditate aliquid jamtum in ipsum translatum fuerit, hoc autem factum non fuisse, luculenter patet ex retro deductis, ac proinde ad hæc jamtum antecedenter in Exceptionibus bene & adæquate responsum fuit, quod scilicet Dominia non nudis Pactis, sed transmissionibus transferantur;

L. 2. Cod. de Pactis.

Idque præcipue propter Statuta tam Leodiensia, quam Lossensia, utpote quæ nullum paciscentibus Jus reale attribuunt in Feudis, nisi facta prius hæreditatione & investitura coram Magistratu solenniter petita & obtenta, ita ut non sufficiat nuda rei traditio;

de Mean. *part. 2. observat.* 145. *num.* 6.

Unde cum Dominus *Wilhelmus* & Domina Elisabetha Margaretha neutrum horum obtinuerit, sic sponte sequitur, etiam jactitatum illud Jus reale consistere in concavo Lunæ.

Maxime cum Illustrissimus Dominus Marchio non solum Jus anterius quæsitum habuerit, sed etiam hujus ratione talem realisationem in vim Testamenti Domini *Hermanni* & *Hermanni Theodori* jamtum impetraverit.

Imo tam ex hoc, quam etiam ex alio adhuc particulari elocationis titulo, ob solutas Filiabus ex Alverta de Flodorff & *Carolo* natis congruas dotes contra Dominum Actorem munitus fuerit, per quam particularis tituli allegationem non renunciarit illi priori & antiquiori jamtum ex Testamento *Hermanni* & *Theodori* habito, eo quod contrarium pateat ex relatis anterioribus, utpote quæ docent, quod in utroque sese fundaverit, posse autem Reum pluribus Exceptionibus alternative uti, ita ut cessante una, nihilominus valeat altera, aut etiam utraque, extra omnem controversiam est; in tantum, ut, etiamsi posuisset Exceptiones ineptas, aut etiam contrarias, nihilominus tamen adhuc variare, novasque semper proponere posset, multo magis ergo has compatibiles, quæ simul stare possunt.

Pacianus *de probation. lib.* 1. *cap.* 68. *in Not. Lit. C.*

Unde prout immediate post allegationem hujus tituli particularis in argumento Exceptionum suarum quinto expresse iterum provocaverit ad Fideicommissum *Hermanni* & Petronellæ de Praët, ac novo Juris calculo bene sustinuerit, se contra Dominum Reum per hunc titulum exinde satis securum esse, quia vi hujus non solum tacite, sed etiam expresse fuissent vocati ad illorum successionem tam Filii, quam Nepotes, ac proinde Dominus *Wilhelmus* hoc Jus Fratri suo *Carolo* adimere, & in Elisabetham Margarethan transferre non potuisset; sic quoque cum illo combinavit alterum hunc particularem, ac bene concluſit, quod vi utriusque Domino Actori non competeret hæc rei vindicatio, ac proinde tam in Jure, quam facto falsissima est illa adversaria in dictis Replicis positio, quod scilicet hoc Fideicommissum in *Carolo* absque Liberis mortuo fuisset exstinctum; contrarium siquidem constat ex retro deductis; cum e contra tota adversaria basis per propriam judicialem confessionem destruatur, qua ibidem diffiteri non potuit, Dominum scilicet *Florentium* Comitem de Merode istud Dominium a Domino Socero suo *Maximiliano* jamdudum acquisiviſse, quæ facta Dominii translatio itaque tanto magis pro nunc subsistere debet, quo firmior illa circa Fideicommissa Familiarum Juris Regula est, quod nempe hæreditas ex illis proveniens ipso Jure in Successores transeat, si illa modo semel ad unum substitutum translata fuerit.

citat. Knipschild. *cap.* 13. *num.* 8.

Cum e contra possessio non transferatur, nisi corporaliter apprehensa fuerit.

Knipschild. *de Fideicommiss. cap.* 10. *num.* 24.

Unde

Unde cum in tempore illo, quo fuit conditum Domini *Wilhelmi* Testamentum, & in quo fuit facta hæc Renunciatio a Margaretha Elisabetha, nullus Dominorum Agnatorum, nullus etiam Filiorum aut Filiarum adhuc possederit hanc hæreditatem hocque Dominium de Stein, sic retorquemus illud argumentum in Dominum adversarium, quod scilicet Dominus *Wilhelmus* ac ipsius Soror non plus in ipsum potuerint transferre, quam ipsi tum temporis habuerint, atqui non habuerunt tum temporis istud Dominium, nec ejusdem actualem possessionem; consequenter etiam illud & illam non potuerunt in ipsum transferre. Et si etiam illud ex suppositio, nullatenus vero concesso, habuissent, in omnem tamen eventum instituta hæc actio corrueret per Exceptionem immemorialis præscriptionis, eo quod tam Dominus Proavus quam etiam Domina Anna Maria Comitissa de Bronckorst, Illustrissimi Domini Rei Avia illud Castrum cum omnibus suis Bonis & pertinentiis a tempore plus quam Sexaginta Annorum possederit, ac in suos descendentes legitime transtulerit. Quæ præscriptio per hoc neutiquam interrumpitur, quod Dominus Actor in suis Replicis asserat, quod scilicet sua Domina Proavia ob tum temporis adhuc viventem *Carolum* illud vindicare necdum potuerit, sed solummodo post obitum *Friderici* de Bronckorst ipsius Filii Anno 1660. Parisiis mortui, ac quod proinde ipsi non valenti agere non potuisset currere præscriptio, maxime cum ipsa tum temporis adhuc fuisset minorennis, & in tenella ætate constituta; nam cum omnis illa præscriptio legitima sit, omnemque actionem tollat, quæ legali titulo, & bona fide munita est;

L. 1. in fin. ff. de publ. in rem action.

L. unic. Cod. de usucap. cap. 5. 17. 19. & 20. X. de præscription.

Titulus autem ex Fideicommisso Domini *Hermanni* & *Hermanni Theodori*, veluti antiquissimus fuerit justus & legalis, cum bona & optima fide conjunctus, utpote quæ in eo consistit, ut quis ignoret, rem alienam esse, vel putet, tradentem Jus in illa habere.

L. 109. ff. de verbor. significat.

Vi cujus *Maximilianus* non solum ignoravit rei alienæ prætensum vitium, sed etiam certissimam scientiam habuit, quod Dominium istud ad ipsum desuper translatum fuerit, illudque eodem Jure ad suos posteros transmiserit, quo istud habuit; consequenter circa hujus Exceptionis legalitatem non amplius est hæsitandum; idque tanto minus, cum, etiamsi contra veritatem supponeremus, tempus hujus præscriptionis a tempore Domini *Hermanni* computari non posse, hoc saltem certum, ac propriæ hypothesi conveniens sit, quod hæc præscriptionis tempora saltem post mortem *Hermanni Theodori*, qui in Ao. 1602. mundo valedixit, suum initium sumpsisse, utpote post quod juxta propria concessa Domina Elisabetha Margaretha vi initæ hujus Transactionis ad hanc successionem fuisset vocata; cum autem ab illo tempore neque ipsa, neque etiam ipsius posteri, ullam desuper litem, vel coram Aula Curingiana, vel etiam coram Supremo hoc Cæsareo Tribunali præter hanc modernam moverint, sic adhuc remaneret, & supereesset integrum spatium 87. Annorum, intra quod hæc actio, ut & aliæ actiones omnes, dupliciter præscriptæ fuissent.

Nec contra hoc obstat Primo, quod juxta adversaria asserta Domina Margaretha Elisabetha, ejusque Filius non nisi post obitum Domini *Friderici* desuper agere potuissent, cum propria confessio reclamet in contrarium; hoc ipso enim, quod Dominus Actor se ubique in Actis fundaverit in Testamento Domini *Wilhelmi*, & in dicta Renunciatione; ac in suis Replicis sustinuerit, suæ Dominæ Proaviæ post fata Domini *Hermanni Theodori* ad successionem hujus Baroniæ Jus proximum & actuale jamtum natum fuisse, hoc, inquam, ipso etiam debuissent hanc actionem instituere, adeoque cum usque ad Annum 1689. tam ipsa quam omnes cæteri ex ipsa descendentes hæredes, altum desuper habuerint silentium, nec ullam propterea litem contestati fuerint; sic certo certius est, huic actioni plus vice simplici fuisse præscriptum. Et si etiam laxiores ipsi manus præberemus, hocque in suppositum duceremus, scilicet hoc præscriptionis curriculum non nisi ab Anno 1660. usque ad Annum 1689. inchoari potuisse, nihilominus tamen in salvo remaneret spatium 29. Annorum, intra quod tempus autem saltem juxta Statuta Lossensia omnes quascunque actiones, utqote quæ saltem viginti annos & unum in hunc finem præfixere, adeoque etiam prætensam hanc rei vindicatoriam præscriptam fuisse negari non potest.

Nec refert (1.) quod Dominus Actor in suis Replicis provocet ad detractionem temporis pupillaris, cum ipsemet in Actis fateatur, illudque per Transactionem incontradicibiliter probetur, Dominam Elisabetham Margaretham jamtum in Anno 1576. ad contrahendum tam active quam passive fuisse habilem & qualificatam, consequenter etiam ad præscribendum;

Nec contra hæc obstat (2.) quod saltem *Gerhardus* de Luxenburg Uxorio nomine, ipsiusque Filius vi Documentorum priorum jamtum in Annis 1605. 1609. &c. tam contra *Hermannum Theodorum*, quam etiam contra Dominum *Maximilianum* ratione hujus Dynastiæ longissimas & quasi perpetuas lites excitaverint, illasque ibidem per aliquas modo Sententias definitas retulerint, ita ut si per simplicem litis contestationem præscriptio interrumpatur;

L. fin. ff. ne quis eum, qui in Jus vocatus.

Multo magis ergo hæc ob insecutas desuper tot Sententias pro interrupta haberi debeat; nam licet per litis contestationem regulariter inducatur mala fides, ac propterea præscriptio qualiscunque interrumpatur, hoc tamen aliter non obtinet, quam si cum edita actione etiam exhibeantur talia Documenta & Instrumenta, ex

quibus Reus cognoscere possit, rem petitam ab ipso restituendam esse vel non, sed si in contrarium casum nihil aliud proponatur, vel talia Instrumenta producantur, per quæ causa seu actio non tam justificatur, quin potius destruitur, tum tantum abest, ut per talem Litis contestationem mala fides inducatur, ac præscriptio interrumpatur, quin potius illa in Actorem redundet;

Garsias *de Expensis cap. 23. num. 14.*

Non enim tenetur Reus credere, fundum, quem bona fide possidet, ad Actorem pertinere, ex simplici hac sua allegatione, ejusdemque judiciali petitione, nisi etiam hanc petitionem justificaverit; hoc siquidem non facto bona ipsius fides non tollitur, sed durat, utpote quam non aufert simplex Litis contestatio, cum illa in facto, non in jure consistat, sed solida remonstratio injustæ possessionis.

Gilcken. *de præscription. part. 2. cap. 2. num. 45.*

Utpote quæ sola Religioni nostræ labem aspergit, si non cognoscere possimus per productas in hunc finem sufficientes probationes, causam experiuntis satis instructam esse.

Gilcken. *de præscription. part. 2. cap. 6. num. 2. & 43.*

Consequenter cum Domini Actoris Antecessores tum temporis ad fundandam suam intentionem non solum coram Consilio Brabantico mera irrelevantia produxerint, sed etiam ob lites hasce frivole motas semper succubuerint, & insimul in omnes Expensas, nec non ob suas violentias in gravissimam pœnam Fisco Regio exsolvendam condemnati fuerint, sic etiam per calumniosissima hæcce jurgia Dominorum Reorum optima fides labefactari non potuit, adeoque hæc præscriptio tam horum, quam moderni Domini Actoris respectu, nunquam fuit interrupta, imo potius ob tot Sententias triumphantes, & per has approbatam bonam fidem justumque titulum undique confirmata.

Et si etiam interrupta fuisset hæc præscriptio, calvaque hæc actio in viribus suis persisteret, adhuc tamen istud Dominium ipsi non competeret, nec ad ejusdem restitutionem obligatum teneret Illustrissimum Dominum Reum, nisi (1.) solutis prius 18. Millibus Florenorum, quæ Elisabetha Margaretha suo Domino Marito *Gerhardo* de Luxenburg vi Pactorum Dotalium retrotractorum in Dotem contulit, & quidem cum omnibus usuris & cum omni damno & interesse ab illo tempore, quo se istius Dominii Dominam fuisse asserit.

(2.) In Actis fatetur Dominus Actor, prout hoc etiam Illustrissimus Dominus Marchio allegavit in suis Exceptionibus Actorum modernorum sub Quadrang. [42] quod scilicet vi prætensæ & a proprio Elisabethæ Margarethæ jamtum in Anno 1606. annullatæ Trasactionis loco hujus Dominii renunciati a Domino Fratre acceperit, & actione hypothecaria instituta exegerit octo millia Florenorum Brabanticorum: consequenter si Dominium de Stein prætendere vellet, sic utique etiam hæc octo millia Domino Reo essent restituenda, cum taliter illa absque ulla causa possideret, cessante siquidem causa cessat effectus.

(3.) Hoc casu prætenderet Illustrissimus Dominus Marchio ampliſſimam illam dotem 8000. Florenorum, quam suus Dominus Proavus *Maximilianus* exsolvere debuit Sorori suæ germanæ Petronellæ de Bronckorst, Domino *Martino* de Bentinck nuptæ, cum ob hanc causam Dominium de Bentricht vi Fideicommissi *Hermanni* ipsi competens cum summo ipsius damno distraxerit, & cum hoc Jus succedendi in hæc Bona distracta Dominus *Carolus* transtulerit in Filium suum *Maximilianum*, hic vero itidem in Filium ex secundo thoro natum *Wilhelmum Fridericum*, a quo titulo cessionis illud pervenit ad Dominum Comitem de Horn, & ab illo eodem Cessionis Jure ad modernum Illustrissimum Dominum Reum, sic consequenter ipsi etiam ex Jure hoc cesso competit actio ad redintegrandum damnum, per horum Bonorum distractionem causatum.

(4.) Et hoc quoque extra omnem controversiam est, quod scilicet Domini Rei Aviæ Annæ Mariæ, Domino Comiti *Florentio* de Merode in thalamum datæ, si hoc Dominium restituere deberet, saltem ex hoc Fideicommisso a Possessore ipsius ad exemplum anteriorum Filiarum deberetur Dos congrua, utpote quæ succedit in locum legitimæ, & quæ ipsi exsolvenda est, etiamsi Fideicommissum Familiæ constituens nullam ejus fecerit mentionem.

Knipschild. *de Fideicommiss. Person. Illustr. cap. 6. num. 218. & 219. & cap. 5. n. 123. & dict. cap. 6. n. 6.*

Adeoque saltem Jure retentionis tam diu istud Dominium de Stein maneret apud Illustrissimum Dominum Marchionem, usque dum ipsi ratione hujus Dotis ab hærede successionem rerum huic Fideicommisso subjectarum prætendente plenarie fuisset satisfactum; repelleretque Dominum Actorem per Exceptionem doli, usque dum hoc debitum per se summe privilegiatum cum omni causa exsolverit;

L. 14. §. impendia ff. commun. divid.

Eo quod hoc Jus retentionis semper ipsam rem concomitetur, & in omnem tam universalem, quam particularem Successorem transeat;

de Mean. *part. 1. observat. 185. num. 2.*

Et quod ad huc plus est, tam diu etiam ratione hujus prætensi Dominii Illustrissimo Domino Marchioni competeret Jus tacitæ hypothecæ, nam prout de Jure Communi Uxori desuper competit actio realis & hypothecaria;

argum. *L. 74. ff. de Jure Dot. &*
L. 7. §. 1. ff. de reb. Autorit. Jud. possess.

Sic etiam speciali Jure Statutario Filiabus hæc actio realis data est

per Reformationem Celsissimi Principis de Grosbeck *cap. 7. artic. 2. & 3.*

(5.) Ex actis, & in specie ex dictis Exceptionibus notorium, nec illud a Domino Actore in suis Replicis sub Quadrangulo Actorum modernorum [49] diffessum est, quod nempe Dominus Reus, seu potius ipsius Dominus Avus *Florentius* Comes de Merode Filiabus Domini sui Proavi *Maximiliani* Johannæ & Agnethæ similiter exsolverit Dotes congruas, ac ex hoc quo-

quoque titulo speciali & oneroso usque huc quietissime & optima fide possederit Dominium istud de Stein, adeoque hæc Summa vel ipsi a Domino Actore cum omni usque huc decurso interesse resolvenda, vel hæredes prædictarum Filiarum ad assistendum, evincendum, & indemnisandum necessario prius essent citandi. Et licet in dictis suis Replicis contra hæc obganniat, quod per particularem Processum desuper contra ipsos agendum esset, & quod hæc Citatio absque ulla Juris umbra peteretur, in Duplicis tamen usque huc non refutatis sub Quadrang. Actorum modernorum [42] ex limpidissimis Juris fontibus fundamentaliter demonstratum est, hanc præambularem Citationem omnino esse necessariam, eo quod quisque, qui causam ab aliquo habet, teneatur in eodem Foro Reum conventum defendere, in quo a tertio desuper convenitur, ita ut nullo Privilegio juvetur, quo illud declinare possit.

L. 1. Cod. ubi in rem act. L. 49. ff. de Jud. L. nulli. Cod. de Jurisdict.

Nam licet alias actio evictionis contra Autorem a Reo non defenso per particularem Processum in ipsius Foro tractanda sit, cum Actor hoc casu sequatur Forum Rei, longe aliud tamen est in hoc casu, si contra Autorem rei vindicandæ statim ab initio litis petatur Citatio ad defendendum & ad evincendum; nam tunc omnes ad hanc evictionem obligati in hunc finem necessario citandi sunt, illumque, qui causam ab ipsis habet, defendere tenentur;

per *dict. L. 1. Cod. ubi in rem act.*

Cum alioquin, si Autor hujus causæ ratione hujus defensionis faciendæ Forum allegare posset, defendere non esset id facere, quod Dominus in litem faceret;

L. 35. §. defendere ff. de Procurator.

Aut eandem vicem, quam Reus, subire;

L. minor. §. quoniam. eod.

Unde etiam talis defensor dicitur alienæ liti intervenire, non suam inchoare, qui a parte gravata citatus venit ad Judicium.

Faber. *in Cod. lib. 3. tit. 12. definit. 1.*

Consequenter multum interest inter defensionem Rei, quam autor ex causa debitæ evictionis præstare debet, & inter actionem, quam non defensus contra autorem de evictione habet; primo siquidem casu hæc defensio sequitur Forum causæ, tanquam illi accessoria & connexa, nec dividenda est ejus continentia.

Mevius *part. 9. decis. 156.*

In altero vero casu demum obtinet Processus particularis contra evincentem in Foro proprio.

Adeoque huic operi ex Actis tam primæ quam secundæ Instantiæ undique stabilito tandem finem imponentes, cum tam ex omnibus ab utraque parte allegatis titulis, quam etiam ex propriis adversariis Documentis & Confessionibus, nec non ex solidissimis Illustrissimi Domini Rei Exceptionibus, veluti ex clarissimo speculo, omnibus primo statim intuitu in oculos incurrat, hanc a Domino Barone institutam actionem laborare summo Injustitiæ vulnere, tam in- quam extrinseco, illamque nullo Jure subsistere posse, ac proinde hanc litem contra Illustrissimum Dominum Reum institutam fuisse maxime frivolam ac summe temerariam: Ad hoc finaliter concludimus, ut Dominus Marchio de *Westerloo* Comes de Merode ab instituta hac actione absolvatur, Actorque in omnes tam primæ, quam secundæ Instantiæ Expensas temerarie causatas condemnetur.

Cum proximus susceptæ temerarii litigii effectus in hoc consistat, ut victus in omnes litis expensas condemnetur, quacunque etiam de causa actum fuerit, ita ut non referat, in qua Instantia victus fuerit, modo appareat, ipsum vel malitiose vel temerarie litem suscepisse.

Ummius *ad Processum Judiciarium disputat. 22. thes. 7.*

Maxime cum hæc litigandi temeritas se etiam ex hoc prodat, quod ipsius intentio nullo Juris fundamento, nullaque legali Doctorum autoritate fulcita fuerit, quin potius omni ratione caruerit, ac dispositionibus proavitis diametraliter fuerit contraria.

Argum. illorum, quæ tradit de Rosbach. *ad Processum Civilem tit. 78. num. 15. & seqq.*
Gail. *lib. 1. observat. 152.*

Prout ergo desuper Nobilissimum Supremi Domini Judicis Officium cum debita reverentia & submissione enixissime imploratur, sic quoque Illustrissimus Dominus Reus in suis ultimis ac intimis votis hoc specifice habet ac vovet, ut scilicet Augustissimum hoc Cæsareum Tribunal in scopum & finem administrandæ in toto Romano Imperio adæquatæ & impartialis Justitiæ in perpetuum conservetur, ac ad æternitatem usque crescat & floreat.

Fundamenta Actoris potiora habita fuisse, docet

Sententia in Camera Imperiali pronunciata 23. Mart. Anno 1735.

IN causa quondam Marchisii de *Westerloo*, nunc Curatorum minorennium ejus hæredum contra N. de *Kinsky*, nunc ejus similiter hæredes, dicimus & pronunciamus, Appellantes erga restitutionem 8000. Florenorum Brabanticorum in transactione de Anno 1576. mentionatorum ad deoccupationem Dominii de Stein, cum pertinentiis & fructibus, a tempore litis in Camera introductæ perceptis, teneri & condemnandos esse, prout illos teneri declaramus & condemnamus, regressu, si quem habere putaverint, contra Comitem de Horn & Baronem de Heyden salvo.

Additis Executorialibus in forma consueta.

Nimirum post decisam quæstionem fori remotamque exceptionem litis alibi pendentis per Sententiam 27. Mart. 1722. & factam ab utraque parte submissionem, ad decisionem Judicii Cameralis in causa principali Fundamentum potissimum Marquisii de *Westerloo* fuit (1.) in re Judicata per Curiam Brabantinam (2.) in Testamento *Hermanni* de Bronckorst & Petronellæ de Praët conjugum. Omnia reliqua ex his duobus fluunt, per quæ Actoris de *Kinsky* jam Appellati intentionem destructam esse putavit Reus jam Appellans Marquisius de *Westerloo.*

De Sententia Judicii Brabantini Anno 1609. publicata notandum est, judicatum tunc fuisse in nudo possessorio argumenta petitorii non satis deducta & tunc temporis intentio Rei de Luxenburg parum fundata.

Nulla etiam supereſt quæstio de evacuato possessorio. Proinde dicta Sententia actioni rei vindicatoriæ a Barone de *Kinsky* in Aula Curingiana Comitatus Lossensis in patria Leodiensi obesse non potuit. Tanto minus quod Judicium Brabantinum in petitorio forum competens non esset. Erravit ergo Advocatus partis Appellantis in §. 1. Speciei Facti cum exceptionem fori per Sententiam Cameralem Anno 1722. decisam ratione non fundata repetiit.

De Testamento *Hermanni* de Bronckorst observandum: non probatum esse ab Appellante, quod Feuda Comitatus Lossensis quoad successionem ex omni parte sint paria Feudis Leodiensibus. Ipse Appellans contrarium asserit in Specie Facti §. 2. versu: *nec quicquam &c.* Quod vero ait, testatorem *Hermannum* Jure Feudali Leodiensi successionem inter liberos instituisse, verba testamenti [45] præ se ferunt quidem aliquam speciem, ac si ab una linea in alteram saltus in successione fieri non deberet, quousque existerent proles ex una linea; militant tamen pro Actore & Appellato argumenta Replicæ in §. 6. ita, si etiam ratione Dynastiæ Stein extitisset Fideicommissum formale, ob defectum conditionis adjectæ, si sine liberis *VVilhelmus* decesserit, Fideicommissum fuisset extinctum, quia *VVilhelmus* reliquit filium Anno 1602. defunctum:

vide Mean. *observat.* 70. *&* 75.

Deinde transactio inter Elisabetham, sororem *VVilhelmi* & fratrem *Carolum* Anno 1576. inita [50] producta, adeo est clara, ut per eam, quidquid etiam contradicat Appellans, omne fundamentum, ex Testamento *Hermanni* desumtum, sit elisum, adeoque concidat successio ab *Hermanno Theodoro* destinata *Maximiliano* filio *Caroli.*

Transactio jam commemorata testatur aperte, quod extiterit Testamentum aliquod *VVilhelmi*, factum favore sororis Elisabethæ, id quod etiam docent Acta in possessorio Judicii Brabantini. Infirma est Appellantis adversus Transactionem argumentatio §. 3. quod Avus Actoris de Luxenburg eandem transactionem in processu possessorii dixerit nullam. Perspicere poterat Advocatus Appellantis, quod hæc objectio adversus ipsum retorqueri posset, cum *Maximilianus* de Bronckorst in eodem processu transactionem de Anno 1576. fundamentum suæ actionis esse voluerit. Is ipse in antiquioribus Actis Cameralibus Ao. 1600. sub Rubro Bronckorst contra *Gerhardum* de Luxenburg hanc transactionem cum Replica produxit, & ex ea fundamentum suæ intentionis desumsit. Quod exemplum transactionis in lingua Belgica cum Latino [50] producto conferri oportet: Est enim hoc satis imperite translatum. Cum itaque transactio sæpius dicta nunc demum in petitorio impugnetur absque causa sufficiente, Actoris autem nativitas & origo ab Elisabetha de Bronckorst sit certa, non poterit non fieri concluſio pro Actore jam Appellato de *Kinsky*, juxta Votum Domini Referentis. Post publicatam Sententiam Cameralem supra recensitam nomine Marquisii de *Westerloo* sive ejus hæredum remedium restitutionis in integrum adversus Sententiam fuit interpositum, &, ut fit plerumque, argumenta præcedentia fuerunt repetita, adeo ut Domini Referentis novi labor & quidem satis molestus tantum fuerit in conferendis Actis præcedentibus cum iis, quæ in Restitutionis Instantia fuerunt prolata, atque in ostendendo nihil plane novi neque in facto, neque in jure fuisse prolatum, ad obtinendam Restitutionem in integrum.

Scriptum Implorationis.

Quandoquidem per sententiam die 23. Mart. 1735. publicatam, Appellantibus injunctum fuit, ut erga restitutionem octo millium Florenorum Brabanticorum in transactione de Anno 1576. sub Quadrang. Actor. [50] Lit. A. mentionatorum, Dominium Steinense in favorem Appellatorum deoccuparent; hacce vero sententia Illustrissimus Dominus Princeps de Rubempre qua tutor Marchionis de *Westerloo* adhuc pupilli gravissime sese læsum sentit, non quidem, quod hacce in parte Celsissimo huic Archidicasterio, quod secundum in actis allegata procedere debuit, injustitiæ nota objici possit, id quod procul haberi debet, verum potius, quod multæ circumstantiæ, ad causam principalem facientes, non satis ex tenebris, in quibus hactenus latuerunt, fuerint erutæ, nec Probationibus ac Documentis, quæ de novo interim ad manus pervenerunt, sufficienter suffultæ.

Eam ob causam, in finem reparationis læsionis consequendæ, pro clementissima beneficii restitutionis in integrum concessione, quæ legibus, ac Imperii Constitutionibus, gravatis per ejusmodi sententiam fieri solet, coram Augustissimo hocce Judicio supremo, cum oblatione Solennium, humillime institit, & sub 28. Maji 1736. Libellum gravatorialem producere necessum habuit:

Ut vero Illustrissimi Domini Judices super novis fundamentis, aliisque probationibus in eo contentis sibi adæquatam ideam formare queant, pro eorum informatione singula omni, qua fieri potest, brevitate hisce tam in facto, quam in Jure exponuntur, scilicet, quod *Hermannus* de Bronckorst & Petronella de Praët conjuges, procreatis, stante legitimo matrimonio,

nio, septem liberis, 1.) Catharina, 2.) *Wilhelmo*, 3.) *Carolo*, 4.) Sevenna, 5.) Elisabetha, 6.) *Theodoro*, 7.) *Gisberto*, 31. Januar. 1556. Testamentum mutuum sub Quadrang. Actor. [45] obtenta ab Episcopo Leodiensi, qua Comite Lossensi, testandi licentia sub Quadrang. Actorum [44] erigentes, dominia cæteraque bona, inter quatuor filios suos distribuerint, filiabus certis summis pro dotibus, quibus contentæ esse deberent, adsignatis; hac lege adjecta, quod, si filius illorum natu major *Wilhelmus*, cui inter alia bona immobilia reliquerunt dominium & bona Steinensia, absque prole legitima e vita decederet, bona immobilia eidem relicta ad alios ejusdem fratres, prout ex dicto Testamento latius videri potest, non autem ad ejusdem sorores, sive testatorum filias, vel illorum liberos devenire deberent, nisi fratribus omnibus absque prole legitima deficientibus; quo casu conjuges testatores disposuerunt, ut bona illorum immobilia, filiis suis relicta, inter filias respective & fratrum absque liberis defunctorum sorores dividi, & ab iisdem possideri debeant, prout sequitur:

Existente casu, quo omnes nostri supra dicti quatuor filii sine legitima post se relicta prole e vivis decederent, omnia bona prædicta, nullis exceptis, venient, sive in iis succedetur modo sequenti: Videlicet filia nostra Sevenna, si in vivis extiterit, succedet in dominio de Batenburg cum omnibus ap- & dependentiis supra mentionatis, in dominio vero & bonis de Stein supra dictis succedet filia nostra Margaretha, bona autem omnia, quæ filii nostri, *Carolus*, *Theodorus* & *Gisbertus*, durante vita illorum fratris *Wilhelmi* habuerunt & possederunt, habebit sive in iis succedet filia nostra Catharina; Præmortua vero ante hunc successionis casum filia nostra Sevenna, succedet filia nostra Margaretha in ambobus dominiis de Batenburg & Stein, ita tamen ut, si Sevenna nupta fuerit, & prolem seu proles post se reliquerit, dicta Margaretha ex ambobus hisce dominiis legitimæ sororis Sevennæ proli aut prolibus, annuatim reditum mille Florenorum Brabanticorum, sedecim millibus ejusmodi florenorum redimibilem, usque ad actualem ejus redemtionem exsolvere teneatur, prædicta dominia & bona usque ad redemtionem pro eo hypothecantes & obligantes.

Ex qua dispositione testamentaria manifestissime consequitur, filias a bonis immobilibus, fratribus relictis, omnino exclusas fuisse, nisi deficiente quatuor filiorum, & respective fratrum, prole legitima; id quod ulterius ex sequentibus ejusdem Testamenti clausulis concernentibus ad oculum demonstratur:

Casu, quo filius noster *Carolus* statum amplecteretur Ecclesiasticum, volumus, ut ipsi in omni portione & bonis, superius eidem adsignatis, succedat frater *Theodorus*; huic autem superius adsignata omnia bona cedant fratri *Gisberto*. Ex *Gisberti* vero in Huckelum superius adsignatis bonis, filius noster *Carolus* ad dies vitæ annuatim habeat ducentos florenos Brabanticos, pro iisdem prædicta bona onerantes & hypothecantes. Ast si tunc contingeret, reliquos tres filios nostros absque legitima post se relicta prole e vivis decedere: in omnibus & singulis ipsorum bonis ac dominiis ubicunque sitis ac superius designatis, nullis penitus exceptis, succedat frater *Carolus*, qui, si ea adire, & statum Ecclesiasticum deserere velit, pro conservatione stemmatis ducat uxorem sibi similem; Si vero *Carolus* prædictus statum Ecclesiasticum deserere nolit, aut alias absque legitima post se relicta prole moriatur: Eo casu suprafata bona revolvantur, prout superius est ordinatum: Et eo casu filius noster *Carolus* præter ducentos alios florenos Brabanticos, ipsi super bonis in Huckelum annue adsignatis, ex integra ad filiam nostram Catharinam devolvenda hæreditate quotannis habeat quingentos florenos Brabanticos hæreditarios, iis dictam hæreditatem onerantes & hypothecantes, plenariam potestatem filio nostro impertientes de prædictis quingentis florenis Brabanticis libere disponendi, ea donandi, prout ipsi bene visum fuerit, non tamen Ecclesiasticis Monasteriis &c.

Conjuges Testatores similiter circa finem Testamenti cuilibet liberorum suorum expresse prohibuerunt, ne bona ipsis relicta adgravarent, hypothecarent, obligarent, aut alienarent, nisi habita prius quindecim annorum legitima prole.

Testatore *Hermanno* mortuo, defunctis quoque in cœlibatu filiis *Theodoro* & *Gisberto* de Bronckorst, *Carolo* autem Alvertæ de Flodorff desponsato, ac liberos habente, filius natu major *Wilhelmus*, Anno 1570. Ericæ de Manderscheid thoro legitimo junctus, procreato filio unico *Hermanno Theodoro* de Bronckorst 2. Martii Anni 1573. in tenerrima filii sui ætate prætensum Testamentum, ad Acta tamen nunquam in originali productum, erexit, vigore cujus contra claram parentum suorum dispositionem, quod fratribus existentibus, bona filiis relicta ad filias devenire non possint, in casum, quo *Hermannus Theodorus* absque legitimis liberis sit moriturus, prætense reliquit sorori suæ Margarethæ Elisabethæ (ex qua Appellati descendentiam suam deducunt) Dominium & Castrum de Stein.

Præmemorato *Wilhelmo* a vivis erepto, relicto vero post se modicæ ætatis filio *Hermanno Theodoro*, qui in bonis & dominiis de Batenburg & Stein a patre possessis, successit, prædicta soror Margaretha Elisabetha nullam dominii de Stein neque possessionem, neque proprietatem habens, cum fratre suo

Ca-

Carolo super dominio & bonis Steinensibus, ad prædictum infantem spectantibus, pendente adhuc usufructu Dominæ Petronellæ de Praët matris, 15. mensis Maji 1576. inivit pactum sub Quadrang. Actorum [50] Lit. A. per quod erga promissionem 8000. florenorum Brabanticorum, a *Carolo* de Bronckorst ipsi factam, prætense renunciavit dominio & bonis Steinensibus in favorem prædicti *Caroli* ejusque liberorum masculini Sexus, ea conditione, ut, si hi deficerent dominium & bona Steinensia (redditis tamen dictis 8000. florenis Brabanticis, si soluti forent) redirent ad dictam Elisabetham.

Prædictus vero *Hermannus Theodorus*, post adeptum vigesimum quintum ætatis annum, mortuo patruo suo *Carolo*, & relicto ab eo filio *Maximiliano*, ex conjuge Alverta de Flodorff legitime procreato, considerans *Hermanni* de Bronckorst & Petronellæ de Praët ultimam voluntatem, volentium, quod bona quatuor filiis per Testamentum sub dict. Quadr. Act. [45] relicta non nisi deficiente eorum prole legitima mascula ad filias pervenire deberent, obtenta ab Episcopo Leodiensi qua Comite Lossensi testandi licentia sub dato 9. Maji 1595. sub Quadrang. Actorum [46] num. 11. adjuncta, nona die Januarii Anno 1601. coram pleno Judicio Steinensi Testamentum sub Quadrang. Actorum modernorum [47] num. 12. adjacens condidit, vigore cujus in conformitatem dispositionis avitæ, *Maximilianum* de Bronckorst patruelem suum hæredem universalem instituit; qui licet ex possessione dicti Dominii & Castri Steinensis apprehensa, a *Gerhardo* de Luxenburg, dictæ Elisabethæ marito, hujusque filio Balduino, copiis Hollandicis stipatis, dejectus, a Consilio Brabantiæ, auditis utrinque partibus, exhibitis exceptionibus, replicis, duplicis, ac facta submissione, cum plenaria causæ decisione, per Sententias 4. Augusti 1605. 28. Augusti 1609. 24. Maji 1610. & Ao. 1617. in quietem possessionem restitutus fuit, ac ex post facto idem *Maximilianus* sæpe memoratum Dominium & Castrum Steinense filiæ suæ natu majori Annæ Mariæ Sidoniæ, *Florentio* de Merode nuptæ, in dotem, post obitum suum, ad exclusionem etiam filiorum ex secundis nuptiis suscitandorum, sub onere, unicuique sororum suarum dotes, in pactis antenuptialibus limitatas exsolvendi, cessit & tradidit *Florentius* de Merode post mortem soceri sui dictum Castrum & Dominium coram Aula Curingiana, Comitatus Lossensis Judicio supremo relevavit, & mentionata pacta sua dotalia coram eodem tertia Julii 1641. Actis insinuari ac realisari fecit, uti probatum est in Libello gravatoriali ex adjuncto sub Lit. N.

Qua facti narratione prævia, ut secundum ordinem procedatur, jam pro objecto habeamus duos titulos, scilicet supra dictum Testamentum *VVilhelmi* de Bronckorst 2. Martii Anni 1573. prætense conditum, & præmemoratum pactum *Carolum* de Bronckorst inter & ejusdem sororem Margaretham Elisabetham 15. mensis Maji 1576. prætense erectum sub dict. Quadrang. Actorum [50] in quibus se pars adversa potissimum fundat, hancce Deductionem in duo Capita dividere, & in aliquos §§. subdividere placuit.

Primo Capite ex liquidissimis novis rationibus demonstrabitur, jam citatum Testamentum *Wilhelmi*, propter Jus Statutarium Lossense invalidum esse, consequenter actionem rei vindicatoriam, quam pars adversa præsenti in causa instituit, titulo huic de Jure nullo inædificatam mole sua ruere.

Secundo Capite probabitur, auditum pactum sub mentionato Quadrang. [50] quod est alterum partis adversæ fundamentum, de Jure quoque non subsistere;

§. Primo elidentur exceptiones, vel objectiones, ex adverso prætense obmotæ.

§. Secundo ex novis fundamentis in actis non deductis ostendetur, Marchionem de *Westerloo* Jure præferentiæ, cum exclusione quorumcunque, in dominio Steinensi gaudere.

Caput I.

Ostendet, prætactum Testamentum Wilhelmi de Bronckorst de Jure Lossensi invalidum esse, actionemque rei vindicatoriam, ex adverso institutam, huic Titulo invalido inædificatam mole sua ruere.

PRo cujus demonstratione reflectendum venit, Appellatos admittere, quod Comitatus Lossensis Principatui Leodiensi unitus fuerit, salva legum suarum autoritate & prærogativa.

Mean. *observat.* 543. *num.* 2.

Louvrex. *part.* 2. *Edict. Leod. cap.* 34. §. 9.

Lex vero Lossensis illa est, ut ratione successionis in Feudis idem Jus sit, quale est circa successionem in bonis Allodialibus, vel Censualibus, salvo, quod Primogenitus in Feudis, sicut in cæteris bonis, domum, vallum, hortum, domesticis usibus destinatum, & Jurisdictionem Jure præcipui habeat, & cætera bona inter liberos ex æquo dividantur.

Mean. *observat.* 7. *num.* 2.

Et

Et licet passim in Jure quæstio sit controversa, an Feuda in alio loco sita sequantur legem loci dominantis vel loci servientis, in Comitatu Lossensi tamen extra omne dubium est, quod Feuda quamvis extra Comitatum sita maneant hæreditaria, & legibus loci dominantis subjecta.

Mean *observat. 55. num. 24.*

Inde consequitur, quod consuetudo Lossensis respectu successionis in Feudo, de quo quæstio, licet sub Territorio modo dependente ab Imperio, sito, inspicienda sit.

Etenim consuetudo in Feudis principalem locum obtinet.

Gail. *lib. 1. observat. 117. num. 6.*

His præmissis, adplicando Jura allegata ad factum, consequitur, *Hermannum* de Bronckorst, & Petronellam de Praët Conjuges in prætacto Testamento 31. die Januarii 1556. condito sub Quadrang. Actorum [45] præsumi, Statutis Comitatus Lossensis, in puncto Successionis in Quæst. Feudo sese conformasse.

De quo eo minus dubitandum, quo in eo aperte declarant, se disponere in sequelam Licentiæ ab Episcopo Leodiensi, qua Comite Lossensi, in finem testandi, obtentæ, sub Quadrang. Actorum [44]

Statuta einm semper tacite influunt & temperant dispositiones ultimarum voluntatum, etiam respectu bonorum, quæ extra Territorium Testator possidet.

Menoch. *lib. 4. præsumt. ult. num. 17.*

Jam vero juxta Statutum loci dominantis præfati Feudi evidentissimum est, quod omnia bona tam Feudalia, quam Allodialia & Censualia in plena conjugum thoro possessa, tam ex causa testatæ, quam intestatæ successionis devolvantur post mortem prædefuncti, in communes liberos proprietate tenus, superstiti omnium illorum usufructu salvo.

Hoc ipsum pars adversa agnovit NB. in humillimis Duplicis sub Quadrang. [28] ubi hoc Jus devolutionis pro se allegavit, atque ex Attestato sub [29] firmavit.

Dicta proprietas consuetudinaria vero non est formalis, seu Juris communis, etenim proprietarius de illa proprietate inter vivos aut Testamento disponendi, vel ab intestato illam transmittendi nullum Jus habet, secus plane ac de proprietate formali, quæ licet nuda usufructu, attamen de ea disponendi, & in hæredes transmittendi ab intestato Jus est.

Res enim devolutæ in dominio Parentis superstitis cum vinculo adstrictionis erga liberos sub hac conditione manent.

Si parenti supervivant?

Alias si præmoriantur, habentur tanquam flos sine fructu, & quasi nunquam in rerum natura fuissent, uti probatum est in Libello gravatoriali ex adjunctis sub Lit. A. B. C.

Hæc devolutio similis est Fideicommisso in favorem liberorum ordinato, quo hæres gravatus, bona sibi relicta, post mortem suam liberis restituere tenetur, nam tali Fideicommisso eadem inest conditio.

Si liberorum aliqui parenti suo superstites sint?

Etenim sicuti Fideicommissarius, qui pendente conditione ante gravatum moritur, nihil transmittit, ita proprietas consuetudinaria intercidit, si proprietarius ante usumfructuarium e vivis decedat.

Gail. *lib. 2. observat. 132. num. 1. & seqq.*
Mean. *Observat. 455.*

Quamvis autem filius devolutarius Jus suum conditionale, seu spem quam habet, tertio cedere, vendere, aut in Testamento de eo disponere possit.

citat. Mean. *observat. 61. num. 14. 15. & observat. 7. num. 14.*

Attamen si ante parentem superstitem decedat, evanescit dispositio, & omnino fit caduca.

Stockman. *cap. 14. num. ult. de Jur. devolut.*

Regula enim Juris municipalis est, filium proprietarium præmorientem parenti fructuario, relictis liberis, vel sine liberis, censeri florem sine fructu, & quasi nunquam extitisset, liberosque in bonis avi succedere sive ab intestato, sive ex dispositione hominis Jure proprio, per repræsentationem gradus paterni vel materni non personæ parentum.

Mean. *observat. 70. num. 16. observat. 78. num. 19. & observat. 120. num. 7. in fine.*

Hinc in ejusmodi filio proprietario verificatur id, quod olim de Curtio Rufo apud Tacitum 12. Annalium Tiberius dixit; Etenim hic videtur ex se natus, submota, per fictionem consuetudinis nostræ patris persona, quasi nec ipse natus, nec ex ipso nati fuissent liberi; sed quasi ab initio hos in gradu parentum locasset natura.

Mean. *ibid. in fin.*

Hæc devolutio in Comitatu Lossensi æque ac in Principatu Leodiensi utriusque conjugis bona, tanquam unum patrimonium constituentia pariformiter liberis adficit, & discrepat ab ea, quæ in Brabantia & vicinis locis observatur, juxta quam bona prædefuncti per proprietatem formalem, superstitis autem per consuetudinariam (quæ per mortem proprietarii ante usufructuarium, prout in Comitatu Lossensi, evanescit) in liberos devolvuntur.

Stockman. *de Jur. devolut. cap. 1.*
Mean. *observat. 123. num. 1. & op. posth. def. 46.*

Porro *Wilhelmus* de Bronckorst proprietarius

nudus seu Dominus in spe, patre suo *Hermanno* in Anno 1556. prædefuncto, ante matrem suam Petronellam de Praët, quæ Anno 1593. ex hac vita decessit, juxta propria adversariorum adserta, in pugna prope Harlemium, ab Hispanis obsessum, Anno 1573. commissa, relicto *Hermanno Theodoro* filio unico, interiit.

Strada *de Bello Belgico part.* 1. *lib.* 6. *&* 7.

Consequitur manifestissime, quod jam mentionatus *Hermannus Theodorus* in dominio de Stein, per mortem *Wilhelmi* patris sui ante Petronellam matrem in se subdevoluto, non uti repræsentans personam patris, sed proprio Jure, avo & aviæ, per gradum patris sui, successerit, prout in specie tradit

Mean *observat.* 320. *num.* 16. *& definit.* 7. *num.* 5. *&* 8.

Et Testamentum a recensito *Wilhelmo* 2. Mart. 1573. in Castris Harlemium inter & Lugdunum Batavorum prætense conditum, nullatenus subsistat, sed per ejus ante matrem usufructuariam, obitum, factum sit caducum.

Mean *observat.* 87.

Et quum Appellati extrema actionis rei vindicatoriæ in jam fato Testamento prætense fundare conati sint, videatur replica ab ipsis producta sub Quadrang. Actorum [49] sua sponte fluit, eodem Testamento non subsistente, dictam actionem titulo huic de Jure invalido inædificatam mole sua ruere.

Non obstat, quod pars adversa contra hactenus proposita prætense objecit, nimirum, quod *Wilhelmus* de Bronckorst in prætacto suo Testamento conventionum matrimonialium ipsum inter & Ericam de Manderscheid initarum meminisset, ibique declarasset, se de bonis testari per conventiones illas sibi donatis, quinimo addidisset ibidem, usumfructum bonorum, de quibus testatus fuisset, præfatæ Comitissæ de Manderscheid uxori suæ, juxta conventiones matrimoniales cum ipsa initas, remansurum, quam dispositionem facere non potuisset, nisi bona, de quibus testatus esset, vere in matrimonii subsidium a Petronella matre accepisset.

Nam hoc argumentum sophismate potius, quam Juris ratione suffultum esse, ex eo manifestissime convincitur, quia hoc ipso pars adversa largitur, *Wilhelmum* de Bronckorst facultate testandi caruisse, nisi Petronella de Praët ejus mater & usufructuaria dominium Stein, bonaque eidem adnexa eidem in subsidium matrimonii cum sæpe citata Erica de Manderscheid conjuge sua erecti, cessisset aut donasset.

Talem vero cessionem aut donationem *Wilhelmo* a matre usufructuaria vere factam fuisse; nullo concludenti argumento ex adverso probari potuit, imo nudum hocce adsertum nullis probationum adminiculis munitum tantum in solo ente rationis, & adversariorum ideis absque vel minimo fundamento a parte rei consistere, patet ex sequentibus.

Tum quia in sæpe memorato Testamento *Wilhelmiano* de prætensa hac cessione vel donatione ne verbum quidem continetur.

Tum quia potius in eo expresse dicitur, quod memorata Erica de Manderscheid *Wilhelmi* conjux saltem post mortem Petronellæ de Praët arce & dominio de Stein utifrui debeat; ex quo evidentissime fluit, dictam Petronellam, tempore erecti Testamenti, filiique sui *Wilhelmi* mortis bonorum Steinensium usufructuariam fuisse, ac permansisse.

Tum denique, quia ex Documentis Libello gravatoriali sub Lit. E. F. G. H. I. adjunctis demonstratum fuit, quod recensitus *Wilhelmus* tam ante, quam post initum matrimonium cum dicta conjuge sua Erica de Manderscheid, ad bona, in quibus post matris Petronellæ obitum, succedere debuisset, oppignoranda & alienanda, licentiam ab ea petere debuerit.

Caput II.

Quo demonstratur, prætensum pactum, Carolum de Bronckorst inter & sororem ejus 15. mensis Maji 1576. initum sub Quadrang. Actorum (50) omnino invalidum esse.

Constantissimi etenim Juris est, neminem transigere, nec compromittere de Jure alieno posse, si non speciale mandatum habeat, quia in generali non solent ea contineri, quæ speciali indigent concessione.

L. 60. *ff. de Procurator.*

Quum autem *Carolus* & Elisabetha nullum Jus, aut actionem ad dominium, & bona Steinensia, vivente *Hermanno Theodoro*, adquisiverint, uti ex præallegatis comprobatum est, neque ab eo mandatum super Testamento paterno, ineundi pactum, obtinuerint, consequitur, quod hoc prætensum pactum, utpote inter alios actum, nullatenus nocere aut obesse potuerit *Hermanno Theodoro.*

Maxime, quum hic per prædecessum patris sui *Wilhelmi* de Bronckorst, ante ejusdem matrem Petronellam de Praët, & respective dicti *Hermanni Theodori* aviam, plenam dominii & bonorum Steinensium proprietatem consecutus fuerit, consequenter de iis, non obstante prætense dicto pacto, libere in favo-

rem

rem *Maximiliani* de Bronckorst patruelis sui, utpote per Testamentum de nona Januarii Ao. 1601. coram pleno Judicio Steinensi conditum sub Quadrang. Actor. [47] fecit, disponere potuerit.

Si enim pater filio suo, transigendo super bonis ab avo provenientibus, & ad mentionatum filium spectantibus præjudicare haud valeat, quomodo patruus & matertera legem reversionis in dicto feudo statuere, & proprietario *Hermanno Theodoro* facultatem de eo disponendi præripere potuere?

„ Huic accedit, quod præfatus *Carolus* pars „ contrahens prætensi pacti, ante super- „ stitem Petronellam matrem & respecti- „ ve usufructuariam pariter e vita decess- „ serit, adeoque Jus devolutionis adin- „ star prætacti *Wilhelmi*, ad effectum „ quoque transigendi obstiterit, ita in in- „ dividuo.

Mean *definit.* 7. *num.* 9.

Deinde, quamvis regulariter de consuetudinibus Leodiensibus & Lossensibus, in venditionibus, & impignorationibus, Domini directi licentia non requiratur.

Mean *observat.* 543.

Attamen hoc non procedit, si per contractum inter vivos feudum sideicommisso gravari contingat, quia substitutiones in Contractibus regulantur ad instar ultimarum voluntatum.

confer. omnino dict. Mean *op. posth. definit.* 65. *a num.* 6. *usque ad num.* 19.

Ubi casum nostro simillimum refert, & aptissime ad eum dicit, quod consultus in causa inter Comitissam de Groesbeck, & D. de Nuenbourg actorem responderit, pactum gentilitium super nobili feudo de Bolland, ultra Mosam sito, omissa licentia Domini directi, non valere, & juxta hanc opinionem, a Suprema Curia Feudali Brabantiæ judicatum esse, condemnato Domino de Nuenbourg actore, qui, licet ab hac sententia Judicium revisionis imploravisset, non tamen Curiæ feudalis reformationem obtinuisset.

Rationes hujus sententiæ prælaudatus Author *loco citato num.* 9. has allegat; quod, quam per consuetudinem recessum esset a dispositione Juris, juxta quam pactis non daretur hæreditas, eodem Jure consuetudinario consequens esset, admittendum esse, requiri licentiam seu consensum expressum Domini directi ad disponendum de successione in feudo per contractum: cum quo ad ordinem successionis & dispositionem de hæreditate, ejusmodi pactum vim haberet ultimæ voluntatis, præsertim quam in ejusmodi pacto paciscentes ad fideicommissa digressi essent; quia *substitutiones in contractibus regularentur ad instar ultimarum voluntatum*;

unde idem Mean *num.* 16. ait:

Quod si per pacta super successionibus in feudis, omissa licentia Domini directi, contrahere liceret, prona & sequens via foret fraudandi Dominum directum Juribus licentiæ, ad disponendum de successione in feudo necessariis; si, quod Jure ultimæ voluntatis vetitum foret, per pactum liceret; in tantum ut ex ejusmodi pacto sine licentia Domini directi nequidem obligatio personalis nascatur, quia hæc pactio non pendet a voluntate partium, sed a lege feudi,

ita Mean *dict. definit.* 65. *num.* 12.

Porro in prætenso pacto vel contractu *Carolum* de Bronckorst inter & ejusdem sororem Elisabetham 15. Maji Ao. 1576. erecto feudum Steinense fideicommisso conventionali, cum speciali prohibitione alienationis, a dictis paciscentibus prætense gravatum fuit.

Consequitur ex præallegatis, sæpe adductum pactum, defectu licentiæ Domini directi nullatenus subsistere posse, uti mox probatum.

Paragraphus I.

In quo refellitur objectio ex adverso obmota.

Alterum argumentum, ex adverso obmotum, in hoc consistit, quod Petronella de Praët prætenso pacto quæst. interfuisset, & mediatricis officio functa agnovisset, dominium Steinense ad *Wilhelmum* filium suum vere spectasse, ipsumque de illo disponere potuisse, quia alioquin cessionem, ab Elisabetha *Carolo* factam, & stipulationem, ut deficientibus in linea *Caroli* masculis, idem dominium ad Elisabetham, illiusque descendentes reverteretur, non adprobasset; Et eo ipso, quo Petronella præfato contractui interfuisset, eo inquam ipso usufructui in dominio de Stein bonisque ei adnexis, ipsi competenti, tacite renunciasse censenda esset, quo dominium illud, & bona ei adnexa in *Carolum* transferri, & casu, quo *Carolus* sine prole mascula moreretur, ad Elisabetham reverti consentiisset, imo etiam per contractum supra memoratum stipulata fuisset.

Hoc enim ad Cleantis lucernam minime evigilatum est, quippe exinde convellitur, quod ex sæpe citato pacto nullatenus probari possit, præmemoratam Petronellam de Praët dominii & bonorum Steinensium usufructuariam, illi tanquam partem contrahentem & renunciantem intervenisse, illudque cum *Carolo* & Elisabetha contrahentibus subscripsisse, aut sigillo suo muniviss.

Et quum Petronella, prout liquidissimis Documentis, Libello gravatoriali adnexis, potissimum vero adjuncto sub Lit. I. demonstratum probatumque exstat, longo tempore post initum Pactum quæstionis, ad mortem usque, dominio bonisque Steinensibus, usa-fruita fuerit, sua sponte fluit, adversariorum supra allegatum adsertum, quasi Petronella per prætensam interventionem dicto Pacto usufructui, in adductis bonis sibi competenti, renunciasset; a veritate maxime alienum esse.

Atque hinc si fata Petronella de Praët suo usufructui recte renunciare valuisset, prius emancipare suum filium *Carolum*, atque cessionem ususfructus coram Justitia loci facere debuisset, ad hoc ut prætensum Pactum subsistere valeret, juxta formalem doctrinam.

Mean *observat.* 380. *num.* 7. *& observat.* 616. *num.* 21.

De quibus requisitis nullo modo in Actis constat, econtra patet, inquam, eandem Petronellam de Praët usufructu Bonorum Dynastiæ Steinensis potitam fuisse, & quidem ad ipsius mortem usque, proindeque stantibus hisce defectibus, seu solennitatibus haud adhibitis, corruit hocce prætensum Pactum cum Elisabetha initum, idque tanto magis procedit, eo quod Petronella de Praët Testamento cum suo marito inito nullatenus derogare potuerit, etiamsi aliqua potestas eidem per Testamentum commune foret concessa.

Quippe plusquam manifestum est, *quod facultas superstiti Conjugum relicta disponendi de Bonis inter Liberos pro arbitrio, non tollat Jus devolutionis, quia hæc potestas non absoluta, sed viri boni arbitrio, superstiti est data,* ita in specie

Mean *observat.* 88. *num.* 17. *in fine.*

Adeoque prætensa illius præsentia, in fato Pacto mentionata, nullum operari potest effectum, tum quia per eandem haud derogavit suo usufructui Bonorum quæstionis, uti supra firmatum, tum quia non constat, quod suum filium *Carolum* emanciparit, multominus cessionem ususfructus coram Justitia loci cesserit, cum, inquam, post prætensum Pactum usufructu fatorum Bonorum potita fuerit, tum denique quia Jus subdevolutionis, non obstante aliqua potestate ipsi concessa, subvertere haud ipsi integrum fuit.

Cum ex præallegatis concludentissimis rationibus pateat, quod tempore prætensi istius Pacti, dominium Steinense, bonaque ei adnexa jam dudum antea in *Hermannum Theodorum*, per prædecessum ante Petronellam usufructariam *Wilhelmi* Patris subdevoluta fuerint, consequenterque Jus ipsi jam modo antecedenter plenissime adquisitum, per ejusmodi Pactum, absque ejus consensu, inter tertios erectum, nulla ratione auferri, neque libera facultas testandi adimi potuerit.

Nec obstat, quod in Replicis ex adverso exhibitis sub Quadrang. [49] adseritur: *Maximilianum* de Bronckorst dominio Steinensi & bonis inde dependentibus non aliter, quam vigore memorati contractus sub Quadrang. [50] potitum fuisse, quo cessante, dominium illud bonaque illa ad Elisabetham Margaretham, post obitum *Hermanni Theodori*, juxta Testamentum a *Wilhelmo* conditum, reverti debuissent.

Quippe ultra quod Reus possit uti diversis, imo & contrariis exceptionibus, aliunde a veritate alienum est, quod præfatus *Maximilianus* dicto dominio, bonisque adnexis, vigore memorati contractus potitus fuerit, cum ex prædeductis ad oculum demonstratum sit, quod *Hermannus Theodorus* vigore Testamenti sub Quadrang. [47] eum hæredem universalem, consequenter in præfata Dynastia & bonis inde dependentibus, coram pleno Judicio Steinensi instituerit; dictusque *Maximilianus* post obitum Testatoris, qui contigit circa Pascha Anni 1602. subsequenti die 17. Aprilis ejusdem Anni, Possessionem Dynastiæ Steinensis non vigore prætensi contractus sub Quadrang. [50] apprehenderit, sed vigore prætacti Testamenti sub dicto Quadrang. [47] ab *Hermanno Theodoro* conditi, qui, utpote ex præallegatis argumentis probatum est, facultatem habuit libere in favorem dicti *Maximiliani*, Patruelis sui, testandi. Ideoque huic ptætenso isto contractu ad dominium, & possessionem bonorum Steinensium consequendam minime opus fuisse, exinde clare eruitur.

Paragraphus II. & ultimus.

Quo demonstratur, quod, licet adducta fundamenta non forent attendenda, attamen Marchio de Westerloo Pupillus Jure præferentiæ, in dominio bonisque Steinensibus, ad exclusionem Appellatorum, idque ex sequentibus rationibus in retro actis non dilucidatis, & adjunctis novis Documentis, gaudere debeat.

PRo cujus demonstratione notandum venit, quod moribus Comitatus Lossensis, & Principatus Leodiensis, Jus reale vel dominii seu hypothecæ per insinuationem apud acta competentis Judicis solummodo quæratur, & NB. NB. ille potior in dominio sit, qui sibi prius

de

de Jure reali vel per contractum vel per insinuationem contractus apud Acta competentis Judicis prospexit, nec quidquam interfit, an sciverit, vel ignorarit secundus adquirens aut creditor: Ratio est, quia statutum præfert vigilantem in insinuatione ad Jus reale quærendum, nec vigilans videtur dolo facere, qui Jure suo utitur, uti comprobatum est attestatis sub Lit. O. & P. adjunctis.

Mean *observat.* 167. *num.* 4.

Hinc, quum dominium feudale de Hamalle coram Tabellione venditum fuisset Titio, & postea Sempronio per contractum venditionis, Actis Curiæ feudalis insinuatum, judicatum refert

D. de Mean. *dict. observat. num.* 5. *Sempronium Titio potiorem esse.*

Secundo attendendum est, quod per Edictum Serenissimi Principis Leodiensis, *Maximiliani Henrici*, Bavariæ Ducis, sexta Aprilis A. 1686. cum consensu trium Patriæ Ordinum publicatum, Libello gravatoriali, quoad clausulas concernentes sub Lit. Q. Artic. 32. & seqq. adjunctum statutum sit: „Quod NB.NB. omnia „fideicommissa temporalia sive perpetua ad „Registrum Actuariatus trium Patriæ Ordinum „præmentionatorum, in finem producendi „effectum suum, sint referenda & registranda; „Quem in finem prælaudatus Serenissimus „Princeps, cum præfatis Dominis Ordinibus „statuit:

Quod omnia fideicommissa, per pacta nuptialia & Testamenta NB. NB. ante prætactum Edictum stabilita intra terminum unius Anni NB. NB. & futura fideicommissa, statim coram recensito Actuariatu realisari debeant;

Sin minus NB. NB. quod contrahentes cum hæredibus fiduciariis, eorumque successoribus, vigore Juris realis interea quæsiti, NB. NB. fideicommissariis successoribus præferri debeant.

Hocce Edictum, de quo in retro actis ne vel verbum quidem dictum fuit, in casu substrato eo magis attendendum venit, quo in viridi est observantia; & secundum illud judicatur, id ipsum pars adversa diffiteri haud NB. ausa fuit, cum solummodo Libello gravatoriali per generalia contradicere sibi existimaverit, quod ex parte Appellantis acceptatum fuit.

Porro ex præallegatis demonstratum & ex Actis notorium est, quod pars adversa principale fundamentum actionis suæ in prætenso fideicommisso a *Wilhelmo* de Bronckorst per Testamentum, 2. Martii 1573. in Castris Harlemium inter & Lugdunum Batavorum conditum, in favorem Margarethæ Elisabethæ de Bronckorst instituto, atque in fideicommisso conventionali prætense radicato in sæpe memorato pacto, *Carolum* de Bronckorst inter & ejusdem sororem, jam dictam Elisabetham, sub dato 15. Maji 1576. prætense erecto sub Quadrang. Actor. [50] collocarit.

Atqui NB. *nec unum nec alterum amborum fideicommissorum ad Registrum actuariatus trium Patriæ Ordinum juxta legem præmentionati Edicti post Annum* 1686. *relatum fuit, uti Acta Cameralia demonstrant.*

Econtra vero jam circa factum probatum allegatumque exstat, pacta antenuptialia *Florentium* de Merode inter & Annam Mariam Sidoniam de Bronckorst conjuges erecta, quibus Dynastiam Steinensem titulo oneroso consecuti fuere, jam tum 13. Julii Anni 1641. actis Curiæ Feudalis Curingianæ insinuata fuisse.

Consequens igitur est, quod hisce ex novis fundamentis in retro actis nunquam deductis Marchio de *Westerloo* pupillus vigore dotis tanquam realis, adversariis, in præallegatis fideicommissis nunquam realisatis, & consequenter nullum effectum producentibus actionem suam fundantibus sit præferendus.

Licet namque fideicommissa de Jure Leodiensi ante superius Edictum de Anno 1686. apud acta insinuari aut realisari haud debuerint, ita ut b. f. emptoribus nullo modo subventum fuerit, *hoc tamen est intelligendum, nisi Lege lata Princeps edicat, non habendam fideicommissi rationem, nisi fideicommittens, vel paciscens illud ipsemet insinuare Actis competentis Jurisdictionis teneatur*, ita in terminis

Mean *observat.* 416. *num.* 21. *in fine.*

Porro Status Patriæ Leodiensis verbis post dictam Observationem Meaneanam, mandarunt per supratactum Edictum de Anno 1686. ut omnia fideicommissa tam futura, quam præterita coram ejusdem Actuariatu realisari deberent, idque sub pœna præferentiæ, uti supra firmatum, proindeque prona fluit conclusio, quod Appellans Appellato in dominio Steinensi sit plane præferendus.

Nec movet, si forte obtrudatur, quod hocce Edictum respiceret creditores titulo oneroso vallatos, quippe supra patet, quod Appellans titulo & quidem maxime oneroso, scilicet dotis ibidem specificatæ dominium Steinense occupet, unde manifesti Juris est, quod idem dominium non ex causa lucrativa possideat.

Promissio enim dotis non est causa lucrativa, sed quodammodo creditor, vel emptor est is, qui dotem petit, ideoque ex empto competit actio, ita in terminis

Mean *observat.* 520. *num.* 12. post *l. ex promissione. ff. de obligat. & action.*

Adeo ut res per se loquatur, quod Appellanti vigore hujusce dotis, quæ, uti dictum, realisata fuit, Jus reale sit acquisitum, adeoque potior sit Appellato, qui in omnem eventum sibi imputare deberet, quod melius sibi haud prospexerit in non acquirendo Jus reale per consuetudines introductum.

Potissimum, quia Anna Maria Sidonia, *Florentini* de Merode Conjux Patris sui *Maximiliani* de Bronckorst hæres haud extiterit, verum ei Anna de Sturm, secunda ejusdem conjux, & post eam *Fridericus Wilhelmus*, ex secundo thoro procreatus, juxta consuetudinem Comitatus Lossensis succedere debuerit.

Quemadmodum ergo probatum primo fuit, quod per Testamentum *Hermanni* de Bronckorst & Petronellæ de Praët proprietas consuetudinaria dominii de Stein tantum juxta Statutum Lossense in filium *Wilhelmum* devoluta fuerit; de qua proinde moriendo ante Matrem Petronellam de Praët superstitem usufructuariam tanquam flos sine fructu disponere non potuit.

Secundo quoque ostensum fuit, quod *Hermannus Thedorus* in dominio de Stein, in eum per mortem *Wilhelmi* Patris sui, ante Petronellam usufructuariam Matrem & respective Aviam, subdevoluto, non uti repræsentans Patrem, sed proprio Jure, Avo & dictæ Aviæ, per gradum Patris sui successerit, consequenter liberam de eo facultatem testandi in favorem *Maximiliani* de Brockorst, uti per Testamentum suum de Anno 1601. nona Januarii, sub Quadrang. [47] fecit, habuerit; Quodque Pactum *Carolum* inter & ejusdem sororem Margaretham Elisabetham 15. Maji Ao. 1576. prætense erectum, sub Quadrang. [50] tanquam res inter alios acta, eumque nullatenus concernens, nulla ratione ei obesse, neque Jus per prædecessum Patris sui ante Petronellam usufructuariam, in dominio Steinensi plenissime adquisitum auferre, neque dictam testandi libertatem adimere eidem potuerit.

Tertio denique firmatum fuit *per Edictum Sereniss. Principis Leodiensis & Comitis Lossensis Maximiliani Henrici Bavariæ Ducis sexta Aprilis Anni* 1686. *publicatum, statutum esse*, quatenus omnia fideicommissa temporalia sive perpetua ad Registrum Actuariatus trium Patriæ Ordinum referenda sint, quodque altissime fatus Princeps pro fideicommissis, *ante præallegatum Edictum* ordinatis, terminum *unius Anni*, coram mentionato actuariatu realisandi ergo, concesserit.

Fideicommissa vero, in quibus se pars adversa prætense fundat, NB. *non fuisse realisata.*

Econtra autem Pacta antenuptialia, vigore quorum *Florentio* de Merode sub prætactis titulis onerosis & particularibus tradita est Dynastia de Stein, *jamtum in Anno* NB. 1641. *actis Curiæ Curingianæ insinuata*, consequenter ipsi æque ac Descendentibus ejus *Jus reale & præferentiæ* contra quoscunque adquisitum fuerit.

Unum, quod §. 2. allegatum fuit, de defectu insinuationis in Registro sive Actuariatu trium patriæ Leodiensis ordinum, removendum fuit. Extat hoc in opere defuncti JCti Leodiensis de Louvrex *Recueil des Edits &c. du Pays de Liege & Comté de Looz* sub Anno 1686. Verba Edicti testantur, pertinere ad terras territorio Principis Leodiensis subjectas, non pertinent ergo ad Dynastiam de Stein, quæ tantum est nexui feudali Principis Leodiensis, non vero territorio subjecta, sed immediata Imperii. Neque enim feudalis nexus infert potestatem in Vasallos vel horum subditos, neque etiam jurisdictionem aliam quam feudalem. Tentatum quidem hoc fuit interdum a Judicio Leodiensi sive Curia feudali in aliis causis, adversus Vasallos, sed per Sententias Camerales abusus iste correctus.

Comitatus Lossensis feudum est Dynastia Stein. Et feuda illa sunt ejus naturæ, ut Vasallo competat facultas disponendi inter vivos de iis, etiam absque impetrata a Domino directo venia. Licet vero in dispositione per ultimam voluntatem impetratio veniæ, sive voce Leodiensi Octrojæ sit necessaria,

vide Mean *observat.* 682. & in *Opere posthumo def.* 65.

hoc tamen pertinet tantum ad terras territorio subjectas, non vero ad eas, quæ hoc vinculum non habent, id est, Imperii liberas. Ex his concluSum fuit, rejecta Imploratione Restitutionis in integrum, Sententiæ priori esse inhærendum, & ita publicata Sententia d. 23. Decembr. 1738.

(o)

Con-

Consultatio & Decisio XXVI.

Continet casum Dispositionum maternarum variantium, & super iis multarum litium exortarum inter ejus liberos, generos, & respective nepotes neptesque Decisio facta, ut divisio fieret ab intestato.

Est hic casus inter privatorum personas, per varias Appellationum & Mandatorum scenas ad Cameram Imperialem deductus, ut in mentem venerit, fore, qui eum recensione tam amplissima dignum non esse existiment; Si tamen considerentur circumstantiæ voluntatis Testatricis mutabilis, & ad diversas dispositiones perductæ: Processuum scenas mirabiles & intricatissimum Actorum statum, ad quem enucleandum industria non levi fuit opus; Non puto a lectione hujus Consultationis quemquam discessurum, qui non observaverit methodum tractandi & extricandi ejusmodi negotia: Deinde exemplo potest esse hic casus pro evitandis ejusmodi litigiis inter propinquos, ex quorum dissidiis patrimonium amplissimum non potuit non redigi ad mediocritatem. Neque adhuc istarum controversiarum est finis, cum quæstiones de collationibus inter hæredes, & rationibus in priori Instantia nondum fuerint decisæ, adeoque illuc remittendæ. Sufficere putavit Senatus Cameralis, si priori Judici decisionis indicarentur principia.

Geschichts-Erzehlung aus alten und neuen Actis nach Ordnung der Zeiten zusammen gezogen.

§. I.

Die Streitigkeit, welche nach Absterben weyland Ilse, sive Elisabeth Storrin, Wittwen Wiesenhavers zu Hildesheim, einer wohlbemittelten Frau, unter ihren nachgelassenen Kindern und Erben, von Anno 1679. entstanden, und von der Mutter hinterlassenen veränderlichen Dispositionibus hergerühret, ist durch so vielerley, theils bey Fürstlich-Hildesheimischer Regierung, theils in Camera Imperiali erhobene Processe, in verschiedenen, theils abgeurtheilten, theils unbefolgten Rubricis & Corporibus Actorum so weitläufftig worden, daß es ziemlich mühsam ist, alles in eine accurate Geschichts-Erzehlung zu bringen, indem die Partheyen selbst durch allerhand Conventiones, und in Actis mehrmals widersprechende Asserta und Petitiones die Sache sehr verwirret, die Advocaten auch solche mit überaus grosser geflissentlicher Weitläufftigkeit tractiret, worinnen die Blätter öffters mit spöttlichen Worten gegen einander angehäuffet, daß, wenn alles, was in der Sache von Ao. 1680. her in verschiedenen Actorum corporibus geschrieben, von einem Blat zum andern solte contrahiret werden, zu solcher Arbeit, nebst denen ordentlichen Amts-Geschäfften, nicht ein- sondern wohl 12. und mehr Monate, auch hernach bey der Relation in Senatu, etliche Wochen dürfften erfordert werden, und es eine vergebliche, auch im zuhören verdrießliche Arbeit seyn würde.

Anjetzo ist über der, adversus Sententiam Cameralem Mandati cassatoriam vom 13. Oct. 1723. begehrter Restitution in integrum [102] zu urtheilen, nachdem jetztgedachte Urthel auf die zur Hand gewesene Acten, und darinnen befindliche Geständnisse possessionis *Joachimi Wiesenhavers* gesprochen: Nunmehro aber aus ältern Actis Cameralibus, welche seither dem aufgesuchet worden, das Contrarium, und daß dem jetzigen Kläger, so viel als er begehret, nicht zukommen könne, will erwiesen werden; Dahero die verschiedenen alten Corpora Actorum einzusehen und in Betrachtung zu ziehen, inständig gebeten wird, wodurch die Arbeit, um alles gründlich zu untersuchen, und abzuurtheilen, sich viel vergrössert hat.

Als nun mir diese Acta nunmehro als Referenti zugewachsen, so habe mich bemühet, nach Einsicht und Excerpirung aller solcher alten und neuen Acten, einen solchen Begriff vom Zustand der Sachen zu machen, wie ich meyne, daß solcher der Geschichte, und gerichtlichen Actis gemäß, auch denen übrigen Herren des Hochlöblichen Senatus aufs klärste kan vorgetragen werden, woraus denn weiter zu erkennen seyn wird, ob, und was etwa vor Stücke aus denen Actis weitläufftiger zu recensiren nöthig seyn möchte.

Zuforderst muß man die vielerley Namen, welche die Interessenten Wiesenhaverischer Erben in Actis haben, ex Schemate Genealogico sich bekannt machen: Deren sind gewesen fünff: nemlich 2. Söhne und 3. Töchter, und haben sich in ihren Descendenten, bevorab aber die Töchter per repetita matrimonia, geändert, dann sonsten leichtlich ein Irrthum vorgehen kan.

Explicetur distincte Schema Genealogicum sequens, præ oculis habendum.

Sche-

SCHEMA GENEALOGICUM.

JOACHIM WIESENHAVER. Burgermeister † 1641. Uxor Ilse Storren. † 1679.

Margaretha † 1642. Ihr Mann war **Joachim Oppermann**, † 1602.

Caspar Henrich Oppermann † 1688. die erste Frau war eine von Moderspach † 1663. ohne Kinder, die 2te Frau **Hedewig Höfmeisters**, † 1684. und hinterließ 2. Kinder.

Johann Jobst † 1706. und nach ihm seine Kinder. Seine Frau **Adelheit Betken** † 1734. Ihr 2ter Mann ist gewesen, Herr von der Wensen, wovon 3. Kinder. 3ter Mann **Alexander Ludwig von Weyhe**, wovon eine Tochter.

Ilse Leve † 1723. Conj. *Joh. Valentin Bullenius* † 1687.

Maria Hedewig, † 1735. ohne Kinder.

Ilse Margaretha ihr Mann **Joh. Friederich Hofmeister** † 1722.

Johann Friederich, **August Henrich**, **Johann Carl**.

Ilse † Ihr Mann war D. **Waldhausen**, † ihre Nachkommen wohnen im Braunschweig- und Hannöverischen.

Magdalena † 1713. Conjux primus **Joh. Christoph Brandes**, wovon Kinder, Conj. secundus Dr. **Joh. G. Spöer** † 1697. ohne Kinder.

Justus † 1659. ohnverheyrathet.

Joachim † 1683. ohne Kinder. Uxor *Anna Margaretha Niehaus* † 1722. ihr 2ter Mann Dr. **Anton Conrad Lilien**, † 1722. davon gebohren

Margaretha Elisabetha Lilien. Conjux **Johann Justus Wiesenhavern.**

Hans Ludewig † 1673. Uxor 1. *Anna Maria Knochenhaver* † 1666. wovon 4. Kinder. Uxor *Cunigunda Margaretha Betken* † 1673. wovon ein Sohn.

Catharina Elisabeth, † 1716. Conj. **Joh. Conrad Köhler** † 1700.

Johann Friederich † seine Nachkommen wohnen im Braunschweig- und Hannöverischen.

Joachim Philipp, † 1725.

Johann Justus Uxor **Margaretha Elisabeth Lilien.**

Jobst Franz, † 1724. hat Kinder und Enckel nachgelassen.

Caspar Henrich, lebt noch, hat Kinder und Enckel.

Ilsa Helena, † 1696. Conj. **Augustus von dem Busch** † 1731. haben Kinder und Enckel nachgelassen.

Melchior Joachim. nat. 1673. † 1723. ohne Kinder. Uxor **Anna Catharina Willerding.**

Francisca Barbara † 1716. Conj. **Chr. Henning Bernhard Witter** † 1715.

Catharina Barbara

Ilse Leve † 1717. Conjux **Henrich Christian Brandes**

Henrietta Sophia Elisabeth.

Sophia Margaretha †

Johann Friederich

§. II.

So hatte also obgedachte Groß-Mutter Ilse **Storrin** nach ihres Ehe-Manns **Wiesenhavers** tödtlichem Hintritt Anno 1641. des sämtlichen Vermögens Nutz-Nießung nach Stadt-Hildesheimischer Gewohnheit, vide Acta Appellation. 2dæ **Oppermann** contra **Spöer** [6] behalten, und Ao. 1665. ein adel. Gut Wendhausen im Stifft Hildesheim von denen Eigenthümern **Wobesnau** wiederkaufflich vor 16800. Rthlr. an sich gebracht [21] Act. Mandati pag. 2. Sie hat auch nach Aufkündigung des Bürger-Rechts in Hildesheim ihre Wohnung auf dem Gut genommen, und bis an ihr Ende behalten.

Nota. Dieses Gut Wendhausen ist ab origine dem Closter Marienrode bey Hildesheim zuständig gewesen, und mag demselben von vornehmen Personen Stückweise seyn geschencket, und dieses Gut daraus seyn gemacht worden. Von dem Closter hat es einer von **Bortfeld** wiederkaufflich, und ein **Bortfeldischer** Tochtermann **Arend von Wobesnau** hat es Anno 1612. erb- und eigenthumlich erlangt, mit Consens der damaligen Landes-Herren. Und endlich ist es an die **Wiesenhaverische** Erben kauffich gekommen. Von gedachtem Closter Marienrode

vide Bünting *in Chron. pag.* 440.

Leibnitii *Scriptor. Tom. II. in Præfat.*

Dieses Gut Wendhausen ist insonderheit der Zanck-Apfel unter denen Erben gewesen, da ein jeder von ihnen eines Vorrechts in possessione sich anzumassen getrachtet, woran aber die Mutter und respective Groß-Mutter durch ihre offtveränderte Dispositiones (es sey nun, daß Sie es aus eigener Bewegung, oder aus Anstifftung bald dieser bald jener Person gethan, welches ich dahin gestellet seyn lasse, wenigstens sind die Worte solcher Dispositionum so gefasset, daß sie schwerlich von einer alten Frau eigenem Concept hergerühret) sehr viel Ursach gegeben. Und haben die **Oppermannische** Erben einmal den bekannten Spruch, varium & mutabile semper fœmina, ihrer Groß-Mutter beyzulegen kein Bedencken getragen, in Actis Appellationis **Wiesenhaver** contra **Oppermanns Erben** de Anno 1712. [30] pag. 33.

Nemlich, es hat dieselbe bald nach erkaufftem Gut, Wendhausen, Anno 1667. d. 24. Februar. eine Dispositionem particularem über dieses Gut Wendhausen ohne Form eines Testaments oder Codicills, jedoch wie es nach ihrem Tode damit solte gehalten werden, gemacht, (ist mehrmals in Actis befindlich, und in letztern Actis Mandati Cassatorii [105] fol. 6. usque 10. zu lesen, vel in Actis 2dæ Appellationis **Oppermann** contra Spöer [117]) in welcher Sie dieses Gut ihrem ältesten Sohn **Hanß Ludwig** allein ad dies vitæ, und nach dessen Absterben wiederum dessen ältesten Sohn **Joachim Philipp** zu besitzen, und zu geniessen verordnet, mit Vorbehalt der Nutz-Niessung auf ihre Lebens-Zeit. Und solle ihren übrigen beyden Kindern **Joachim** und **Magdalenen** von denen Einkünfften des Guts jedem alljährlich 200. Reichsthaler gereichet werden; welche jährliche Hebung, wann einer von gedachten Kindern ohne Leibes-Erben verstürbe, auf die überlebende Schwester und Brüder fallen soll; oder §. 7. wann er gedachte zwey Kinder jedes mit 5000. Reichsthaler ablegen könte, soll es ihm frey stehen, **um dann** das Gut obbeschriebener Massen vor sich allein zu behalten.

Nota. In einigen Abschrifften heißt es **und dann**. Der Kläger erkläret es pro **alsdann**. Welche Particulæ also in denen verschiedenen Abschrifften sich nicht finden.

Sie setzt auch nicht allein Krafft dieser Disposition den ältesten Sohn in Besitz dieses Guts mit Vorbehaltung des Ususfructus auf ihre Lebens Zeit; sondern sie hat auch gedachtem ihrem ältesten Sohn am 4. Martii 1667. durch ein besonder solennes Instrumentum den Besitz übergeben dicto [105] f. 10. usque 13. vel [117] Appellationis 2dæ.

Nachdem nun ermeldter **Hanß Ludwig**, mit Hinterlassung sechs Kinder, verstorben; so hat die Mutter zwar von ihrer Tochter **Magdalenen** sich bereden lassen, ihr das Gut zu verpachten, worüber des **Hanß Ludwig** ältester Sohn **Joachim Philipp**, welcher per Comitem Palatinum veniam ætatis Anno 1676. 8. Aprilis erlanget (das Diploma stehet [105]) schwürig worden, und die Groß-Mutter dahin vermocht, daß Sie die nächstgemeldte Verpachtung, als listiglich von ihr, da Sie am Gesicht Mangel hätte, erpracticiret, wiederruffen, und dem Enckel **Joachim Philipp** abermals solenniter possessionem des Guts übergeben den 17. Octob. 1676. dicto [105].

Es findet sich in Actis 2dæ Appellationis Anzeige, daß über dieser Verpachtung zwischen der Mutter und der Tochter **Magdalenen**, nebst ihrem ersten Ehemann **Brandes**, Processs entstanden, und per Appellationem ad Cameram erwachsen sey, ich habe aber davon kein Corpus Actorum gesehen.

In welchem Instrumento ja auch ipsa Schedula Requisitionis ad Notarium, welche den 24. Junii vorher datiret, so viel Lateinische Rechts-Termini befindlich, daß daraus leicht zu erkennen, wie die alte Frau sich alles so vorschreiben lassen.

Nota. In Actis Appellat. 2. **Oppermann** contra **Spöer** und Consorten wird dieser Actus, welcher mit einem groben Bauern-Notario celebriret worden, sehr angefochten, und erzehlet, aber ohne Bescheinigung, wie der **Joachim Philipp** den Notarium genöthiget, solche Terminos hineinzusetzen. Ita dicitur in Exceptionibus a parte Appellata.

Indessen stehet doch darin, daß sie ihm, **Joachim Philippen**, den Besitz des Guts, retento sibi usufructu ad dies vitæ, irrevocabiliter resigniret, gegönnet, und abgetreten. Die Groß-Mutter hat diesen Enckel **Joachim Philipp** so wehrt gehabt, daß sie bey seiner Verheyrathung A. 1676. ihm ein grosses Hauß in der Stadt Hildesheim geschenckt, und 2000. Rthlr. an gutem Capital-Brieff zum præcipuo gegeben, Act. Mandati Cassatorii [18].

Es hat darauf der **Joachim Philipp**, oder wer sein Rathgeber gewesen, die Vorsichtigkeit gebraucht, daß er bey der Fürstlichen Regierung zu Hildesheim unterm 17. Januar. 1678. ein Manutenentz-Rescript ausgewürckt [106].

Dieser Zustand zwischen der Groß-Mutter und dem Enckel **Joachim Philipp** währte nicht lange, sondern als die Groß-Mutter von ihren Kindern **Joachim** und **Magdalenen** zu andern Gedancken mag gebracht worden seyn, so hat sie Anlaß genommen, da der Enckel sie ein und andermahl eine alte kindische und irrköpfische Frau geheissen, und sonst nach ihrem Willen nicht geredet, eine andere Disposition zu machen am 13. Januar. 1679.

Nota. Diese Disposition habe in verschiedenen Corporibus Actorum in forma integra nicht angetroffen, und den Inhalt ex narratis derer Partheyen genommen. Es kommt auch darauf, nachdem bald ein förmlich Testament errichtet, so viel nicht mehr an.

Worin sie die an den Enckel **Joachim Philipp** beschehene Tradition Possessionis, als ob ihr die Schedula Requisitionis de Anno 1676. nicht vorgelesen worden, wiederrufen, und das Gut in drey Theile pro indiviso in Stirpes vertheilet, den einen Theil ihres ältesten Sohnes **Hanß Ludwigs** sämtlichen Kindern, den zweyten ihrem Sohn **Joachim**, den dritten ihrer Tochter **Magdalenen**, gegeben, diese neue Verordnung auch am 16. Januarii 1679. [119] Act. 2dæ Appellat. bey Fürstlicher Hildesheimischer Regierung überreichet. Und dennoch hat Sie unterm 24. Februar. dicti anni 1679. [119] Act. Mandati Cassatorii & [121] Act. Appellationis 2dæ [122] gegen einen von dem **Joachim Philipp** an sie abgeschickten Notarium declariret, wie sie ihre mit dem Sohn **Hanß Ludwig** per Contractum & Testamentum (deren doch keines zu der Zeit vorhanden war, wie aus vorhergehender Erzehlung erscheinet) gemachte Einrichtung von neuem bestätiget, und unwiederrufflich confirmiret, worbey Sie es wolte bewenden lassen [119]. Es beziehet sich das hiernach folgende Testament auf eine Erklärung vom 29. Januar. 1679. worinnen das jetztbemeldte enthalten seyn soll, welche aber, wie bald folget, auch wiederruffen worden.

Denn es hat **Ilse Storrin** am 14. Maji 1679. Testamentum solenne [107] errichtet, in welchem Sie alle vorige Dispositiones und Erklärungen wegen des Guts Wendhausen, in specie vom 24. und 27. Febr. 1667. 24. Jul. 1676. 17. Octobris 1676. die erschlichene Manutenentz, und die am 29. Januar. 1679. abgedrungene Erklärung cassiret, mortificiret und abgethan, dem Enckel **Joachim Philipp**, was obgemeldet, vorgerückt, und die gantze Erbschafft unter ihre drey Kinder, **Joachim**, **Magdalenen**, und des **Hanß Ludwigs** Kinder zusammen vertheilet, der andern Tochter **Margarethen** Sohn, **Caspar Henrich Oppermann**, über die vorab an Baarschafft und Pretiosen bekommene 5000. Rthlr. annoch 1200. Rthlr. vermacht, von aller übriger Erbschafft aber ihn, aus verschiedenen in Testamento gemeldten Ursachen, welche aber allesamt nicht viel bedeuten, ausgeschlossen.

Noch einer Tochter **Ilse Wiesenhavern**, welche mit Doctor **Waldhausen** Kinder gezeuget, hat sie auch verschiedentliche ansehnliche Legata vermacht, und ist diese Tochter und ihre Kinder in diesen Streit nicht eingeflochten worden.

Darneben setzt Sie die Conditionem eines Rückfalls, wenn von ihren 3. instituirten Erben ein oder der andere ohne Kinder verstürbe: von einem Kind auf das andere.

Wie es mit diesem Testament zugegangen, erzehlet der **Oppermannische** Advocatus Doct. **Lilien** in Actis Appellationis 2dæ, die Zeugen seyen nicht requiriret gewesen, die Testirerin, eine 80. jährige Frau, habe zu der Zeit weder sehen, hören noch schreiben können, dahero das Testament vor ungültig gehalten wird. Die instituirten Erben selbst haben es bald vor gültig, bald vor ungültig in Actis gehalten.

§. III.

Es ist leicht zu erachten, daß durch diese veränderliche Willens-Meynung der alten Frau **Ilsen Storrin** unter ihren Kindern und Enckeln bey dem ansehnlichen Vermögen, kein Friede bleiben können; denn es ist bald nach ihrem Tode A. 1679. Streit gnug entstanden, welcher nun etliche und 50. Jahr gewäh-

gewähret, und noch nicht geendiget, worzu neben dem gewöhnlichen meo & tuo, indem von denen Erben ein jeder dasjenige, worzu er am ersten gelangen können, ergriffen, und sich dessen, als des seinigen, angemasset, auch dieses viel beygetragen, daß die in der Sach gebrauchte Advocati Dr. **Spöer**, Dr. **Lilien**, und jetziger Kläger selbst, **Johann Justus Wiesenhaver**, von einem Theil zum andern übergangen, da sie durch Einheyrathen ihrer Ehe-Weiber principia, prioribus contraria, angenommen, und die vorigen Clienten, welche sie vorhero als Advocati bedienet, und deren so wohl guten als schwachen Gründen kundig gewesen, verlassen, dahero kommen so vielerley wiedersprechende Dinge und Postulata in unterschiedenen Actis; Was in einem Corpore bejahet, gestanden oder verneinet, das wird in andern Actis, als in facto irrig, wiederruffen.

Noch vor der Mutter Tode hat ihr Enckel ex filia **Margaretha C. H. Oppermanns** Riedemeister beym Stadt-Rath zu Hildesheim (nicht Rittmeister) in eventum mortis Aviæ um Sequestration des Guts Wendhausen angesucht, welche die Fürstl. Regierung unterm 31. Maji 1679. verordnet, und gedachter **Oppermann** solche gebilliget. Vid. Act. Appellat. 2. **Oppermann** contra **Spöer** [100] & [133].

Notandum: Es ist Anzeige in Actis, daß **Oppermann** wider das Decretum de Ao. 1679. Appellationem ad Cameram eingeführet und reproduciren lassen, es hat sich aber auf verschiedenmal beschehenes Nachfragen, auch Nachsuchen in Lectoria dieser Stock Acten nicht finden wollen.

Es ist auch am 13. und 23. Junii 1679. dem **Joachim Philipp**, Filio **Hanß Ludwigs**, welchen die Groß-Mutter Ao. 1676. in Besitz des Guts gesetzt gehabt, wie oben §. 2. gemeldet, die Interims-Administration, als sequestro, sub cautione, zum Besten aller Interessenten, aufgetragen worden, welches er acceptiret, sich eines gewissen Pacht-Geldes verglichen, und Caution geleistet, wie in dictis Actis **Oppermann** contra **Spöer** zu lesen [76] [89] [101] [102] vel in Actis Mandati Cassatorii [155] wordurch der Status possessionis præcedentis sich geändert, gedachter **Joachim Philipp** Administrator des Guts worden, mithin sämtlichen Erbs-Interessenten ihr Recht in salvo geblieben. Vide inprimis das Fürstl. Hildesheimische Regierungs Zeugniß in dictis Actis [95]. In Actis Appellat. 2. insonderheit denen Exceptionibus *Joachimi* & *Magdalenæ*, findet sich, daß diese beyde am Kayserl. R. Hoff-Rath a Decreto Sequestrationis appelliret gehabt. Der **C. H. Oppermann** hat præventionem insinuationis in Camera erlangt, und hat darüber viel disputirens gegeben.

§. IV.

Der **Caspar Henrich Oppermann** aber, welcher in den Groß-Mütterlichen Dispositionen nicht so gut, wie die andern Kinder, bedacht, sondern, wie §. 2. erzehlet, von der übrigen Erbschafft ausgeschlossen war, hat andere Wege gefunden, zu dem Besitz des Guts Wendhausen zu gelangen; gestalten er von den **Wobesnauischen** Erben das Wiederkauffs-Recht sich Ao. 1680. d. 15. Julii cediren lassen, in Act. secundæ Appellat. [25] & [31] [123]. Da denn dem Handel die Gestalt also gegeben worden, daß die **Wobesnauische** Erben das Gut durch ihn **Oppermann** würcklich an sich gelöset, und diesem wieder cediret, dahero sie dem **Joachim Philipp**, als alleinigen Besitzer (wie sie ihn also nennen) Vollmacht ertheilet, das Gut an ihren Cessionarium **Oppermann**, welcher den Pfand-Schilling an übrige Interessenten auszahlen solte, zu übergeben, [4] num. 1. Act. Appellat. 1. wie dann unter eodem dato 15. Julii 1680. andere des **Hanß Ludwig Wiesenhavers** Kinder die Cession unterschrieben [31] Act. secundæ Appellationis **Oppermann** contra **Spöer**, und weilen mit dem **Joachim Philipp** das Werck schon concertiret gewesen, worzu die oben §. 2. gemeldte **Oppermannische** Versicherungen [18] Actor. Mandati Cassatorii, und die Schadloß-Versprechungen nicht wenig mögen beygetragen haben, v. Act. Appell. **Wiesenhaver** contra **Oppermannische** Erben de Anno 1712. [9] [10] [42] (sind alle vom 1. und 2. Sept. 1680.) so hat er sich darzu willig finden lassen, und durch ein solennes Instrument [123] Act. secundæ Appellat. seinem Schwager **Oppermann** den Besitz des Guts übergeben, am 2. Septemb. 1680. [24] Act. secundæ Appellat. worbey **Joachim Philipp** in schedula requisitionis ad Notarium die clausulam beygefügt, daß es seinen Mit-Interessenten (seine Geschwister kan er nicht gemeynet haben, dann diese waren mit der Ubergabe zufrieden, sondern **Joachim** und **Magdalenen Spöers** Ehefrau) unschädlich und ihre Gerechtsamen reserviret seyn solten.

Hier ist nun die Frage entstanden, ob durch solche erlangte Cedirung des Wiederlösungs-Rechts **Oppermann** dominium plenum rei & possessionem erlanget? Und ergiebt sich leicht, daß **Oppermann** nichts mehr acquiriret, als die Cedentes haben können. Nemlich so lange pretium denen Interessenten nicht bezahlet, oder sie sonst vergnüget waren, so bliebe die Sache in vorigem Stand, und denenselben ihr daran habendes Recht ungebrochen.

Nun hat die Fürstl. Regierung diese Possessions-Ubergebung unterm 6. Sept. 1680. cassiret, worgegen **C. H. Oppermann** Appellations-Process in Camera Imperiali ausbracht, welche den 16. Mart. 1681. reproduciret sub rubro Appellat. primæ, ubi & [26] Act. Appellat. secundæ, vide [4]. Appellati waren allhier Dr. **Spöer**, der **Magdalenen** zweyter Ehe-Mann, und **Joachim Wiesenhaver**. In diesem kleinen Fasciculo findet sich kein Urthel, gestalten hernach in Actis Appel-

lat. 2. mehr verhandelt worden, worüber viel Confusion entstanden. In vorgedachten kleinern Actis Appellat. 1. kam hauptsächlich vor, daß, wie obgedacht, ein Theil an den Kayserl. Hoff appelliret, vid. Act. Appellationis 2. [77] [78] auch verschiedene Verordnungen ausgebracht gehabt, worüber appellatischer Theil sich aufgehalten biß am 13. Jan. 1684. [44] Appellat. 2. die Sach ad Cameram remittiret worden. Ein Kayserl. Rescript de A. 1683. an das Cammer-Gericht, wegen angezeigter Prævention um Bericht, liegt bey andern Actis sub rubro: **Magdalena Spöerin** contra **Oppermann** de Ao. 1699. woraus der Stylus selbiger Zeit zu bemercken.

Indem nun post dictam Sententiam Hildesiensem vom 6. Septemb. 1680. den 11. darauf **Magdalena** und **Joachim**, Geschwistere, sich nach Wendhausen begeben, possession zu nehmen, oder, wie sie sagen, Corpore zu continuiren, so kam **Oppermann** bald darzu, erinnerte sie erst gütlich abzuweichen, auf Verweigerung aber hat er sie mit zusammengebrachten Leuten wieder abgetrieben, besage [27] Appellat. 2. & [38] allwo auch [27] zu lesen, wie die Weiber sich unter einander tapfer herum gescholten. Dieses ist der Actus Spoliationis, welchen beyde Theile einander vorwerffen, insonderheit des **Joachims** Erben den **Oppermann** überall pro Spoliatore ausruffen.

Die Fürstl. Regierung fuhr fort, und verordnete unterm 13. Sept. 1680. vide Act. Appell. **Joachim Philipp** contra **Oppermann** [15]. Daß **Joachim Philipp** wegen nicht erfüllten Versprechens in seiner Caution von der Verwaltung des Guts abgesetzt, der **Oppermann** auch davon abgehalten, und die Oeconomie einem Amts-Bedienten aufgetragen werden solte.

Dieses alles wurde als attentata in Camera übergeben, die Umstände aber acceptatæ Sequestrationis & administrationis a *Joachimo Philippo* Ao. 1679. susceptæ præstitæque cautionis verschwiegen, darauf wurde Mandatum attentatorum simplex & ulterius erkannt.

Primum Mandatum in Actis 2. Appell. reproduct. 12. Decembr. 1682. [23] ulterius 10. Septembr. 1684. [47]

Daß Appellant in seine biß daher gehabte Possession, cum omni causa wieder einzusetzen, und biß zu Ausgang der Haupt-Sache ruhiglich zu lassen [23] & [47] Appellat. 2. und ist am 7. Julii 1684. Paritoria plena eröffnet worden. Die Rationes dieser Urthel vermag ich in Gegeneinanderhaltung der Geschicht so wenig auszudencken, als zu begreiffen, warum diese Mandata und Urtheile ad Act. 2. Appellat. welche, wie bald folgen wird, Ao. 1682. erst anfangen, registriret worden; Der Verfolg dieser Acten zeiget, daß auf das erste ausgegangene am 12. Decembr. reproducirte Mandatum attentatorum revocatorium, und am 29. Jan. 1683. producirte Except. Sub- & Obreptionis, nachdem auch vom Kays. Reichs-Hoff-Rath die Sache ad Judicium Cameræ præventum remittiret, und davon Documentum am 18. Febr. übergeben worden, die Paritoria, wie vorgemeldet, erfolget, welche Urthel im Protocollo Actorum befindlich, und jetziger **Oppermannischer** Theil sich darauf starck beruffet. Protocolla Senatus selbiger Zeit sind nicht mehr vorhanden.

Der **Oppermann** war wegen seiner That, wormit er sich selbst Recht geschaffet, von Fürstl. Regierung in 300. Goldfl. Straffe genommen worden, welche aber auf eingelangtes Churfürstliche Rescript vom 1. Maji 1683. zur Execution nicht gekommen, vide [19] & [43] Appellat. 2. Es kan seyn, daß man Anno 1685. d. 30. Octob. weitere Umstände angemerckt, und gedachter Paritoriæ nicht weiter inhæriret, sondern auf der Fürstl. Regierung Anzeige unterm 7. Januar. 1685. [57] bis [95] inclus. wie auch derer Appellaten Vorstellung eine Actoriam darauf erkannt, es war aber zu spat: denn die Paritoria de A. 1684. war durch Churfürstl. Befehl würckl. zur Execution gekommen, vide in Act. Mandati Cassatorii [113] bis [118] nach der Zeit aber ist in der Sache nichts weiter geurtheilet worden, welches vermuthlich durch das bald gefolgte Justitium Camerale Spirense unterblieben. Es hat auch der Proces durch folgende Vergleiche mit Dr. **Spöer** eine andere Gestalt bekommen.

De Actis secundæ Appellationis.

§. V.

Die Fürstl. Regierung zu Hildesheim hatte unterm 7. Junii 1681. vor billig ermessen, einem jeden Interessenten seinen fünfften Theil zuzutheilen [34] Appellat. 3. **Wiesenhaver** contra **Oppermanns Erben**, es ist aber solches nicht zu Stande kommen, sondern es wurde am 7. Februar. 1682. geurtheilet, daß nach der **Ilsen Storrin** Testament inter liberos die 3. instituirte Erben *ex L. ult. Cod. D. E. D. H.* in Besitz solten gesetzt werden, cum cassatione des bisherigen Sequestri, bis in Petitorio erkannt worden, oder daß die Groß-Mütterliche Disposition unkräfftig sey.

Hiervon hat **Oppermann** abermals Appellations-Proces ausgebracht, reproduct. 21. Aug. 1682. sub rubro Appellat. 2. vide [3]. Das Gravamen unter andern vorhin §. 2. in fine de vitiis Testamenti gemeldten, war auch dieses, daß pendente Appellat. 1. das Sequestrum cassiret, sämtliche Erben zum Genuß gelassen, cum petito, **Oppermann** in völligen Genuß zu restituiren. Appellatischer Advocatus war Dr. **Spöer**.

Alias objectiones de Appellatione Cæsaris, de omisso die Mensis hic prætereo, quia sunt leviores.

Ad has Objectiones responsum fuit:

Ad 1) Errorem forte computationis non vitiare Instrumentum; existere enim alia ejusdem Imperatoris Diplomata, in quibus Indictio plane omissa, apud

Tolnerum *Cod. Diplom. Palatin. Diplom.* 59.

deinde varium esse Indictionum calculum, & triplicem Indictionis usum, observavit Cangius *in Glossar.* voce *Indictio*, nempe Constantinopolitanam, quæ incipit a Calendis Septembris; Constantianam & Cæsaream, cujus initium ab 8. Calendis Octobris, & Pontificiam seu Romanam a Calendis Januarii. Inter has species tres Cæsaream ab Imperatoribus fuisse observatam,

vid. *Chronicon Gottwicense Lib. 2. cap.* 1. §. 31. *p.* 135.

Anno 1157. duplex incidit Indictio 5. & 6. Prior finita 23. Septembr. posterior initium habuit 24. ejusd. mensis.

Allegatum Diploma ex Browero non obstaret, quia in principio 1157. anni fuisset Indictio 5. quo datum fuit istud Diploma, computatio Indictionis quintæ recte sit facta. Accedit aliud Friderici I. Diploma, Indictione sexta A. 1157. datum apud

Maderum *in Antiquitat. Brunsuicensibus pag.* 117. *seqq.*

Plura reperiri Diplomata Imperatoria, in quibus error in computatione commissus, v. gr. apud Tolnerum Diplomate 55. in quo anno 1158. erronee juxta Cangium voce annus expressa Indictio quinta, cum fuisset sexta.

Ad 2) Responsetur ex celebri Autore *Chronici Gottwicensis Lib. 2. cap.* 13. *p.* 285. *seq.* quod interdum computati fuerint anni a Coronatione Papali, interdum ab annis regni. Ao. 1152. numerasse Fridericum annos regni. Interdum menses primi anni pro integro numerati, alibi plane omissi, hinc vero natæ differentiæ computationum. Porro ex

Hertio *de fide Diplomat. Sect. II.* §. 5. constare, quod communiter Reges, Pontifices & Episcopi a die, quo ad dignitatem hanc pervenerunt, annos numeraverint, proinde in Diplomate præsente anni sexti finis fuit quarta Martii, & initium anni septimi die sequenti.

Reperiri Diplomata Imperatoria, in quibus annus regni plane omissus,

apud Tolnerum *Diplomate* 55.

& *Chronicon Gottwicense Lib. 2. cap.* 13. §. 15.

vel etiam annus regni juxta calculum erroneus per errorem expeditionis,

vid. apud Tolnerum *Diplom.* 57. 58.

Ad 3) Verum quidem esse, quod in pluribus Diplomatibus Friderici I. testes fuerint adhibiti, & nominati,

vid. *Syllogen* Domini de Gudenus *pag.* 458. *seq. p.* 576. *seq. p.* 579. *seqq.*

non tamen in omnibus,

vide im Reichs-*Archiv* sive *Collectione Lunigiana Spicilegii Part. 2. pag.* 1089. & *Syllogen supra laudatam p.* 470. *seq.*

Ad 4) Responsetur ex celebri *Chronico Gottwicensi Lib. 2. cap.* 13. §. 3. ubi modus sive forma subscriptionum distincte explicatur.

Ad 5) Responsetur, in Diplomate Originali, quod Auctor objectionum fortassis non viderat, Sigillum non esse adpensum, sed pergameno impressum.

Cæterum de forma externa sigillorum antiqua videndus Auctor *Chronici Gottwicensis*, quod in materia Diplomataria insignem præstat usum

Lib. 2. cap. 13. §. 4.

Syllogen Domini de Gudenus *in Præfat. pag.* 18. & *in Sylloge ipsa pag.* 471.

Heineccius *de Sigillis Part. 1. cap. 16. pag.* 170.

De reliquis speciatim nomine Cæsaris

Pfeffinger. *ad Vitriar. Lib. 1. Tit. 4.* §. 1. *lit. F. &* §. 2. *lit. A.*

Chron. Gottwic. Lib. 2. cap. 3. *pag.* 178.

De omisso mense & die

Tolner. *Diplom.* 55.

Francisc. Guilimann. *de Episcop. Argent. pag.* 234.

De signo consueto in Diplomatibus antiquis per literam C. alias nihil significantem, quæ tamen in fronte multorum Diplomatum conspicitur, & in hoc ipso Friderici I. de quo agimus, erat conspicuum.

vide Danielis Eberhardi Baringii *Clavem Diplomaticam Sect. IV. de significatione Literæ C. pag.* 102. *seqq.*

Observatio XX.

Suppetiæ nonnullæ de requisitis & modo Renunciationum filiarum illustrium.

De Renunciationibus filiarum illustrium præcipua puto esse exposita in Tractatu *de Jure fœminarum Illustrium Sect.* 2. §. 19. 20. 21. 22. 23. Prout vero humana negotia varias habent formas, non potest non fieri, ut plura dicenda supersint. Nos hic aliqua ex Actis Judicialibus excerpta dabimus. In familia quadam illustri parens communis, Johannes Gerhardus, habuit filios duos, Fridericum & Henricum, filias etiam totidem, Mariam & Annam. Utraque filia matrimonio genero convenienti junctæ fuerunt, Maria cum Philippo, & Anna cum Gerhardo, atque ex his filii sunt progeniti. In pactis nuptialibus filiarum unicuique dos constituta sex mille Imperialium, erga renunciationem successionis sequentibus verbis:

Dass

Daß ſie dem weltlichen Bruder zum Beſten (alter enim fratrum, Fridericus, ordinem Clericalem erat amplexus, poſtea Epiſcopus Spirenſis) und zur Erhaltung des Mann-Stamms und Namens auf väterliche, mütterliche und brüderliche Erbſchafften, ſo über kurtz oder lang verfallen mögten, ohne einigen Unterſcheid renunciiret, und ſollen ſolche Güter ihrem weltlichen Bruder und Erben folgen, und eigenthümlich verbleiben. Additæ fuerunt variæ clauſulæ eventualis Succeſſionis, quæ tamen huc non pertinent.

Contigit deinde, ut frater Henricus ſuſcepiſſet filios tres, qui tamen ante patrem defuncti fuerunt, atque is vitam finiret, relictis tantum duabus filiabus, Anna Clara & Sophia. Hæ filiæ poſt mortem patris Henrici poſſeſſionem hæreditatis paternæ occupaverunt: e contra conſobrini deſcendentes ab amitis Maria & Anna contenderunt deberi ſibi regreſſum ad bona Henrici, virtute pactorum nuptialium ſupra dictorum, als eines ledigen Anfalls, quæ reſervatio verbis non expreſſa, tacite eſſet intelligenda. Hinc exorta fuit lis in Judicio Imperiali. Actorum argumenta fuerunt ex dictis Pactis matrimonialibus, & ibi comprehenſa Renunciatione. Univerſali vero conſuetudini Germaniæ favorem eſſe agnationis & familiæ, eumque durare, quamdiu durat hæc cauſa, hoc eſt, quousque maſculus ſit ſuperſtes.

Conſil. Marpurg. Vol. 1. *Conſ. XXI. n.* 4.
Beſold. *V. Conſil.* 243. *num.* 36.
Frommann. *de exiſtentia condit. pact. renunciat. theſ.* 45.
Stuck. *I. Conſ. XII. num.* 48.

Filiarum Rearum argumenta fuerunt, quod Renunciationi non acceſſiſſet jusjurandum ſolenne, quod eſſet neceſſarium, juxta

Beſold. *I. Conſ. XIII. num.* 33.
Carpzov. *II. Conſt.* 35. *def.* 6.

neque poſſit Actus Juramenti ſuppleri per aliquod æquipollens.

Beſold. *Theſ. Pract. voce* Verzicht.
Myler. *in Nomologia cap.* 6. *num.* 44.
Kellenbenz. *quæſt.* 1. *num.* 4. *& quæſt.* 10. *num.* 9.

Renunciationes intelligendas ſtricte neque ſemper & perpetuo ad conſervandam agnationem,

Cardin. de Luca *de Renunciat. Diſc.* 6. *num.* 14. *ſeq.*

& in caſu præſente reſtrictam eſſe ad fratrem in vivis exiſtentem: ihrem Bruder, weltlichen Stands zum Beſten, zu beſſerer Unterhaltung deſſelben, absque mentione ulteriorum maſculorum. Talis vero renunciatio effectum ſucceſſivum non haberet.

Torre *de pactis futuræ ſucceſſionis lib.* 2. *cap.* 17. *num.* 30.

adeoque limitata renunciatio non deberet extendi ad caſum non expreſſum.

Argum. *L.* 9. §. 1. *de Transact.*
Adde Torre *dict. Tract. lib.* 2. *cap.* 15. *num.* 55. *ſeq.*
Surd. *Conſ.* 244. *num.* 13.
Klock. 3. *Conſ.* 182. *num.* 465.

Nimirum Renunciatio prædicta facta eſſet favore fratris, ejusque hæredum, quo nomine intelligerentur etiam filiæ. Adeoque imputare ſibi debuiſſent renunciantes Amitæ, quod regreſſus non fuerit reſervatus auf einen ledigen Anfall. Quod ſucceſſionis maſculini ſexus qualitas in renunciatione expreſſa cenſeatur tacite repetita, hanc theſin multis JCtis diſplicere, patet ex

Mantica *de C. U. V. Libr. XI. tit.* 14. *num.* 10.
Fuſar. *de Subſtitut. qu.* 404. *n.* 6. *verſ. ſecunda opinio.*
Card. de Luca *de Fideic. Diſc.* 43. *n.* 5.

Concluſerunt itaque filiæ Reæ petentes abſolutionem ab actione, quousque ipſæ cum deſcendentibus durarent, allegando

Conſil. Goeddæi 27. *Vol. I. n.* 199.
Hartm. Piſtor. 4. *qu.* 6. *num.* 54.
Knipſchild. *de Fideicommiſſ. famil. cap.* 16. *num.* 181.

Sufficit mihi recenſuiſſe partis utriusque argumenta, & Lectori benevolo indicaſſe, cauſam in Judicio Imperiali ob ſtatum rerum mutatum absque deciſione remanſiſſe.

Obſervatio XXI.

Contractus ceſſionis ſive dationis in ſolutum ab Advocato a Cliente ſuo elaboratus, per Sententiam Prioris Inſtantiæ & Cameralis Confirmatoriam reſciſſus.

ADvocatus quidam Leodienſis induſtrius in acquirendis a Clientibus ſuis pecuniis, poſt varia ipſorum nomine geſta negotia, tandem hominum ſimplicitate abuſus perduxerat eos, præſcribendo ipſis formulam contractus ſive dationis in ſolutum, additis clauſulis nimias cautelas præ ſe ferentibus, in qua ceſſionem fecit ſibi fieri mille florenorum annui reditus, qui faciunt in ſorte viginti millia. Animadverſa tandem læſione inſigni actum fuit coram Scabinatu Leodienſi pro reſciſſione iſtius contractus, & per Sententiam Ao. 1716. reſcindendo contractum definitum fuit, quænam ſummæ Advocato eſſent debitæ, reliquæ vero ad liquidationem ulteriorem remiſſæ.

Sententiam Scabinatus confirmavit Conſilium ordinarium Leodienſe, atque tunc cauſa per appellationem ad Cameram Imperialem perducta, opus excerpendorum prægrandium Voluminum Actorum priorum, quæ Advocatus ille inſigni ſtudio accumulare ſcivit, admodum fuit laboriosum.

Interim vitam cum morte commutavit Advocatus & aliæ perſonæ ex utraque parte Appellantis & Appellatorum in ſcenam prodiere. Viſis itaque & probatis rationibus decidendi prioris Inſtantiæ magna diligentia elaboratis & prolixioribus, quam in Obſervatione noſtra breviore recenſeri poſſint, quas tamen ex præcedente narratione in Summa colligere poterit Lector, Sententia prior, poſt aliquot Interlocutorias, fuit confirmata.

Series Sententiarum.

Expedit. 8. Maji 1732.

IN cauſa Johannis Philippi de Heſſalle, olim Appellantis, poſtmodum ejus viduæ, deinde Cornelii de Fays, tanquam creditoris, poſſeſſoris bonorum, & Intervenientis, nunc ejusdem viduæ natæ de Fiebus, ſuo & tutorio nomine filiæ, contra Franciſcum de Grati, Canonicum quondam Trajectenſem, Appellatum, nunc ejus ſorores: Productum per Lt. Krifft 26. Octobr. 1722. teſtimonium negligentiæ in rejungendis Actis, datum 30. Maji 1722. ſimulque petitionem ejus pro abſolutione a Citatione rejicientes, eidem Lto Krifft, ut, quæ ad libellum Gravaminum, Ao. 1722. reproductum, reſpondenda eſſe putaverit, quod jam dudum feciſſe oportuit, intra unius menſis ſpatium proponat, vel ad Acta priora pure ſubmittat. Lto Brack vero, ut intra prædictum tempus intervenientis nomine tutorium quoque Actis adjungat, ſimulque, quare non etiam a Barbara Heſſalle, vel ejus ceſſionaria filia Maria Catharina Ponſart, quarum ceu cohæredum quondam Johannis Nicolai de Fays in ſcripto producto [33] fit mentio, Procurator fuerit ad Acta conſtitutus, declaret, injungimus, utrumque Procuratorem, ut poſt tantas proceſſus ambages, quod ad concluſionem cauſæ neceſſarium eſt, facere ſaragant, admonendo.

Expedit. 9. Octobr. 1733.

IN cauſa Appellationis quondam Johannis Philippi de Heſſalle, poſtea ejus viduæ, tanquam reproducentis proceſſus, deinde Cornelii de Fays, Intervenientis veluti poſſeſſoris bonorum Heſſalii prætenſo titulo crediti, nunc ejus viduæ natæ de Fiebus, ſuo & filiæ nomine, contra Franciſcum de Grati, quondam Canonicum Trajectenſem, nunc ejus ſorores: Licent. Krifft Sententiam in cauſa principali pro ſtatu Actorum adhuc denegamus, verum, non obſtante dictæ viduæ de Fays ceſſione, Agathæ Conſtantiæ facta Anno 1730. juxta [40] bonorum litigioſorum ab Heſſalle provenientium in Advocatum Borlez, tanquam non valida, non attentis etiam literis ad Procuratorem Lt. Brack conſtitutum [37] ſcriptis, veluti renunciationem plane illicitam, continentibus, eidem Lto Brack, ut nomine ſuæ Principalis nihilominus in cauſa agere pergat, & ante omnia declaret, doceatque, quonam titulo ejus maritus, Cornelius de Fays, bona defuncti impuberis Johannis Nicolai de Fays poſſidere præſumſerit, & quisnam alius ejusdem Johannis Nicolai hæres actu exiſtat. Lto Krifft etiam, ut ſuarum Principalium nomine hæredem dicti Johannis Nicolai indicet, injungimus, ad ea facienda utrique Procuratori tempus duorum menſium ſub præjudicio præfigentes.

Expedit. 23. April. 1736.

IN cauſa Appellationis quondam Johannis Philippi de Heſſalle, poſtea ejus viduæ, tanquam reproducentis Proceſſus, deinde Cornelii de Fays, veluti hæredis, tum vero ejus viduæ Agathæ Conſtantiæ, natæ de Fiebus, ſuo & filiæ nomine, nunc jam dictæ filiæ, nuptæ de Geyer, contra Franciſcum de Grati, quondam Canonicum Trajectenſem, nunc ejus ſorores.

Viſis denuo Actis, cauſam hanc, non obſtantibus petitis per Lt. Brack 10. Novembr. 1735. & 6. Febr. a. c. poſt prælapſum jamdudum terminum agendi, prorogationibus, tanquam moratoriis, pro concluſa acceptantes, dicimus & pronunciamus, per Judices utriusque prioris Inſtantiæ bene judicatum, male vero appellatum, proinde Sententias priores confirmandas eſſe, prout hiſce easdem confirmamus, partem Appellantem in expenſas hujus Inſtantiæ ſalvo noſtro moderamine condemnantes. Deinde Judices priores, ut negotium liquidationis generalis, in Sententia a qua reſervatæ, per Viros idoneos absque mora ſuſcipiant, partesque, quantum fieri poteſt, ad concordiam producant, admonemus.

Obſer-

Obſervatio XXII.

De Immunitate Cleri ſecundarii Leodienſis.

ANtiqua fuit lis de Immunitate Cleri ſecundarii Leodienſis ab impoſitione onerum Principis & territorii Domini. Veſtigium repertum fuit ejus litis ex Seculo XVI. per productum in Actis recentioribus ſcriptum Cleri Replicatorium de Ao. 1576. Sententiam quoque Cameralem tunc temporis fuiſſe publicatam, indicio eſt epiſtola, neſcio cujus Archiepiſcopi Vigiliatenſis, Ao. 1616. ſcripta pro agitanda (ita ſunt verba) mente hominum ſecularium contra Tribunal Sedis Romanæ. De Tenore iſtius Sententiæ certi non fuimus, cum nequidem Acta Judicialia fuerint reperta.

Recentioribus Actis cauſam dedit provocatio Cleri ſecundarii ad Judices Eccleſiaſticos, a Pontifice Romano conſtitutos, qui eo usque poteſtatem ſuam extendere ſunt auſi, ut adverſus Executores vectigalium, a quibus immunes ſe eſſe Clerici ſecundarii Ordinis purabant, excommunicationem decernerent, eamque publice affigerent, vide Num. I. Hinc officium Fiſcalis Cæſarei fuit excitatum pro tollenda iſtiusmodi provocatione & impediendo effectu per ipſum Principem Leodienſem, ejusque Collegia Politica per viam Proceſſuum Citationis & Mandati, Ao. 1697. & 1699. reproductorum, in quibus Actis inveniuntur Argumenta & Documenta, in noviſſimis repetita, absque mentione antiquiorum, quaſi idem Procurator non meminiſſet. Ex omnibus faſciculis obſervatum fuit, in hac materia non ſemper easdem rationes fuiſſe Principibus Leodienſibus, prout unus alterve favore Cleri fuit ductus. Noviſſimo tempore auctoritatis Privilegiorum Cæſareorum conſervandæ adverſus conſervatores ita dictos immunitatum Clericalium magis fuerunt ſtudioſi & Principes & Conſiliarii, neque dubitandum, quod meminerint Bullæ Papalis Pii IV. de Ao. 1560. in qua declaratur, quod Epiſcopus cum Capitulo habeat plenum dominium in temporalibus, & quod ab Ordinibus Provinciæ ſtatuitur, obſervari debere ab omnibus ſubditis Eccleſiaſticis & Secularibus, Clerumque univerſum obnoxium eſſe ad ſubſidia præſtanda, ſecundum ratam per Commiſſarios diſtribuendam, perinde acſi conſenſiſſet expreſſe, adeo, ut Conſervatoribus Principem Epiſcopum ea in re impedire non liceret. Valde memorabilis eſt hæc Bulla, cujus integrum Tenorem Obſervationi adjunximus Num. II.

Proceſſus noviſſimus erat Citationis ſuper nullitatibus Cleri ſecundarii Leodienſis contra Magiſtratum Oppidi Trudonenſis & Conſilium privatum Leodienſe, inſtitutus occaſione Decreti Principis Leodienſ. contra Abbatiſſam in Herkenrode Num. III. Videbatur litem eſſe finitam per Transactionem Principis & Trium Ordinum Patriæ, Ao. 1732. concluſam, nihilominus tamen in nova hac Actione recruduit. Crinomenon erat, an actiones reales hypothecariæ pertinerent ad Jurisdictionem Scabinatus privative, etiamſi ageretur de fundo ad eccleſiam ſpectante. Hoc obſervari perpetuo teſtabantur Scabini A. 1701. Documentum Epiſcopi Gerhardi de Groesbeck Ao. 1565. pertinebat ad faciendam cum Clero ſecundario communicationem concluſorum a tribus Patriæ Ordinibus. Et ad eundem finem tendere concluſa Judicii Imperialis Aulici Num. IV. non erat obſcurum. Accedebant rationes ex ita dicto Regulamento de Ao. 1686. cujus tenor reperitur in Collectione Edictorum per

JCtum quondam eximium de Louvrex edita *Part. I. Cap. 23. p. 363.*

in quo Regulamento nulla Exceptio Cleri ſecundarii reperitur. Concluſit itaque Senatus Cameralis ad Sententiam Remiſſoriam formula infra ſubjecta. Num. V.

Notæ ad hanc Obſervationem.

Num. I.

EDitus eſt Ao. 1699. libellus refutatorius Excommunicationis ſub Titulo: *L'Excommunication de quelques Seigneurs du Conſeil ordinaire du Syndic des Etats de trois deputez des Vingt-deux & autres, ſolidement prouvée. Ou Refutation des Libelles, qui ont paru en leur faveur, avec une demonſtration des immunitez & Exemtions du Clergé Secondaire de Liege.* Cui adjuncta eſt Apologia Cleri antea Ao. 1698. edita. Acceſſerunt libello Documenta ſequentia:

Lit. A. Concordia inter Epiſcopum Gerhardum a Groesbeck & Clerum ſecundarium Ao. 1565.

Lit. B. Sententia ejusdem Epiſcopi & Cardinalis Ao. 1578.

Lit. C. Literæ Principis Ferdinandi ad Conſilium privatum Ao. 1615.

Lit. D. Concordia ſuper querelis coram Nuncio Pontificis, Fabio Chiſio, poſtea Papa Alexandro VII. Ao. 1651.

Lit. E. Receſſus Cleri primarii & ſecundarii in puncto attentatorum Tribunalium Laicorum Ao. 1665.

Lit. F. Literæ Principis Maximiliani Henrici ad Conſilium privatum.

Lit. G. Extractus ex Conclusionibus Capitularibus Illustris Capituli Leodiensis 21. Octobr. 1611.

Lit. H. Unio majoris & aliarum Ecclesiarum Civitatis & Patriæ Leodiensis sub Ao. 1654. 29. April.

Lit. I. Concordia & Unio utriusque Cleri, pro conservatione libertatis & Jurisdictionis Ecclesiasticæ contra Consilium Ordinarium, & alios Judices Laicos.

Lit. K. Extractus ex Archiviis Cleri secundarii Leodiensis ex rubro Registro folio 3.

Lit. L. Ernestus a Bavaria Privilegia, Libertates & Exemtiones Cleri secundarii confirmat.

Lit. M. Capituli Leodiensis literæ Trudinopoli ad Clerum secundarium Leodiensem missæ A. 1640. cum hac subscriptione: Reverendis Dnis Dominis Cleri secundarii Leodiensis Deputatis &c.

Lit. N. Extractus Literarum Nuncii Apostolici ad Johannem Ludovicum, Episcopum & Principem Leodiensem 22. Februar. 1689. in quibus dat facultatem absolvendi ab Excommunicatione Petrum Magis & Wilhelmum Moreau.

Lit. O. Articulus ex Pace viginti Duum Virorum Ao. 1376. facta per Principem Leodiensem & Ordines Patriæ, quatenus concernit personas Ecclesiasticas.

Lit. P. Extractus ex Actis Judicialibus inter Lambertum Bellefroid, uti Colonum Capituli Hiænsis ex una, & Pagimagistros in Gutschoven ex altera parte. Ao. 1689.

Lit. Q. Mandatum viginti Duum Virorum in ea causa.

Lit. R. Instrumentum Absolutionis ab Excommunicatione juxta Literas supra dictas Lit. N.

Lit. S. Literæ Principis Maximiliani Henrici ad Deputatos Cleri secundarii.

Lit. T. 1. Supplica Cleri contra Status, cum Decreto communicatorio & suspensorio Chartæ sigillatæ.

Lit. T. 2. Sententia Nuncii Pontificis ad favorem Cleri, quoad Chartam sigillatam Ao. 1686.

Lit. V. Mandatum Nuncii pro subsidio belli Turcici.

Lit. X. Decreta Synodi diœcesanæ Leodiensis Ao. 1618.

Lit. Y. Parochiale emendatum per Principem Ferdinandum Ao. 1642.

Num. II.

Bulla Pii IV. Pontificis ad Robertum Episcopum Leodiensem. Pius PP. IV.

VEnerabilis Frater, Salutem & Apostolicam Benedictionem. Cum sicut nobis nuper innotuit, licet a veteri superque hominum memoriam consuetudine, quotiescunque Provincia tua Leodiensis, quæ inter duas potentissimorum Galliæ & Hispaniæ Regum ditiones constituitur, & ad Germaniæ oram protenditur, pro publica illius tutela & defensione, aut aliis oneribus, etiam ratione Romani Imperii, cujus & ipsa membrum existit, pecuniario quodam subsidio eget Episcopus Leodiensis pro tempore existens, qui plenum in temporalibus dominium cum dilectis filiis Capitulo Leodiensi obtinet, omnes dictæ Provinciæ ordines, inter quos solum Capitulum præfatum, perfectum & integrum statum Ecclesiasticum repræsentare putatur, libere convocare possit, & quicquid per præfatos ordines statuitur, sive decernitur in præmissis ab omnibus totius Patriæ subditis, tam Ecclesiasticis, quam Secularibus, observari debeat, Clerusque universus ad dicta subsidia, secundum ratam per Commissarios distribuendam, perinde obnoxius sit, ac si in eos expresse consensisset, nihilominus ante nonnullos annos dilecti filii Capitula aliarum Ecclesiarum Civitatis & Diœceseos Leodiensis, ac forsan Abbates, Priores, Monasteria & Clerus secundarius nuncupatus, & quidam alii eis adhærentes, prætextu exemtionum & aliorum Privilegiorum, quæ a Sede Apostolica habere proponunt, in tantam proruperunt insolentiam, ut non modo stipendia illos contingentia præstare recusent, sed quod deterius est, inter se contra præmissa conspirent, & veluti a Te & dicto Capitulo Leodiensi, qui Clerus Primarius nuncupatur, nec non Optimatibus Patriæ divisi, in Schismate quodam persistere videantur. Unde non solum evidens periculum ab hostibus foris, verum etiam intus Laicorum seditio contra Clerum, eo quod omnibus oneribus Patriæ subvenire nolit, immineant. Nos attendentes, hujusmodi onera non minus Cleri, quam reliqui populi Leodiensis salutem concernere, & propterea illa communibus expensis sustineri debere, ac cupientes hujusmodi divisionum seminaria de medio tolli, ac simul ipsum universum quantum potest a noxis præservare, autoritate præsentium decernimus & declaramus, quod, quidquid ratione communis subsidii ad utilitatem dictæ Provinciæ aut subventionem Imperii, publico

publico conſenſu hactenus factum eſt, & poſthac ac quandocunque & quotiescunque fieri continger, ab omnibus & ſingulis Capitulis, Eccleſiis, Abbatibus, Prioribus, Monaſteriis & Conventibus præfatis & eorum ſingularibus perſonis, cæterisque de dicto Clero exiſtentibus, quacunque dignitate & exemtione fulciantur, tam conjunctim, quam diviſim exigi debere, illosque efficaciter obligatos fore, nec eos vel eorum quempiam ullius exemtionis vel alterius cujuscunque Privilegii velamento, contra ea ſe tueri, neque illa eis ad hoc in aliquo prodeſſe poſſe; nos enim tibi ea, quæ hactenus ab illis ſoluta non fuerunt, & quæ in poſterum ſimilibus modo & ratione imponi contigerit, ab eisdem etiam per ſubtractionem proventuum Eccleſiarum & Beneficiorum ſuorum exigendi, nec non contradictores quoslibet, & rebelles per cenſuras, pœnas Eccleſiaſticas, & alia opportuna juris & facti remedia appellatione poſtpoſita compeſcendi, a quibusvis Judicibus & conſervatoribus, aliisque perſonis, ne ſe in præmiſſis quoquo modo impediant, etiam ſub eisdem cenſuris & pœnis inhibendi, legitimisque ſuper his habitis ſervatis proceſſibus, cenſuras & pœnas ipſas etiam iteratis vicibus aggravandi, interdictum Eccleſiaſticum apponendi, & Brachium ſeculare ad hoc, ſi opus fuerit, extendendi, cæteraque ad executionem præmiſſorum quomodolibet neceſſaria & opportuna faciendi, & exequendi, plenam & liberam Autoritate Apoſtolica tenore præſentium concedimus facultatem, non obſtantibus præmiſſis, & Lateranenſis ac Generalis Conciliorum aliisque Apoſtolicis, ac in provincialibus & Synodalibus Conciliis, editis generalibus vel ſpecialibus conſtitutionibus & ordinationibus, nec non Eccleſiarum, Monaſteriorum, locorum & ordinum quorumcunque juramento, confirmatione Apoſtolica, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis & conſuetudinibus, Privilegiis quoque indultis conſervatoriis, exemtionibus & Literis Apoſtolicis ſpecialibus & generalibus illis, eorumque Prælatis, Capitulis, Abbatibus, Prioribus & perſonis ſub quibusque formis, ac cum quibusvis etiam præſervativis, reſtitutivis & innovativis clauſulis, irritantibusque & aliis Decretis conceſſis, confirmatis & innovatis contrariis quibuscunque, aut ſi Eccleſiis, Monaſteriis, Capitulis, Abbatibus, Prioribus, Ordinibus & perſonis præfatis, vel quibusvis aliis communiter vel diviſim ab Apoſtolica ſit Sede indultum, quod contra conceſſa eis privilegia & indulta compelli aut ſuſpendi vel excommunicari non poſſint per Literas Apoſtolicas non facientes plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum de Indulto hujusmodi mentionem. Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris, die tertia Julii 1560. Pontificatus noſtri anno Primo. Signatum Cel. Gloremius, & in dorſo, Venerabili Fratri Roberto, Epiſcopo Leodienſi.

Num. III.

Decretum Principis Leodienſis ad Supplicationem Abbatiſſæ de Herckenrode Ao. 1729. & 1730.

Lunæ 14. Novembr. 1729.

EX parte Magiſtratus & Conſilii mandatum & ſtatutum eſt omnibus & ſingulis tam Civibus, quam afforanenſibus, & tam Eccleſiaſticis, quam Secularibus, (excipiendo Abbatiam hujus urbis & ſua bona, donec & quousque cauſa, quæ ſuper hunc punctum eſt pendens & indeciſa, fuerit deciſa) ſolvere promte & ſine dilatione infra terminum 8. dierum proviſionaliter & ſine præjudicio annorum anteriorum non ſolutorum, tam decimum denarium domuum & locorum taxatorum, quam duos florenos ſuper quolibet agrorum jugere arabili, pratorum, hortorum & ſylvarum proportionaliter ſecundum taxam dominorum pro hoc anno 1729. & hoc nullam liquidationem, compenſationem admittendo, in manus Dni Franciſci Ceulemanns, antiqui Exconſulis receptoris proventuum realium hujus urbis, ſub pœna promtæ & paratæ executionis, ſonus campanæ & publicatio ſerviens pro Citatione contra moroſos tempore limitato non ſolventes.

Apoſtilla.

SUa Celſitudo mandat Dominæ Abbatiſſæ & Conventui de Herckenrode, Notario Imperiali Herckenne, Jacobo Liben & Guilielmo Saviny, teſtibus denominatis in actum Appellationis ad Sacram ſuam Majeſtatem de dato 12. Januar. nuperi contra Magiſtratum ſuæ urbis Sancti Trudonis in materia talliarum, ut eum revocent, revocarumque infra octiduum ab intimatione præſentium doceant, & hæc revocatio fiat per denominatos in actum Appellationis, ſemota exceptione alioquin ex nunc pro tunc declarat Appellantem, notarium & teſtes pœnalitates in privilegiis Imperialibus comminatas incurriſſe, relinquendo interim dicto magiſtratui operam, juſtitiæ viam ad proſequendum & exequendum Collectas. Actum in Conſilio dictæ ſuæ Celſitudinis ſecunda Martii 1730.

Num. IV.

Concluſum Judicii Aulici Imperialis.

Lunæ 26. Novembr. 1731.

LEodii Abbas, Prior & Conventus Canonicorum regularium B. M. V. contra Conſules & Magiſtratum oppidi Tungerenſis, Appellationis, ſive Appellantis mandatarius Joanelli, ſub præſentato 16. Octobr. nuperi exhibet humillimam refutationem Literarum informatorialium Conſilii privati Leodienſis, juncta petitione humillima pro clementiſſime nunc tandem decernendis plenis Appellationis proceſſibus cum termino duorum menſium appon. num. 1. usque 8. incluſive cum ult. Concluſo in duplo.

In eadem Dominus Georgius Ludovicus, Princeps & Epiſcopus Leodienſis, ſub dato 10. Maji, & præſentato 1. Junii, nuperi exhibente Joanelli, accludit Informationem Conſilii ſui privati ad emanatum Reſcriptum Cæſareum cum adjunctis Lit. A. B. C. D. E. F. & G.

1. Denegantur petiti Appellationis proceſſus.

2. Reſcribatur Domino Epiſcopo Leodienſi, Sacram Cæſaream Majeſtatem pro qualitate cauſæ præſentis, utpote executionem talliarum, adeoque rei mere politicæ concernentis, & per conſequens cognitioni ejusdem Conſilii privati, cum excluſione omnium aliorum Judiciorum vi regulamenti de Ao. 1686. in gradu Appellationis ſubjectæ, petitos Appellationis proceſſus denegaſſe.

Verum, cum prædictus Abbas in Actis deſuper vehementer conqueratur, quod Magiſtratus Tungrenſis contra eundem Executionem nulliter & eo inaudito decreverit, idcirco alte fatam Sacram Cæſaream Majeſtatem clementiſſime confidere, Dominum Epiſcopum, probe perpenſis in Conſilio ſuo privato Abbatis gravaminibus & rationibus, eidem celerem juſtitiam adminiſtraturum, neque permiſſurum, ut præfatus Abbas contra jura, pacta, aut concordata patriæ in Actis allegata, vel etiam uſitatum hucusque in exequendo Clericos, in ſolvendo tallias moroſos, procedendi modum, ulla ratione gravetur. Erat ſignatum J. S. Hayeck de Walleſtatten.

Num. V.

Sententia Cameralis Expedit. 24. Octob. 1738.

IN Cauſa Cleri Leodienſis contra Magiſtratum Trudonenſem & Conſilium privatum Leodienſe, Citationis ſuper Nullitatibus principaliter deducendis, cum Inhibitione & Compulſorialibus: Impetrantes pro Cauſæ collectarum controverſarum qualitate ad dictum Conſilium privatum remittimus, id ipſum tamen, ut Cleri gravaminibus (tam circa Collectas imponendi modum & formam, quam & ipſum modum Executionis) attentis & perpenſis non ſinat, Cleri commembra contra pacta & Concordata Patriæ in Actis allegata, ulla ratione gravari: Inſuper ſervato juris ordine & cauſæ cognitione prævia procedat, ſerio admonentes.

Obſervatio XXIII.

De Jure braxandi privatis absque conceſſione Domini territorii non competente.

DE Jure braxandi, ſive cereviſiam coquendi & vendendi, nec non cauponam exercendi, ſæpius occurrunt controverſiæ in Judicio. In univerſum hic notandum, quod hæc facultas non ſit libera cuique privatorum, ſed in unaquaque Republ. vel Territorio Statuum Imperii ad certum modum ſit reſtricta, ita ut in civitatibus pertineat ad numerum aliquem ædificiorum ſive habitationum, quæ dicuntur Brau-Höfe: Alibi eſt Regale Domini Territorialis, neque exerceri poteſt, niſi ex conceſſione Domini, quandoque in literis Inveſtiturarum comprehenditur, deinde diſtinguitur Jus braxandi in prædio a Jure vendendi ad exteros, ſicut etiam cauponam exercendi. In facto contigiſſe meminimus caſum ſequentem: In Territorio Electoris Brunſuicenſis Nobilis quidam in prædio habebat ædificium braxatorium cum requiſitis, & in pago Jure Feudi cauponam. Ad hanc exercendam homo aliquis erat conſtitutus, quem appellant den Krüger, qui cereviſiam vel ex ædibus Nobilis dicti, vel ex urbe vicina advehere ſolitus erat. Cum vero lucrum majus ſperaret Nobilis, ſi ab ipſo ſolo peteretur cereviſia, nec non ad extraneos venderetur, urbs vicina deſuper querelas detulit ad Judicium, allegans privilegia ſua & Receſſum Provincialem, in

quo

quo Jus braxandi urbibus regionis cum exclusione aliorum esset tributum, & post Decretum Interlocutorium, in quo Nobili probatio facultatis vendendi erat injuncta, tandem definitive pronunciatum fuit, probationem præstitam non esse, und sey er nicht befugt auf seinem Rittersitz Bier zu brauen, und solches über gewöhnlichen Hauß-Gebrauch, Gewinsts halber, so wohl in seinem Kruge als an umliegende Orte zu vertreiben.

Ab hac Sententia Appellatio in Cameram introducta, ubi considerata fuit differentia in Jure braxandi ad utilitatem prædii, nec non cauponæ in pago existentis jure feudi concessæ & facultatem vendendi ad vicinos. Nobiles enim passim exercere jus braxandi, non erat dubium, qua de re agit Deductio amplissima vom Brau-Recht der Mecklenburgischen Ritterschafft, & alia, die Sachsen-Lauenburgische Ritterschafft betreffend. Privilegia urbium eo tendunt, ne in earum præjudicium alius hoc jus exerceret. Tale vero non erat, ubi Nobilis jure Feudi prædium, ad quod pertinebat tale jus, possidebat. Hinc moderatio Sententiæ Prioris in Judicio Appellationis facienda erat per Sententiam Num. 1. adjunct.

Alia extitit Controversia de Jure instituendi cauponam a possessore prædii, qui hoc habebat principio sub pacto de Retrovendendo, postea vero Jure perpetuo. Tale vero Jus absque concessione Domini Territorii ipsi non competere fuit existimatum, licet haberet facultatem in viciniam vendendi, a Principe tributam. Hoc patet ex Sententia subjuncta Num. 2. in qua etiam alii Articuli fuerunt definiti, & partim ad ulteriorem elucidationem remissi.

Num. I.

Expedit. 8. Octobr. 1730.

IN Sachen weyl. Wilhelm Klencken, jetzo Georg Ludwig Klencken, Appellanten eines, wider Bürgermeister und Raht der Stadt Hameln, Appellaten andern Theils: Ist allem Vorbringen nach zu Recht erkannt, daß durch Richter voriger Instantz respective wohl und übel gesprochen, übel und wohl appelliret. Dahero die Ao. 1686. den 10. April. gefällte Urthel zu con- und reformiren sey, dergestalt und also, daß Appellanten auf seinem Rittersitz Hamelisch-Burg Bier oder Brühahn zu brauen, so wohl zu seinem Hauß-Gebrauch, als in seine Krüge daselbst zu vertreiben, unbenommen. Hingegen solches an umliegende Oerter zu vertreiben, ihm nicht zukomme, noch solches zu gestatten, auch derselbe sich dessen hinführo zu enthalten schuldig sey. Als wir solchergestalt besagte Urthel con- und reformiren. Die Gerichts-Kosten bey dem Kayserl. Cammer-Gericht derentwegen aufgelauffen, gegen einander compensirend und vergleichend.

Num. II.

Expedit. 30. April. 1739.

IN Sachen weyl. Annen Adelheit von Weyhe, jetzo deren hinterlassenen Ehemann, suo & filiæ nomine, wider Fürstl. Hildesheimische Regierung, Citationis & Compulsorialium: Ist mit Verwerfung der durch weyl. Lt. Jung eingewandten Exception non Devolutionis & Desertionis, allem Vor- und Anbringen nach, in denen zur Appellation angenommenen Puncten, und zwar so viel

1.) Die währender Pfandschafft angeordnete Krüge betrifft, zu Recht erkannt, daß Appellatischer Theil von der dißfals geschehenen Anforderung zu absolviren und zu entledigen sey, als wir hiermit absolviren und entledigen.

Dann 2.) die über den Pfand-Schilling noch weiter geforderte 600. Rthlr. Und

3.) die streitige Dienste belangend, ist beyden Theilen ihr der End-Urthel halben beschehen Begehren noch zur Zeit abgeschlagen, sondern solle Appellant innerhalb 2. Monat die mit dem Gegen-Bericht Extractsweise exhibirte Beylagen [23] und [25] in Originali produciren, und daß diese 600. Rthlr. in dem erhöheren Pfand-Schilling nicht mit begriffen, besser als geschehen erweisen, so dann, ob die Häuser, welche zu denen Ao. 1610. in dem damaligen Wobersnauischen Wohnhoff eingezogenen drey Halbspann-dienstbaren Gütern gehörig gewesen, andere, als in der Pfand-Verschreibung benannte 8. Koth-Sassen, eingehabt haben, ferner auf wessen Eigenthum, Grund und Boden diese 8. Koth-Sassen gesessen, und die noch über diese Zahl währender Pfandschafft, vermehrte und eingesetzte Köther dermalen wohnen: Appellatischer Theil aber, warum derselbe von ermeldten halbspannbaren Gütern, und denen Koth-Sassen mehrere Dienste, als sie zur Zeit der Pfand-Verschreibung schuldig gewesen, abgefordert, specifice, deutlich und glaubhafft anzeigen, und erfolget demnächst auch in solchen Puncten fernerer Bescheid.

Indessen jedoch sollen ihm Appellanten die deponirte Pfand-Schillings-Gelder à

3666. Rthl. 24. Mgr. ohne Abzug und Aufenthalt verabfolget werden. Licent. Deuren aber Copiam ſignatam von dem Herrn Churfürſten zu Cölln, als Biſchoffen zu Hildesheim, gemeinhabenden Gewalts, in nächſtfolgender Audientz zu dieſer Sache auch legen.

Obſervatio XXIV.

De Succeſſione Clericorum in Feudis Monaſterienſibus.

DEfunctus erat Anno 1677. Johannes Eberhardus, relictis nepotibus maſculis ex defunctis ſororibus. Ex iſtis nepotibus unus tantum matrimonium contraxit, reliqui omnes ſtatum Clericalem erant amplexi. Hinc nata controverſia de Succeſſione in Feudis Epiſcopatus Monaſterienſis, quam unus, Matthias nomine, cum excluſione reliquorum Clericorum ſibi competere affirmabat. Excluſos enim eſſe dicebat Clericos per textus Juris feudalis, & Auctores, quos collectos videas apud

Berlich. *P. III. concluſ.* 39.
Mynſing. *Cent. III. obſervat.* 48.

Uterque tamen theſin variis limitationibus moderatur, in quibus etiam eſt illa, ſi conſuetudine regionis & curiæ feudalis Clericis etiam ſucceſſio ſit conceſſa, intellige non Monachos,

Adde Finckelthuſ. *Controv. feud. diſſ.* 6. *theſ.* 16. *&* 17.
Struv. *Jur. feud. cap.* 9. *aphor.* 9.
Itter. *de feud. Imper. cap.* 14. *num.* 23.

Alia eſt limitatio, ſi feudum ſit promiſcuum ad quoscunque hæredes devolvendum. Vid. Obſ. noſtr. Forenſ. CCCLXVI.

De Monaſterienſi feudali Curia notiſſima eſt privilegii cum Capitulo & ordinibus Provinciæ facta renovatio Anno 1570. in qua diſtinctio Laicorum a Clericis non reperitur; porro Capitulum Cathedrale Monaſterienſe teſtimonium dederat A. . . . Daß die Geiſtliche mit denen Weltlichen in gleichem Gradu der Münſteriſchen Lehen gleich fähig gehalten, und darinnen weder von denen Münſteriſchen Landes-Fürſten, als Lehen-Herrn, noch deſſen Lehen-Cammer beeinträchtiget worden.

Accedebant Documenta ex Protocollis feudalibus deſumta, quibus conſuetudo confirmabatur. Teſtis etiam eſt

Schrader. *Tom. I. Conſil. XII.*

Daß die Lehn-Güter, ſo vom Stifft Münſter als Mann-Lehen-Güter, oder Dienſt-Manns-Lehen-Güter zu Lehen rühren, in Mangel der Söhne, vermittelſt erblicher Folge, auf die Töchter fallen; hinc argumentum ſatis firmum ad Succeſſionem etiam Clericorum.

Berlich. *dicta Concluſ. num.* 30.

Adducebantur exempla Curiæ feudalis contraria, quod Clerici a Succeſſione fuiſſent excluſi, quæ cum fortaſſis ad caſus plane ſpeciales pertinere viderentur, niſi evidens exiſteret probatio conſuetudinis contrariæ, manendum fore in regula, cenſuerunt Domini Ao. 1703.

Sententia publicata 16. Julii 1703.

IN Sachen weyl. Johann, anjetzo Johann-Ludwig von Kerckering, Appellanten, contra deren Althauſiſchen Kinder verordnete Vormünder, in Actis benannt, Appellaten, wird der beyderſeits gethane Beſchluß von Amtswegen aufgehoben, darauf die in der durch Licent. Jung am 13. Jan. 1699. übergebenen Additional-Remonſtration und Imploration-Schrifft eventualiter gebetene Commiſſio ad transſumendum die bey der Fürſtl. Münſteriſchen Lehn-Cammer vorhandene Protocolla und Reſcripta zu mehrerer Erläuterung deren in in des alldortigen Dom-Capituls ertheilten Atteſtato ſub [8] angezogener Præjudicio-rum, wie auch derer von dem Lehen-Hof in deſſen Gutachten ſub [17] gemeldter Judicatorum, und zwar derjenigen, welche ſo wohl pro als contra vorhanden ſeyn mögten, ſo viel die Lehens-Succeſſion der Geiſtlichen mit denen Weltlichen in gleichem Grad ſtehenden Anverwandten betrifft, wie auch ad producendum die erſte und mehr nachfolgende Lehens-Inveſtituren hiermit erkannt, und ſo fern obgedachter Lic. Jung zu ſolchem End Unpartheyiſche zu Commiſſarien benennen wird, worzu ihm Zeit 2. Monat p. T. & Pr. von A. W. angeſetzt, daß alsdann ferner ergehen ſolte, was Recht iſt.

Obſervatio XXV.

De Jurisdictione Cameræ fundata intra perſonam illuſtrem mediatam, ubi exponitur hiſtoria Dynaſtiæ Merveld.

PRæmiſſo Schemate Genealogico, quod exhibetur Num. I. notandum eſt, quod Dynaſtia Merveld, quæ dicitur alias die Graffſchafft freyer-Stühle und Herrlichkeit, in terris Epiſcopatus Monaſterienſis ſita, habeatur a Domino Epiſcopo pro parte ſui terri-

territorii in præfecturâ Dülmann. Hermannus de Merveld obtulit in feudum Dynastiam Seculo XIV. A. 1358. viventi tunc Comiti in Berg, ejusque Descendentes in ordine suo investiti postea a Ducibus Juliacensibus & Bergensibus, tanquam feudo masculino. Posteritas masculina Hermanni defiit Seculo XVII. cum Friderico Wilhelmo, qui obiit absque prole A. 1691. postquam investitus fuisset Ao. 1669. & 1683. Soror istius Friderici Wilhelmi Magdalena Sibylla speravit quidem & petiit Investituram, sed non obtinuit. Expectativam ad successionem in hoc feudo obtinuerat Comes de Hamilton, qui etiam investitus, & in possessionem missus per Episcopum Monasterienſem, eamque retinuit usque 1698. Hoc ipso anno cessit Dynastiam Johanni Wilhelmo Wernero de Merode, de cujus persona notandum, quod descenderit per lineam fœmininam Johannis de Merveld, qui erat Atnepos Hermanni. Iste Johannes II. qui pro parte erat investitus cum prole careret, studuit, ut acquireretur Feudum dicto de Merode, suo ex sorore nepoti, sed spe sua excidit defunctus Ao. 1567. atque tunc totum feudum ad alteram lineam Merveldianam pervenit. Post immissionem illius, quem dixi, Comitis de Hamilton, Soror Friderici Wilhelmi, ultimi suæ stirpis, Appellationem ad Cameram introduxit, quæ tamen post A. 1702. quievit. Suspicio fuit, quod inter Cessionarium de Merode & dictam Magdalenam Sibyllam conventio fuerit inita, prout etiam factum fuit cum Comite de Hamilton, ut Merode pro Summa pecuniæ jus suum abdicaret. Hic etiam paratum se dixit ad Investituram totius Dynastiæ accipiendam. Cum vero terminus præfigeretur, paratum se esse non ostendit, sed Procuratorem constituit cum Mandato admodum restricto, in quo qualitatem feudalem totius Dynastiæ cum omnibus pertinentiis, quarum partem insignem Allodialem esse existimavit, magis negavit, quam agnovit, unde factum, ut per Sententiam Curiæ feudalis declaratum fuerit, Feudum esse commissum & Domino apertum, per Sententiam N. II. a qua denuo ad Cameram appellavit Merode, sed defunctus absque prole A. 1729. Interim Elector Palatinus Dominus Feudi Investituram contulit Comiti de Manderscheid, sed cum Comes de Plettenberg titulo crediti multorum millium Imperialium cum pacto constituti possessorii possessionem esset ingressus, & manutentionem obtinuisset ab Officiali Monasterienſi, frater defuncti de Merode, nomine Wennemar, possessionem apprehendere studuit, sed per dictum Comitem de Plettenberg fuit impeditus; Hinc novæ in Camera lites & petitum mandatum de cassando Decreta nulliter, clandestine & absque specie seu ulla probabili causa lata, restituendo ablata omnia tam mobilia, quam immobilia, Documenta & Scripturas, ut & de facto præclusa, de occupando castrum Merveld violenter expugnatum cum appertinentiis, abducendo milite cum adhærentibus, cum omni damno, interesse & expensis, ut & cautionem præstando de non amplius offendendo S. C.

Primaria hic fuit quæstio de Jurisdictione Cam. quæ videbatur fundari posse ex continentia causæ diversorum Reorum, scilicet Comitis de Plettenberg & Consilii Principis Monasterienſis, nec non Officialis: Nam ex Processibus antiquioribus, qui jam dudum quieverant, inter alias personas, & alia litis materia, continentia causæ fundari non poterat. Ex continentia personarum etiam male incepta lis videbatur in Judicio supremo, quia Collegium Monasterienſe egerat jure Magistratus territorii. Hinc placuit, ut præcederent literæ pro Informatione, & post eas exhibitas, nec non Informationem contrariam, ulterius factum est apertum, quod Merodius appellationem initio interpositam deseruisset, & via mandati magis consultum sibi fore putasset. Porro, quod Comes de Plettenberg in apprehensione possessionis Merodium prævertisset, satis erat probatum, certumque, quod is Judicem haberet primæ Instantiæ ordinarium Episcopum Monasterienſem. Possessio vero civilis ex jure Sanguinis ad Actorem devoluta, ad effectum mandati obtinendi non sufficiebat. Hinc Decretum 23. April. Ao. 1731. Auf Bericht und Gegen-Bericht abgeschlagen, sondern mag Supplicantis Principal seine Beschwerung behöriger Orten vor- und anbringen.

Num. I.

SCHEMA GENEALOGICUM.

HERMANNUS von MERVELD obtulit castrum Merveld in Feudum Comiti von Berg Ao. 1358.

BERNHARDUS.

HERMANNUS † absque prole. — Investiti A. 1415. ab *Adolpho* Duce Bergensi. — GERHARDUS.

ADOLPHUS I. — BERNHARDUS.

HENRICUS investitus Ao. 1487. & 1516. a Ducibus *Johanne & Wilhelmo.* — JOHANNES I. investitus a Duce *Wilhelmo* A. 1485. & 1487.

ADOLPHUS II. investitus a Ducibus *Johanne & Wilhelmo* A. 1533. & 1562. — JOHANNES II. investitus Ao. 1548. petiit consensum ad testandum de parte sua Feudi in nepotem ex sorore A. 1560. sed non accepit defunctus improlis Ao. 1567.

ADOLPHUS III. investitus Ao. 1568.

ADOLPHUS IV.

ADOLPHUS V.

FRIDERICUS WILHELMUS hujus Curator investitus A. 1669. & 1683. † absque prole A. 1691. Tum Comes de Hamilton expectativam habens investitus & possessionem nactus fuit usque A. 1698. Quo anno cessit cum consensu Electoris *Johanni Wilhelmo Wernero de Merode*, qui Investituram A. 1698. accipere debuit juxta declarationem Electoris, sed renuit. Hic *Wernerus de Merode* descendit ex altera linea *Johannis II.* per Fœminam. — Nepos ex Sorore dicitur *Johannes Wilhelmus Werner de Merode.*

Num. II.

Sententia publicata 6. Martii 1727.

IN Sachen Fiscalischen Lehn-Anwalden, Klägern eines, wider Werner Lamberten, Frey-Herrn von Merode, Beklagten andern Theils, das Lehn-Stück Merveld betreffend, ist hiermit zu Recht erkannt, daß nicht allein die, an Seiten Beklagtens, vom Grafen von Hamilchton an sich gebrachte, dabevor von Friderich Wilhelm von Merveld besessene Halbscheid gemeldten Mervelden Lehenstücks Ihro Churfürstl. Durchlaucht, als Hertzogen zu Berg und Domino directo eröffnet, ver- und heimgefallen, sondern auch diese jetzige Halbscheid so wohl, als der von Beklagten allerseits Vorsassen zum Mann-Lehen getragener Graffschafft, Freyer Stühlen und Herrlichkeit Merveld, als dem Lehen-Herrn verfallen, verlustig zu erkennen, mithin demselben die erstgemeldte Halbscheid so wohl, als die Freye Stühle, Graffschafft und Herrlichkeit cum omnimoda Jurisdictione una cum perceptis a die litis motæ abzutreten und auszuraumen schuldig. Ubrigens aber klagenden Lehen-Anwalden, was ferner bey der andern Halbscheid (so die Bernhardinische in Johanne secundo ausgestorbene Mann-Linie besessen) unter das Lehen gehörig, und lehnbarer Qualität sey, bey dem Kayserlichen und des Reichs-Cammer-Gericht, woselbsten der Streit befangen, rechtlich ausfündig zu machen, freyzustellen sen; Inmassen hiermit eröffnet, verfallen, heimgefallen, und verlustig, auch abzutreten und einzuraumen, schuldig erkennet, und hin verwiesen wird. Düsseldorff den 6. Mart. 1727.

Observatio XXVI.

De Obligatione Successoris Agnati in Territorio ad solvendum æs alienum Antecessoris.

VEtus est quæstio de Obligatione Successoris Agnati in Territorio ex Jure Primogenituræ, vel Fideicommisso Familiæ perpetuo ad præstanda debita contracta ab Antecessore Agnato. Affirmativam Sententiam a Collegio Camerali unquam & simpliciter receptam esse, non invenio, sed potius contrariam. Testes sunt

Mynsing. 3. *observat.* 67.
Gail. 2. *observ.* 28. *num.* 14. 19. *& observat.* 149. *num.* 5. *observ.* 154. *num.* 1. *usque* 7.
Eyben. *in Electis Feudal. cap.* 7. §. 8.
Lyncker. *in Analect. ad Struv. Jus Feudal. cap.* 7. §. 8.
& in casu Fideicommissi antiqui *decis.* 802.
Itter. *de Feud. Imper. cap.* 18. *num.* 5.

Proinde neque Sententia forte adversus debitorem antiquum pronunciata poterit Executioni mandari adversus Successorem novum Agnatum, nisi quatenus esset hæres Antecessoris, & imputare sibi deberet creditor, quod non vigilaverit in tempore, cum viveret debitor primus vel ejus hæredes. In Camera Imperiali decernuntur quandoque & ut plurimum Citationes ad reassumendum in Audientia publica ad nudam petitionem Procuratoris, causa non cognita. Talis Citatio, decreta & expedita contra Successorem Agnatum, eum illico non reddet debitorem, neque etiam Sententia aliqua Actoria, nisi etiam sequatur Condemnatoria, quæ tamen in circumstantiis prædictis vix speranda.

Observatio XXVII.

De tempore, a quo Restitutio Fructuum debeatur in petitione Hæreditatis fideicommissaria.

DE Restitutione Fructuum in petitione Hæreditatis & Actione vindicatoria remittimus Lectorem ad

Commentarios Titulo ff. de hæreditat. petit. & R. V.

præcipue Lynckerum, qui ad hos Titulos plenissime est commentatus in parte illa

Commentarii ad Pandectas typis excusa *de hæreditat. petit.* §. *X. & de R. V.* §. *XI. XIV. XV. XVI.* &

Schilter. *in Praxi Juris Romani Exerc. XV.* §. 41. *seqq. & Exercitat. XVI.* §. 54. nec non ad

Institut. Tit. de Rer. Divis. aphor. 41.

Dubitatum fuit in aliqua causa, a quo tempore essent restituendi fructus, an a die Actionis institutæ, an vero a tempore factæ a possessore translationis in extraneum? Distinguunt Jurisconsulti inter prohibitionem alienandi factam per modum conventionis inter partes contrahentes, & eam, quam quis transferendo rem suam in alium adjicit in vim legis. Priori casu alienationem subsistere salva Actione ad interesse, nisi etiam constituta sit hypotheca: Casu posteriore donationem ipso jure esse inutilem.

Tracta-

Tractavit hanc materiam ampliſſime, & ſolide reſolvit

Anton. Merenda *I. Controv.* 31. *num.* 8. *per L. ea lege C. de Condict. ob cauſam, L. fin. C. de reb. alienand.*

vel non eandem quæſtionem illuſtrat

Sande *de prohibit. rer. alien. Part.* 4. *C.* 2. *num.* 14. *ſeq.* &

Deckherrus JCtus Brabantinus *Lib.* 2. *Diſſ.* 12. *num.* 1. *p. m.* 200. *&* 210.

ſcilicet cum unicuique ſit liberum, rei ſuæ adjicere legem translationis in alium, per *L. in traditionibus ff. de Pact.*

neceſſe eſt, ut ab eo, in quem res transfertur, conditio obſervetur exacte.

Conſtituens Fideicommiſſum in Inſtrumento donationis expreſſam addidit conditionem de non alienando extra familiam ſub pœna nullitatis. Hæc conditio in Succeſſores tranſit, adeoque etiam ad ultimum poſſeſſorem, cui proinde non licebat contra legem datam transferre fideicommiſſum in extraneum, ergo fundata actione vindicatoria ſequebatur etiam petitio & adjudicatio fructuum per

L. Herennius Modeſtinus ff. de Uſuris.

In Documento donationis factæ translatio erat plenaria,

vid. Schvveder. *de alienat. bonor. fideicommiſſ. obnoxior.* §. 32.

Cum vero tempus Actionis inſtitutæ & Litis conteſtatæ parum differrent, maluere Domini definire tempus a Lite conteſtata.

Obſervatio XXVIII.

De Advocatia Monaſteriorum Diſſertatio brevis, olim elaborata, nunc in formam Obſervationis Forenſis redacta.

IN materia Advocatiæ Corporum Eccleſiaſticorum, jure ſcripto nullibi definitæ, ad Conſuetudines & Pactiones reſpiciendum eſſe, ait

Magerus in Opere *de Advocatia armata cap.* 4. *num.* 8.

quem Auctorem omnem numerum hujus doctrinæ abſolviſſe, multi crediderunt, & ſequitur eum

Heiderus *in Deduct. Lindavienſi p.* 133. *num.* 1.

Roſenthal. *de Feud. cap.* 4. *concluſ.* 14. *num.* 34.

Cum autem Conſuetudines & Pactiones non ſint ubique & omni tempore æquales, neque etiam, quæ nonnunquam ab Advocatis patrata fuerunt contra intentionem Conſtituentis, vim habere poſſint conſuetudinis; hinc ipſe Magerus talem ex conſuetudine deſumtam formam univerſalem Advocatiæ conſtruere auſus non eſt, foret etiam ex eo principio maxime infirma. Scilicet, cavendum eſſe puto, ne ab exemplis particularibus formetur theſis univerſalis, a quo ratiocinandi modo non ſatis caviſſe ſibi video Auctorem Tractatus de *Factitata Ciſtercienſium Libertate & exemtione a Superioritate Territorii & Advocatia*, qui reperitur inter Opuſcula celebris quondam Anteceſſoris Gieſſenſis, Hertii, deinde ſeparatim & cum augmento editus. Poſtquam enim *Sect.* 3. §. 5. recenſuiſſet Sententiam

Mageri *Cap.* 2. *de Advocat. armata num.* 232. *& Cap.* 10. *num.* 407. *cap.* 11. *num.* 70.

propoſitam, quod modernis Protectoribus quibuscunque virtute Advocatiæ, Kraft Schutzes, præter tuendi poteſtatem, eique annexa, plus juris non competat, non vero adminiſtratio neque Jurisdictio: Hertius Sententiam Mageri, quam etiam receperant

Deduct. Lindav. pag. 331. *num.* 4.

& Aſſeſſores nonnulli Cameræ Imper. *in Symphoremate Pſeudo-Gylmanni Tom. I. Part. I. Tit.* 6. *Vot.* 2. *pag.* 440. & *Part. II. pag.* 90.

Gail. 2. *Obſervat.* 54.

rejicit §. VI. eo quod parvi ponderis ſint argumenta Mageri, & contrarium probare annitur: 1.) ex ratione Advocatorum, ab Imperatoribus Francorum conſtitutorum. 2.) Per exempla, in quibus Regionum Domini in Monaſteriis a ſe conditis ſibi & ſucceſſoribus Advocatiam reſervarunt, vel, ubi jus Advocatiæ ex fundatione quæſitum Inveſtitura Cæſarea fuit corroboratum. 3.) Per exempla alia Advocatiæ reſervatæ ab iis, qui Monaſteria locupletarunt §. XII. vel ubi Monaſteria ſibi adſcivere Advocatos §. XIII. Prima ratio non facit contra Magerum, qui ipſe *cap. XI. num.* 64. differentiam Advocatiarum antiquiorum & recentiorum agnoſcit. Deinde pergit Hertius §. XIV. faciens diſtinctionem ſequentem: Aliam eſſe Advocatiam libere delatam a Monaſterio: aliam ex reſervatione Domini Regionis, qui Monaſterium fundavit. Si de priore ſit quæſtio, inſpiciendam eſſe formulam pactionis. Si vero de poſteriore, non eſſe nudum jus protegendi, ſed amplam continere poteſtatem juris adminiſtrandi, & emolumenta varia percipiendi, niſi contrariæ adſint conjecturæ.

Hanc theſin invictis argumentis demonſtrare aggreditur §. XV. cum tamen ipſe Hertius, vel quisquis alius operam huic ſcripto addidit §. XX. expreſſe declaret, ſe non loqui de Advocatis modernis, ſed de antiquis, ab Imperatoribus aut Regionum

Dominis constitutis. Hinc patet, statum controversiæ esse immutatum, cum Magerus, contra quem disputare voluit, non loquatur de priscis Advocatis, sed de modernis, non de Advocatiis in ipsa fundatione, a Regionum Dominis reservatis, de quibus dixit *cap.* 9. *num.* 648. sed de Advocatia Imperiali in genere, adeoque per argumenta omnia thesin Mageri non esse destructam. Quid? si demus Autori, quod Advocatia a Domino regionis in fundatione reservata, de qua loquitur

Lehmann *Chron. Spir. L.* 2. *c.* 36. §. In folgenden Zeiten ꝛc.

(nam antea dominium territorii Procerum Imperii ignorabatur) vel etiam aliquando pactitia plus involvat potestatis, quam quæ aliis modis est constituta, (id quod tamen cum grano salis, ut ajunt, accipiendum erit) inde tamen minime fluit thesis generalis ad omnes Advocatias ab Imperatoribus constituras, de quibus dicto §. XX. Hertius thesin suam declarat, cum supra §. XIV. hanc speciem Advocatorum in distinctione sua & statu quæstionis non comprehendisset, sed de Advocatia reservata a Dominis regionum probationem suscepisset. Imo vero existimarem, in Advocatiis, ab Imperatoribus constitutis, formam constitutionis, earumque diversitatem, quam maxime esse attendendam. Esse enim varias, ex diplomatibus ostendi poterit facile. Scopus scripti Hertiani fuit, ut ageret de Cisterciensium Monasteriis, forte ad unum alterumve in specie applicatione facta. Qua de re videant alii. Opusculum laudatum plerique, qui contra Monasteria disceptationes ingrediuntur, inprimis habere solent præ oculis, neque tamen adhibita discretione debita allegando sequuntur.

Visum itaque mihi fuit, positionibus distinctis generalibus decem absque ullo ad casum vel litem specialem respectu huic materiæ, in qua tempore Rosenthalii magnos viros hæsisse, ipse testatur, (tunc enim Juris civilis & Canonici studium solum regnabat) aliqualem accendere lucem, meliorem & clariorem expectaturus & libenter secuturus.

§. I.

Origo omnis Advocatiæ Ecclesiasticæ, in specie Monasteriorum (alia enim est ratio earum, quæ pertinent ad urbes, de quibus

Mylerus *in Archologia cap. XXI.*

neque ab his ad Monasticas argumentum est concludens,

Deduct. Lindav. pag. 43. &
Tract. ejusdem Heideri **von Reichs-Vogteyen** *pag.* 44.)

fuit non solum a Francorum Regum & Imperatorum tempore, sed a Christianis Imperatoribus Orientis profecta,

v. Lynck. *Gravam. extraj. cap.* 3. *p.* 248.

Finis autem, ut quam minime impedirentur Abbates & Monachi officiis sacris Religionis suæ vacare.

Struv. *Jur. Feud. c.* 4. §. 20. *in Exeg.*
Henniges *Tract. de summa Imper. potestate circa Sacra cap. X.* §. 9.

Benedictinorum ordo, qui est omnium antiquissimus, & a Seculo V. initium repetit,

Hospinianus *de orig. & progressu Monachismi f.* 113. *pag. versa.*
Duarenus *de sacr. Eccles. Minister. l.* 1. *cap.* 21.

regulam habuisse dicitur, ne secularium rerum cura distringerentur,

Hospin. *dicto loco f.* 17.

ubi regulas ordinis recenset, & *c.* 21. ubi de Advocatis agit, adde

Mager. *cap. XI. num.* 65.
Hennig. *dict. loc.* ubi Capitularia Francorum Impp. & Synodalia Statuta refert.

Memorabilis est de Benedictinorum institutione locus apud

Trithemium Abbatem *Chron. Hirsaugiens. P. I. A.* 839. *pag.* 12. *& A.* 982. *pag.* 71.
In *Chron. Citicensi* Langii *Edit. nov. Operum* Pistorii *Vol. I. p.* 1129.
Tribechov. *de Doctor. Scholast. cap. I.* §. 8. ubi *pag.* 24. ex Bruschii *Historia Monasteriorum* recenset, non otiosis ventribus, sed literarum & honestæ vitæ studiosis initio condita fuisse, ac tanta Principum liberalitate erecta atque dotata.

Cessavit tamen iste rigor successu temporis, cum Advocati, vel constituti a Regibus, vel adsumti in rem suam magis, quam Monasterii Clientis officio fungerentur.

Boehmer. *Jur. Ecclesiast. lib.* 3. *cap.* 20. *de feudis* §. 80. 82.
Paulini *de Advocat. & Oeconomis Monaster.* §. 17.

§. II.

Advocatia & Protectio, Vogtey, Schutz und Schirm, plerumque accipiuntur synonymice, ita ut idem sit Advocatus, qui Protector & contra. Sunt tamen officia sua natura diversa: Protector defensorem requisitus agebat contra injurias vel actu existentes, vel futuras etiam ab ipsis Advocatis profectas. Exempla hujus rei existunt in *Documentis Monasteriorum Würtembergicorum*, a Besoldo editis. Advocatus habebat officium magis ordinarium in jure administrando & inspectionem rationum; Oeconomus vero bonorum administrationem. Non enim confundenda esse officia Advocati & Oeconomi, monet

Paulini, Monasticarum rerum diligens Scrutator, *dict. Tract.* §. *XIII.*

Magna rursus est differentia inter Advocatum, Protectorem, & territorii Dominum. Hujus potestas extra territorii fines

non

non extenditur. Advocati & Protectoris officium ad omnia bona Monaſterii ubicunque ſita pertingit.

Coccej. *in Reſponſo*, quod *in cauſa Werdenſis Monaſterii* pro Rege ſuo conſcripſit, *pag.* 103. *verſu*: **Was das andere betrifft** ꝛc.

Proinde ego Beſoldi verba in *notis ad diploma Rudolphi I. Monaſt. Alb. Dom. pag.* 139.

(quibus ex verbis argumentum deſumſit Hertius *dicta Diſſert. pag.* 214.

pro theſi ſua) mea facere nolim, cum ait: Advocatorum jus eſſe intermedium quendam gradum inter protectionem ſimplicem & territorialem Jurisdictionem. Cum enim conditio Advocatorum fuerit in variis locis diverſiſſima, poteſtas omnium non eadem, (id quod ex diverſitate diplomatum cognoſcitur, quorum aliqua profert Paulini *dict. Tract.* §. 6.

& paſſim alia occurrunt in *Docum. Würtemberg.*) valde erraturus eſſet, qui Juris Advocatorum regulam exſtrueret univerſalem a quibusdam exemplis, in quibus, præter defenſionem, omnem jurisdictionem, variasque utilitates ad inſtar Dominorum Advocati ſibi arrogarunt. Hinc diplomata Imperatorum, ne protector ſe pro Domino vel Advocato gerere debeat, *Document. rediviv. pag.* 144.

Adeo exoſum erat munus Advocatorum, ut Monaſteria contra eos ſibi proſpicere neceſſum haberent. Igitur, quod Thomaſ. *in notis ad Monzamb. p.* 112.

ait: differentiam eſſe inter Jus Advocatiæ & Protectionis Regum Principumque, & eam, quæ Magiſtratibus tanquam Officialibus injungitur, verum eſt, ſi, quod ipſe occaſione Advocatiæ Caroli M. in urbem Romam ibidem tradit, de obſervanda comiter Principis autoritate intelligatur, non vero, ſi applicetur ad Advocatias Imperiales in Imperio ad effectum ſubjectionis. Quod vero Frider. *lib.* 2. *de Mandatis* §. 2.

protectionis jus extitiſſe initium ſubjectionis dicit, id de facto capiendum eſt, non de Jure.

Vid. Schilter. *Jur. publ. L.* 1. *C.* 25. §. 4.

§. III.

Fuere itaque Advocati & Protectores varii generis & diverſæ poteſtatis. Multos ex iis ingeſſiſſe ſe adminiſtrationi bonorum & jurisdictionem ceu Dominos exercuiſſe, non eſt dubium.

Hert. *ſect.* 3. §. 7. 9.
Mager. *cap. XI. num.* 50.

unde apud Cangium *in Gloſſario Advocati* & *Vice-Domini* appellationes promiſcuæ: hoc tamen affirmare non auſim, & nec ipſe

Hert. *in Tr. de jactit. Ciſterc. libert.*

ſtatuere eſt auſus, (fuit autem primus, qui pro aſſerendo ex Advocatia territoriali jure operam navavit) quod Advocati ab Imperatoribus conſtituti, abſque præcedente reſervatione Domini territorii in fundatione ipſa, Jus Advocatiæ & Protectionis ad ſubjectionem plenariam extenderint. Sane Imperatorum conſenſu fieri non potuit, ſed potius ipſi Imperatores ad exceſſus Advocatorum corrigendos omnem adhibuerunt facilitatem: Ut tractarentur Monaſteria ſubjectorum inſtar, nunquam permiſerunt: Teſtantur id infinita protectionum Imperator. diplomata Monaſteriis data. A Carolingorum Imperatorum poteſtate & uſu circa Monaſteria in exigendis penſitationibus variis

Vid. Heider. **von Reichs-Vogteyen** *diſc. prior. p.* 9. *& in Exegeſ. lit. Dd. Ee. Ff. Gg.*

ad recentiora tempora poſt Carolingos argumentum fruſtra deſumitur. Mutatus enim fuit, extincta ſtirpe Carolingorum, Imperii Germanici ſtatus. Ita ut, quemadmodum nullus Imperatorum ſequentium in Monaſteria, fundata liberalitate Principum & Procerum Imperii, uſus eſt jure dominii eminentis, neque enim Imperator eſt Eccleſiæ Dominus, ſed Protector, **Obriſter Vogt der Chriſtenheit**, *R. J. Anno* 1530. §. **Nachdem aber Uns** ꝛc.

Modeſt. Piſtor. *Conſ.* 43. *num.* 23.

ita multo minus Advocatis Imperialibus, tanquam delegatis, hæc poteſtas competere potuerit. Eſt enim omne officium Advocati ſua natura & origine non proprium, ſed delegatum.

Mager *C.* 5. *num.* 106.
Merkelbach. apud Klock. *I. Conſ.* 37. *num.* 22. *ſeqq.*
Boehmer. ad Petr. de Marca *obſ.* 18.

Dico delegatum, non tantum dependens. Omnis poteſtas territorialis Procerum Imperii eſt propria, non delegata, ſed independens. Delegata poteſtas ſtricte debet accipi, non ultra formulam conſtitutionis. Alia poteſt eſſe ratio Advocatiarum, quam quisque fundator & regionis Dominus ſibi reſervavit, de qua

Lehmann. *Lib.* 2. *Chron. Spir. cap.* 36. in loco ſupra allegato.

Hanc reſervationem tempore Saxonum Impp. cœpiſſe, autor eſt idem Lehmannus, factumque eſſe exemplo Pipini Regis, qui pellicis ſuæ gratia Advocatum Eccleſiæ ab ipſa fundatæ confirmavit Ducem Auſtraſiæ, quem ipſa conſtituerat.

Vid. Hennig. *de ſumma Imp. poteſt. circa Sacra. Cap. X. pag.* 974.

Romani Imperatores Chriſtiani nunquam dedignati ſunt ſe ipſos dicere Eccleſiæ Chriſtianæ Advocatos ſupremos & Protectores.

Lehm. *Chron. Spir. Lib.* 2. *cap.* 40.
Paulini §. 32.
Schilter. *Jus Publ. Lib.* 1. *cap.* 25. §. 2.
Capitul. Caroli VI. artic. 1. *& præcedentium Imperatorum.*

Ubicunque ergo Ecclesia quædam aut Collegium religiosorum in specialem Imperatoriæ Majestatis protectionem fuit susceptum, indicium est libertatis publicæ, hoc est, exemtionis a potestate alia intermedia civili.

Besold. *Docum. Würtemberg. p.* 165.

Exceptio erit, si alius habuerit jus quæsitum. De Monasteriis Austriacis notum est, jus quæsitum habere Archiduces Austriæ per privilegia specialia. De Bavariæ Ducibus & Monasteriis idem observat

Heiderus **von Reichs-Vogteyen** *pag.* 51. 351. ex Gevvoldo & aliis.

Existimant aliqui civilem Jurisdictionem Monasteriis, imo ipsis Episcopis non competiisse in Imperio, nisi post tempora Interregni,

argum. *rubr. Decret. ne Clerici secular. negot. se immisceant, X. & in Lib. VI.*

quæ constitutiones Pontificum finito Interregno editæ,

adde Clement. 1. §. 51. *vers. de statu Monach.*

Ego tamen distinguendum esse puto inter ea, quæ Monachis licuerit per Canones facere in persona propria, & quæ per alios.

Vid. *Cap. 3. & ult. eod. tit. in 6to.*

Quod dudum ante Interregnum civilem habuerint jurisdictionem per Officiales exercitam, ex diplomatibus variis ostendi poterit, ubi opus foret. Hic produco saltem testimonium

Myleri *Archolog. cap.* 14.

Friderici II. tempore, (erat autem hic Imperator ultimus ante Interregnum,) plurimos Episcopos & Abbates data pecunia redemisse onus Advocatorum, & ab iis sese liberasse. Adducit Autores alios

Stumpf. *in Chron. Helvet. lib. 5. cap. 5.*
Vadianum *de Monaster. lib. 2. f.* 103.
Adde Heider. **von Reichs-Vogteyen** *p.* 74. *lit. Eee. Fff. seqq.*

De Monasterio Schvvarzach Ordinis Benedictinorum fama est, intercedere cum Dno Marggravio Badensi de exemtione a Jurisdictione Territoriali graves controversias, quarum termini nobis hucusque nondum satis innotuerunt. Hoc legimus in

Guillimanni *Commentario de Episcopis Argentinensibus p.* 284.

regnante Imper. Friderico II. benevolentia Berchtoldi Episcopi, qui præfuit A. 1228. usque 1238. cum exustum esset Monasterium, Abbatem cum Conventu fuisse receptum, quod etiam Imperatorem adierit Episcopus, & ab exactionibus Advocatorum libertatem ei procuraverit. Cum etiam tempora turbulenta accidissent contra Diploma Ottonis III. Monasterium consuluisse sibi confirmatione nova ab Imperatore Rudolpho I.

Alias **Vogtey** significat Advocatiam Ecclesiasticam, si quæstio est de Corpore Ecclesiastico, quæ antiquiore tempore administrationem bonorum & Jurisdictionem voluntate Imperatorum comprehenderit, de sequenti tempore vero regni Ottonum idem asseri non poterit. Et hoc est, quod

Magerus *in locis supra alleg.*

docet, solam remansisse potestatem defendendi, & cavendi, ne bona Monasterii male administrentur, non vero administrationem ipsam neque Jurisdictionem, quam doctrinam Mageri neque Herrius, neque ullus alius huc usque rationibus subvertit. Quibus argumentis adstruere velint nonnulli, quod denominatio eines **Kasten-Vogts** inferat potestatem juris administrandi in terris Monasterii, tempore noviori, in quo Vogt significat Curatorem & Protectorem, non Judicem,

Deduct. Lindav. pag. 330. 348.

hoc videant ipsi. Eodem sensu etiam Imperator se dicit **Obristen Vogt der Christenheit** *R. J.* 1530. *supra alleg.* multo minus ergo fiet illatio ad subjectionem territorialem. De hac non opus est, ut confutationem suscipiam; neminem enim scio, qui hoc statuerit ex JCtis. De illa Jurisdictione, si de criminali sit quæstio, eam si ecclesiasticæ personæ non exercuerunt, rationem habet aliam, minime vero indicat statum subjectionis. Si de civili, negativa propositio vel ex hoc solo demonstrabitur, quod Prælatis Monasteriorum Jurisdictio civilis non disputetur. Habent enim eam plerique.

Quidquid ergo de officio & jure Advocatorum antiquorum dici potest ex historiarum monumentis, & quidquid etiam de Advocatiis, a fundatoribus Dominis Regionis fundatis, ad quas tandem totius dissertationis Hertianæ finis resolvitur, ea omnia ad thesin universalem de omnibus Monasteriis infeliciter applicabuntur.

§. IV.

Protectio & defensio, quæ ex natura societatis civilis fluit, & ex officio mutuo inter imperantes & parentes, vel, si mavis, ex Jure territoriali, cum Advocatia speciali, de qua hic agimus, (alii vocant extraordinariam) non nisi affinitatem habet aliquam, ita ut neque ex jure territorii ad Advocatiam, quæ, ut supra monui ex Coccejo, est latior, neque ex hac ad Jus territoriale & subjectionem valeat argumentatio.

Mager. *C. 9. num.* 648. *& cap.* 10. *num.* 523. *seqq. & n.* 603.
Heider. *Deduct. Lindav. pag.* 331. *n.* 3. & in Tract. **von Reichs-Vogt.** *p.* 364. 489. & alibi passim.
Gail. 2. *observat.* 54.
Merkelbach. apud Klock. 1. *Cons.* 37. *num.* 27.
Schilter. *Jur. Publ. L.* 1. *C.* 25. §. 1. *& 6.*

Vana itaque esset conclusio talis: Est Advocatus Monasterii, ergo omnia agere potest,

poteſt, quæ Dominus territorii. Omnis territorii Dominus ex natura ſocietatis civilis tenetur defendere ſubditos adverſus injurias. Hi vero præſtare cenſum & alia onera pro neceſſitate Reipublicæ ſunt obſtricti. Qua poteſtate territoriali poſita, Advocatia ſpeciali opus non foret. Hac vero conſtituta, excluditur ſubjectio. Sunt enim contradictoriæ propoſitiones, eſſe Advocatum, & eſſe dominum, eſſe Clientem, & eſſe ſubditum.

Advocatia eſt defenſio perſonæ non propriæ, ſed liberæ.

Deduct. Lindav. p. 332. *it.* **von Reichs-Vogt.** *pag.* 434.
Frider. *de Mandat. C.* 14. *num.* 2.

& confirmatur theſis mea judicato Camerali, quod refertur in dicto

Conſilio Klockiano num. 30. *de Ao.* 1562. 3. *Julii.*

Quicunque aggreſſus fuerit demonſtrare, quod Advocatia Imperialis ſua natura involvat dominium territoriale, is ſane magnum ſuſcipiet opus. Confunditur paſſim ab incautis die Landes-Herrliche Superiorität, Vogtey, Schutz- und Schirm-Gerechtigkeit ꝛc. cumprimis, quando in una perſona concurrunt; ſed hæc confuſio non debet facere normam decidendi, ubi ex origine ſua res eſt æſtimanda. Solet quandoque in hiſtoriis ei, qui fœdere ſuperior eſt, Imperantis, & ei, qui inferior eſt, Parentis tribui denominatio, quæ tamen ideo ſubjectionem non deſignat,

Hugo Grot. *de Jure Belli & Pac. lib.* 1. *cap.* 3. §. 21. *num.* 8.

§. V.

Licet etiam Advocatiæ & Protectionis Jus Principi cuidam ab Imperatore conceſſum fuerit, cum hæreditaria ſucceſſione, tamen exinde non ſequeretur poteſtas major, quam ipſa natura rei admitteret, hoc eſt, inſpectionis & defenſionis, minime vero ſubjectionis. Hæreditarium jus non poteſt conferre plus, quam quod eſt in re ipſa. Fac etiam accedere feudi titulum. Tanto minus juris abſoluti arrogare licebit Advocato, cum Advocatia non ſit magis in ejus dominio, quam Monaſterium ipſum inter res, quæ ſunt in dominio, cenſeri poteſt.

Modeſt. Piſt. *dict. Conſ.* 43. *n.* 24. *ſeqq.*

deducit, etiam per Inveſtituram Cæſaream non transferri dominium Monaſterii & ejus bonorum in Principem, nihilque inferre, quam jus protectionis, cujus ratione etiam appellatur quandoque Dominus, ein Landes-Fürſt. Sint etiam a Jure Advocatiæ aliquæ utilitates, hæ tamen ad ſubjectionem plenariam vergere non debent. Proinde nec hæreditaria, nec feudalis Advocatiæ conceſſio titulum præbent ad ſuperioritatem territorialem cum effectibus, qui hodie in ſubditos exercentur, inferendam.

§. VI.

Quicunque Dominus regionis Monaſterium aliquod ex patrimonio proprio non fundavit, is, ſi dixerit, Monaſterium eſſe ſuæ ditionis, & ſibi ſubjectione territoriali affectum, neceſſario debet probare ſuæ poſſeſſionis titulum. Talis vero non poteſt eſſe ſufficiens jus Advocatiæ & Protectionis, etiam Cæſarea inveſtitura & jure hæreditario datum. Nam, quod Advocatum ſuum Eccleſia comiter revereri debeat, ad ſubjectionem trahi non debet, non magis, quam fœderatus imbecillior ſubjicitur potentiori.

Vid. Grot. *de J. B. & P. Lib.* 1. *cap.* 3. §. 21.

Eſt autem Advocatia confœderatio quædam inæqualis, qua Advocato prælatio tribuitur, non ſunt tamen ſub Imperio proprie ſic dicto clientes, ſed ſub patrocinio.

Grotius *dict. loc. num.* 3.
Mager. *cap. X. num.* 409.
Heider. **von Reichs-Vogt.** *p.* 434.

Repugnat naturæ rei ſubjectio erga illum, cui Monaſterium dotes ſuas non fert acceptas. Omnes autem ſcire debent, ait

Imper. Juſtinianus *L.* 11. *C. unde vi,*

quod ſuum non eſt, hoc ad alios modis omnibus pertinere.

§. VII.

Quodſi aliquis Imperii Procerum ex liberalitate majorum (nam hodierna tempeſtate res foret rara neque neceſſaria) de fundatione & dotatione Monaſterii gloriari poſſet: Non tamen ex fundatione ſola & dotatione concluſio ſequitur ad ſubjectionem territorialem, niſi id evincat ipſius fundationis forma, cujus interpretatio in dubio facienda juxta mores ſeculi, in quo facta eſt fundatio. Ita, ut juxta bonæ interpretationis regulas ex moribus temporum voluntatis conjectura ſit capienda.

Vid. Grot. *L.* 2. *C.* 16. §. 6.

& ibi a Becmanno ſubjectum exemplum ex Gvicciardino,

add. *ibid.* §. 7. *num.* 12.
Pufend. *de Jur. Nat. & Gent. lib.* 5. *c.* 12. §. 21.

Teſtantur autem Seculorum a Chriſto nato octavi & aliquot ſequentium hiſtoriæ, quod regnaverit tunc opinio popularis, Eccleſiaſticas perſonas, cumprimis Monaſteria, eorumque pro ſuſtentatione pia conſideratione conſtitutas dotes a poteſtate civili & ſubjectione eſſe exemtas.

Tit. Decretal. de Immunit. Eccleſ.
& ibi Gonzalez Tellez.

Conſentit

Jus Juſtinian. *Tit. C. de SS. Eccleſ.*
& ibi Interpp.
Merkelbach. apud Klock. 1. *Conſ.* 1. *n.* 50. *ſeqq.*
Schilter. *Jur. Can. lib.* 2. *tit.* 6. §. 14.

Stryck.

Stryck. *Diſſ. de poſſidente non meliore c. 2. de cauſis Eccleſiaſt.* §. 14.
Mev. 8. *deciſ.* 374. *ſeqq.*

Proinde, ſi fundator aliquis illuſtris ex bonis familiæ ſuæ non affectis, ſed privata vel ſolertia vel fortuna acquiſitis, Monaſterium dotare voluerit, gravis eſt præſumtio, quod ab omni nexu territorii & poteſtatis ſuæ civilis voluerit eſſe liberum.

Vid. Mager. *cap.* 16. *num.* 64. ubi ex *Confutat. Kayſersheimenſi* &
Modeſt. Piſtor. *Conſ.* 43.

quod in hac materia inprimis eſt notatu dignum, (edita ſunt Conſilia ab ejus filio Jacobo, Imper. Camer. Aſſeſſore A. 1599.) allegat, quod, ſalva ſemper ſumma poteſtate Imperatoria, de qua hic non eſt quæſtio, ſi inferior bona ſua Eccleſiæ conferat, per ipſam hanc collationem omne jus priſtinum extinguatur.

Pacian. *de probat. lib.* 2. *cap.* 43. *n.* 26.

quem Magerus etiam adducit, argumentum facit a collatione caſtri, ut tunc omnis jurisdictio inferioris ceſſet.

Hic mea opinione fuit ſtatus Monaſteriorum ab origine. Dantur etiam exempla, ubi fundator omni poteſtati & ipſi quoque Advocatiæ renunciavit expreſſe. Ita Comes de Saarbrücken, Fundator Monaſterii Wadgaſſen, A. 1135. in diplomate, nullam Advocatiam nec cujusque juris potentiam retinere ſibi & hæredibas voluit. Agnitum fuit a Naſſoviæ Comite diploma, antea in Actis contra Veldenz recognitum Ao. 1562. in libello contra Ducem Lotharingiæ Ao. 1572. Pacto deinde Naſſovica fuit acceptata protectio A. 1466.

Quodſi Advocatiam & Protectionem reſervaverit ſibi fundator, hoc ipſo non recte concluderetur ad ſubjectionem territorialem. Hac enim manente, reſervatione tali non foret opus per dicta ſupra §. IV. Proinde a Juribus reſervatis recte concluditur negative ad non reſervata. Ita, ut ſi alia jura ſibi aſſerere voluerit Protector, neceſſe habeat, probare, reſervationem factam, & ſit præſumtio pro Monaſterio, eam negante. Quid? quod ne quidem fundationum antiquarum tempore (ſunt autem paucæ noſtri ſeculi) jura iſta ſublimia, quæ ſuperioritatis nomine veniunt hodie, ad eum apicem, eos effectus, eas exactiones, quæ noviſſima tempeſtate excogitatæ ſunt,

Vid. Schilter. *Jur. Publ. lib.* 1. *tit.* 24. §. 6. *&* 7.

deducta non fuerint, ergo etiam reſervata cenſeri nequeant.

§. VIII.

Rurſus poſito, fundatorem aliquem reſervaſſe ſibi ſuæque familiæ expreſſe ſubjectionem territorialem, vel habere quocunque modo acquiſitam, hæc tamen extendi non poterit ad onera omnia perſonalia & realia, quibus juxta modulum hodiernum ſubjacent ſubditi reliqui: hoc enim foret contrarium ipſi fundationi Eccleſiaſticæ. Et quam primum ei, qui habet ſuperioritatem territorialem, facere talem fundationem placuit, eo ipſo reſtrinxiſſe ſibi ipſimet cenſendus eſt plenitudinem iſtius poteſtatis, Majeſtatis ſummæ æmulam. Eſt enim ſicuti ipſa Majeſtas ſumma totum, quod dicitur poteſtativum, ſive quod continet partes ſubjectivas potentiales, ita, ut non negetur Majeſtas, licet in partibus exiſtat aliqua reſtrictio,

vid. Grot. *de Jur. Belli & Pac. lib. I. cap.* 3. §. 16.

ita & ſuperioritas territorialis.

Hert. *Diſſ. de ſubjectione territor.* §. 3.

§. IX.

Neque etiam extendi poteſt reſervatio juris territorialis ad bona alia, quam quæ a Domino territorii ea lege ſunt profecta, non vero ad ea, quæ aliunde Monaſterio ſunt quæſita extra territorii fines. Proinde perperam concluderetur: Iſte Dominus habet ſuperioritatem in Monaſterium, ergo habet generaliter in omnia bona Monaſteriis quocunque titulo quæſita. Neque etiam ſic: Dominus habet ſuperioritatem in aliqua bona Monaſterii in territorio ſuo ſita, ergo habet in Monaſterium & ejus bona omnia.

§. X.

Datur omnino titulus ſubjectionis voluntariæ & pactitiæ.

Textor. *de Jurisdict. territor.* §. 171.

& non dubitandum eſt, exempla extare iſtiusmodi ſubjectionis in Imperio complura, ubi Prælatus cum Capitulo ſuo utilius eſſe cenſuit, ſubjicere ſe domino regionis, retentis Immunitatibus Eccleſiaſticis, quam cum eo in lite verſari. Variæ potuerunt exiſtere ſubjectionis cauſæ. Huc pertinet ſcriptum Ao. 1645. editum: **Gründlicher Beweiß, daß die** Prælaten **und Clöſter des Hertzogthums Würtemberg vor** 100. 200. **Jahren zum Land und Hertzogthum gehören** ꝛc. Ubi vero de tali ſubjectione voluntaria non conſtat, imo vero cognita eſt origo prima attentatæ poteſtatis, ad exempla iſtiusmodi Monaſteriorum ſubjectorum fruſtra provocabit, qui Imperium territoriale ſibi aſſerit: Tituli & verba in literis incaute nonnunquam prolata ad effectum ſubjectionis non ſufficiunt, multo minus actus violenti & clandeſtini, hoc eſt, legitima forma deſtituti contradictique. Requiritur enim titulus ad transferendam ſuperioritatem habilis,

Schilter. *Inſtit. Jur. Publ. lib.* 1. *tit.* 24. §. 7. *& tit.* 25. §. 4.

ubi ait: Finis Advocatiæ eſt ſecuritas Clientium, ſed cum evitatione ſubjectionis, quod tamen everti eludique poteſt vel vi vel

vel fraude vel socordia, & tandem præscriptione, nisi mala fides aut titulus hic ad transferendam superioritatem inhabilis probetur.

Ubicunque igitur status Monasterii primævus repugnat qualitati, quam aliquis sibi asserit, puta potestati territoriali cum annexis, non potest valere præsumtio pro possidente, nisi docuerit de titulo ad acquirendam istam potestatem idoneo. Quoties enim absque titulo res possideri non potest, tunc ne quidem immemorialis præscriptio tituli vicem supplebit

Argelus *de acquirend. possess. lib. 3. cap. 4. num. 26.*
Cap. Latr. *decis. 23. in observ. n. 13.*
Menoch. *de præsumt. lib. 6. præs. 67. num. 14.*
Mevius 3. *decis. 205. in notis & 4. dec. 156. seqq.*
Lyncker. 2. *Resp. 92. num. 50.*
Stryck. *de necessit. edendi titulum cap. 3. num. 3. & cap. 6. num. 10.*

ubi plurimorum JCtorum consensu demonstrat, nullam esse præsumtionem, ne quidem immemorialem, si de tituli nullitate vel vitio ab initio constet, hoc est, si ex Actis principia totius rei sint cognita, ex quibus præsumtio tituli ex possessione immemoriali alias facienda elidatur *num. 67.* Quam Sententiam Cameræ Imperialis judicatis conformem statuit per allegatos ibidem. Tanto magis stringere hoc argumentum, si controversia sit cum eo, qui rem aliquam alienare non potest, quales sunt Episcopi & Prælati.

Stryck. *ibidem num. 68. seqq.* ex
Redoano *de rebus Ecclesiast. non alienandis* &
Cephalo 1. *Cons. 26. num. 12.*

Cui enim facultas alienandi interdicta, ei etiam denegata est facultas patiendi, ut alius jura Ecclesiæ præscribat. Hactenus Stryckius, cum allegatis, quibus merito jungimus

Covarruviam *p. 3. Resol. ad cap. possessor. de R. J. §. 3. in 6.*

ubi in materia prohibitæ alienationis fideicommissi has positiones præclare deducit, nec non

Vietor *de Exemt. concl. 17. in Exegesi circa fin.* & *concl. seq. 18.* nec non *concl. 20.* ubi de *Advocatorum Imperialium abusibus* agit.

Hæc omnia, prout dixi in principio, dicta esse volo absque ulla ad casum specialem facta applicatione, quam, prout existent circumstantiæ, ego mihi ipsi reservo. Positiones etiam has augendi & meliores rationes substituendi, liberam esse cuique facultatem volo.

Observatio XXIX.

De necessitate Insinuationis Fideicommissorum in Patria Leodiensi.

CElebre est Edictum Principis Episcopi Leodiensis, Maximiliani Henrici Ao. 1686. de necessitate Insinuationis fideicommissorum, ad securitatem creditorum necessaria. Extat in Opere eximio Jurisconsulti quondam Leodiensis

de Louvrex *Recueil des Edits, Reglemens, Privileges Concordats & Traités du Païs de de Liege, Comté de Looz, Part. I. cap. 23. pag. 363. seqq.*

ex quo Edicto excerpta damus in quibusdam Articulis secundum translationem in linguam Latinam.

*****

Art. 32.

Passant de l' Oeconomie & Police à quelques points de Justice, desirant de prevenir quantité de procedures sur l' existence, valeur ou non valeur des Fideicommis non insinuez devant Justice competente, ordonnons qu' aucun Fideicommis temporel ou perpetue à titre même de Majorat, n' aura lieu à l' exclusion des Créanciers, lesquels auront contractez avec les héritiers fiduciairs & leurs successeurs de quelle qualité & condition ils soient, & acquis droits d' hypoteque sur les biens Fideicommissez de quelle nature ils puissent être, qui seront préferables à tous prétendans à titre de Fideicommis, vû que n' étant publiez ils ne doivent & peuvent produire aucun effet exclusive de la bonne foi & droit des Gens.

*****

Art. 32.

Transeundo ab œconomia & politia ad puncta aliqua justitiæ cupiendo prævenire quantitates litium super existentia, valore aut non valore fideicommiss. non insinuatorum coram Justitia competente statuimus, ut nullum fideicommissum temporarium aut perpetuum, etiam titulo majoratus habeat locum ad exclusionem Creditorum, qui contraxerint cum hæredibus fiduciariis & eorum successoribus, cujuscumque sint qualitatis & conditionis, & acquisierint Jus hypothecæ super bonis Fideicommisso subjectis, cujuscumque naturæ esse possint, qui præferendi erunt omnibus prætendentibus sub titulo fideicommissi, attento, quod sine publicatione non debeant nec possint producere ullum effectum exclusivum bonæ fidei & juris Gentium.

Art. 33.

Et pour de tant mieux les conserver, & le bon droit d' un chacun, voulons que tous Testamens, Convenances de Mariage & tous autres Contracts, par lesquels aucuns bien en cettui nos Païs de Liege, Duché de Bouillon, Comté de Looz & autres terres, leurs annexées & en dépendantes seroient affectez de Fideicommis, soient desormais insinuez & registrez à la Greffe de nos Etats en nôtre Cité, en un Volume à ce uniquement destiné, pour que nos fidels sujets & tous interessez aiant besoin de cette connoissance ne soient necessitez d' aller à plusieurs Greffes, & de visiter plusieurs Registres à grands fraix.

Art. 33.

Et ut melius ea, & uniuscujusque bonum jus conserventur, volumus, ut omnia Testamenta, pacta doralia & omnes alii Contractus, quibus aliqua bona in hacce patria Leodiensi, Ducatu Bullonensi, Comitatu Lossensi, & aliis terris iisdem annexis & dependentibus Fideicommisso subjecta forent, imposterum sint insinuata, & registrata in Secretariatu Ordinum nostrorum in nostra civitate in uno volumine ad hoc unice destinato, ne nostri fideles subditi & omnes interesse habentes ista cognitione indigentes cogantur divagari apud plures Secretariatus, & pervolvere plurima Registra multis expensis.

Art. 34.

Voulans aussi pourvoir que les Fideicommissaires, leurs substituez & tous aians interêt aux biens Fideicommissez n' en soient surchargez en insinuant les Testamens & autres Actes de Fideicommis, ordonnons que les Greffiers ne pourront prendre que le droit d' une simple registration, tels que les Greffiers des Eschevins de nôtre Souveraine Justice ont accoûtumé de recevoir, a peine de concussion comme dessus.

Art. 34.

Volentes etiam providere, ne Fideicommissarii, eorumque substituti, & omnes interesse habentes ad bona fideicommisso subjecta, sint plus æquo gravati insinuando Testamenta & alios Actus Fideicommissarios, statuimus, ut graffiarii nequeant accipere quidquam ultra jura simplicis Registrationis, qualia graffiarii scabinorum nostræ supremæ Justitiæ soliti sunt recipere, sub pœna concussionis, ut supra.

Art. 35.

Que si aucuns d' iceux ont de bonne foi procuré la Registration de leur Fideicommis aux Greffes des Justices ordinaires, ils en devront demander l' extrait & simple notule de la Justice ou Greffe du Lieu, auquel l' insinuation en a été faite, laquelle leur devra être accordée incessamment parmi les droits d' une simple Copie, pour la reproduire & faire registrer dans un Registre particulier aux Fiefs a la dite Greffe de nos Etats, à l' effet dessus dit, que tous Fideicommis se puissent voir à une même Greffe.

Art. 35.

Quodsi aliqui ex iis bona fide procuraverint Registrationem suorum Fideicommissorum in Actuariatibus Justitiarum ordinariarum, debebunt eorundem extractum & simplicem notulam postulare a Justitia vel Actuariatu loci, ubi insinuatio facta est, quæ eis debebit concedi incessanter mediantibus juribus simplicis copiæ ad eam reproducendam & registrandam in uno Registro particulari pro feudis apud dictum Actuariatum ordinum nostrorum ad effectum, ut omnia fideicommissa videri possunt in eodem Actuariatu.

Art. 36.

Et cette insinuation se devra faire au plus tard en un an de la publication des Présentes quant aux Fideicommis ci-devant établis, & quant à ceux qui viendront à s' établir d' abord, après leurs constitution, à peine qu' ils n' auront force que du jour de leur insinuation, & qu' ainsi ceux qui auront entretems contracté, avec les Possesseurs des biens Fideicommissez, seront préferables à tous ceux appellez aux dits biens par les Fideicommis.

Art. 36.

Et ista insinuatio fieri debebit quam tardius intra annum a publicatione præsentium, quoad Fideicommissa antehac stabilita, quo vero ad ea, quæ deinceps stabilientur, mox ab institutione eorum, aliqui non habitura vim, nisi a die insinuationis eorundem, ita ut ei, qui interea contraxerint, cum possessoribus bonorum Fideicommisso subjectorum præferendi sint omnibus ad prædicta bona per Fideicommissum vocatis.

* * * *

Quandoquidem vero de usu & observantia hujus Edicti dubium nullum existat, observamus tamen, id allegari contra intentionem legis, adeoque frustra in eo subsidium quæri. Verb. gr. Donatarius bonorum omnium Fideicommisso antiquo familiæ subjectorum, donationem ipsi factam contra legem fideicommissi ideo firmitatem habere putavit, quod hæc donatio posterior esset juxta Edictum Actis insinuata, prior vero Constitutio fideicommissi in tempore insinuata non esset. Respondebatur, intentionem legis esse, ne creditores aliqui defraudarentur, donatarium

rium vero creditorem non esse, quia niteretur titulo lucrativo, & quamvis in Instrumento Donationis expressa esset causa remunerationis ob merita, hæc verba tamen creditam aliquam pecuniam non inferrent, & notanter dictus

de Louvrex *in Notis adjectis* differit *pag. 375. num. 54.*

quod interdum primus vocatus ad Fideicommissum negligat insinuationem, eum in finem, ut ipsum fideicommissum reddere velit inutile, & disponere tentet de bonis Fideicommissariis in præjudicium Fideicommissariorum vel absentium, minorum, vel etiam nondum natorum.

Observatio XXX.

De decernenda interdum a Judice superiore Provisione, priusquam Processibus petitis detur locus.

IN extrajudicialibus deliberationibus Senatus Cameralis tanta existit quandoque difficultas, ut, priusquam Processus decerni possint, quid interim partibus sit faciendum, omittendumve, per Judicem sit providendum.

Falluntur graviter, qui putant, faciles esse hodie deliberationes extrajudiciales. Verum hoc est in quibusdam negotiis, e. gr. Appellationis inter privatos, a Sententia Judicis prioris definitiva, ubi, non existente in formalibus defectu, & examinatis summarie gravaminibus, Processus haud difficulter obtinentur. Sed pro ratione vel causæ, vel petiti Processus, verbi gratia Mandatorum, tum etiam personarum, deliberatio est magis ardua, & æque ardua, quam Relationis causæ ad definitivam instructæ.

In Episcopatu Bambergensi, qui est inter primarios Imperii Germanici, & in ipsa urbe Bamberga, est Collegium Ecclesiasticum ad St. Stephanum, quod a primæva fundatione dicitur Peplum Cunigundis, scilicet a Conjuge Henrici II. Imperatoris & Autoris Episcopatus Bambergensis, olim sub regula S. Augustini fundatum, sequenti tempestate circa finem Seculi XII. ad aliam formam Ecclesiæ Collegiatæ reductum. Huic Collegio varia jura insignia sunt tributa, & reditus amplissimi: Membra ejus sunt Præpositus, Cellarius, pluresque Canonici: Sunt huic Collegio addicti in certo districtu subditi, in quos competit ei Jurisdictio ordinaria, cujus exercitium a nemine impediri solet, & Appellatio defertur ad superius Judicium Principale, das Hoff-Gericht. * Præest isti Judicio Cellarius, tanquam Judex, qui reliqua Judicii membra recipit, & consilio eorum adhibito, vel pro negotii qualitate, sui Capituli, Actus Jurisdictionales exercet.

Novissime, defuncto Collegii Præposito, priusquam novus a Domino Episcopo, quæ ipsius est potestas, constitueretur, inter eum & Capitulum Cathedrale de Constitutione Judicii, ut appellatur, des Stephaniter Cellariats-Gerichts, graves exortæ sunt controversiæ, ad facta hinc inde violenta tendentes. Capitulum Cathedrale, vacante officio Præpositi, sibi omnem asserebat potestatem, & adiit Cameram Imperialem, postulando Mandatum in amplissima petitione contra Dominum Principem Episcopum. Audiendus erat Dominus Reus per literas Informatorias: quibus allatis, compertum fuit, quod assertis & argumentis Capituli Cathedralis Dominus Reus contradiceret, suaque jura, ceu Principis Episcopi, argumentis atque documentis permultis magna cura confirmasset. Consuetudo est Judicii Cameralis, Literarum istiusmodi Informatoriarum exemplum alteri parti concedere, ut, si quid aliud proferendum habeat, facere eidem liceat. Hoc, cum a Capitulo nondum esset editum, interim vero graviores motus essent metuendi & deliberatio futura difficilior, ad tranquillitatem conservandam, provisionali quodam remedio erat opus, quod expeditum 18. Jun. deinde repetita deliberatione gravibus de causis extensum 6. Julii 1739. Utrumque notatu dignum sequitur:

Num. I.

Wird dieser Sachen Beschaffenheit nachbiß auf fernere dieses Kayserl. Cammer-Gerichts Verordnung, oder Wieder-Besetzung der Probstey bey S. Stephan zu Bamberg: daß das Cellariat-Gericht in demjenigen Stand, worinnen dasselbe bey Absterben des letztern Probsts, Freyherrn von Aufseeß, gewe-

* Pertinet huc descriptio notabilis Jurisdictionis in terris Circuli Franconici, quæ sequitur:

Nach dem allgemeinen Gebrauch und alter Gewohnheit des Landes zu Francken begreiffet die Vogteyliche Jurisdiction auf denen 4. Pfählen, oder mit Thür und Angel beschlossenen Unterthanen die Einnehmung deren Erbhuldigungs-Pflichten, darinnen bestehende: daß man seiner Erb- und Vogtey-Herrschafft in Vogteylichen Dingen, unterthänig, treu, und gehorsam seyn wolle. Von welcher offtmalens wiederum die Vogteylichkeit oder die Gemeind-Herrschafft, so das Recht Gemeind-Ordnungen zu ertheilen, die Gemeind-Rechnungen jährlich abzuhören, und anderes nach sich ziehet, gäntzlich unterschieden ist, also zwar daß an einem Ort, der eine Vogtey-Herr, der andere Gemeind-Herr, der dritte Erb- und Landes-Herr ist, welche Landes-herrliche Ober-Botmäßigkeit die Schuldigkeit deren Unterthanen, ihrem Landes-Fürsten in Landes-herrlichen Dingen unterthänig, treu und gehorsam zu seyn, in sich wesentlich enthaltet. Unter welchen verschiedenen Gattungen die Hohe und respective Niedere Gerechtsame täglich geübet, auch wohl zuweilen bey einander stehen, wohl auch eine der andern untergeben ist.

sen, wieder gesetzet seyn solle, dergestalt, daß der Ober-Richter Dietz, Assessor Schreyer, Unterrichter Molitor, und übrige Gerichts-Verwandte, wie damals, also auch fernerhin ohne einige Verhinderung besagtes Gericht halten, und verwalten, die von gedachtem Unter-Richter weggenommene Gerichts-Protocolla und Acta wiederum an den gewöhnlichen Ort gelieffert, das vorherige Siegel gebraucht, und das Interims-Siegel abgeschafft, vor dieses Jahr auch der auf instehenden St. Joh. Tag sonst gewöhnliche Kirch-Weyh-Tantz und Ausruffung des Fried-Gebots gäntzlich eingestellet werden solle, vorbehaltlich allerseits Partheyen Rechten, bey Straf zehen Marck löthigen Golds, provisionaliter hiemit verordnet.

Dem zu Folg der Stephaniter Immunitäts-Unterthanen und Eingesessene samt und sonders dieser Verordnung, und dem obermeldter massen hergestellten Cellariat-Gericht Gehorsam zu leisten, unter vorgemeldter Straf angewiesen werden. In Consilio den 18. Junii 1739.

Num. II.

Läßt man es bey der unterm 18. Jun. jüngsthin ertheilter Provisional-Verordnung, jedoch dergestalten bewenden, daß zwar das Collegiat-Gericht mit allen seinen Personen und Verwandten, in demjenigen Stand, darin solches bey Absterben des letztern Probsts, Freyherrn von Aufseeß gewesen, anvorderist wieder gesetzt, darauf gleichwol dem Ober-Richter Dietz ohnverwehrt seyn solle, daß er alsobald den Unter-Richter Molitor mit Consens und Gutbefinden Dechants und Capituli des Collegiat-Stiffts ad Stum Stephanum, welches dann hiermit zur Interims-Verwaltung besagten Gerichts authorisiret wird, von seinen Amts-Functionen in so lang, biß er sich in denen gegen seinen Lands-Fürsten und Herrn, laut Fürstl. Berichts und Belagen, beygemessenen Verbrechen und Inculpationen, auf baldige darüber vom Landes-Herrn anzustellende Inquisition rechtlich justificirt habe, suspendiren, und darauf einen andern Interims-Unter-Richter annehmen möge.

Wobey dann klagendem Dom-Capitul zu Bamberg in die Jurisdiction mehrbesagten Gerichtes und Herstellung desselben Personen, samt allem dem, was davon abhanget, biß auf die, nach eingelangtem Dom-Capitulischen Gegen-Bericht, erfolgende extrajudicial-Erkänntniß, in puncto des angesuchten Mandati, sich einzumischen, inhibirt wird; Es wird auch all dasjenige, was hierin von besagtem Dom-Capitul in währendem Proces verordnet, und vorgenommen worden, hiemit aufgehoben und cassiret.

Dann solle insbesonder niemand, welcher bey dem Cellariat-Gericht von einem Bescheid und Urtheil sich gravirt befünde, seinen Recurs an offtbesagtes Dom-Capitul, sondern an das Fürstl. Hoff-Gericht nehmen.

Ferner und nochmals wird allen der Stephaniter Immunität In- und Hintersassen samt und sonders, vornemlich auch allen, des Cellariat-Gerichts Membris, Anverwandt- und Bedienten selbst, dem also wieder hergestellten Gericht, und Ober-Richter den Gehorsam zu leisten, und hierin durch Einverstehung mit vielgemeldtem Dom-Capitul keine weitere Irrungen, wie bishero vielfältig beschehen und mißfälligst vernommen worden, zu verursachen, bey Straf 10. Marck löthigen Goldes, hingegen dem Ober-Richter in gerichtlich befangenen Sachen zu gewöhnlich erforderlicher Zeit Gericht zu halten, anbefohlen.

Welche Autoritate Cæsarea hiemit verfügte fernere Provisional-Verordnung der Herr Bischoff und Fürst zu Bamberg dem dasigem Dom-Capitul so wohl, als dem Collegiat-Stifft ad Stum Stephanum und dem Cellariat-Gericht verkünden zu lassen, und darüber als Landes-Herr fest zu halten, von selbsten ohnermangeln, und geneigt seyn wird. In Consilio 6. Julii 1739.

VARIARUM SENTENTIARUM RECENTIORUM MEMORABILIUM FASCICULUS UNUS,

CUM SUPERSCRIPTA CUIQUE SUMMA.

In Causa Citationis Edictalis pro manutentione in possessione & Immissione ex Interdicto Quorum bonorum &c. prævia rejectione Exceptionis fori declinatoriæ, testamentum & donatio, quibus actio nitebatur, pro invalidis declarantur, & successio ab intestato decernitur.

Sententia publicata 14. Novembr. 1738.

IN Sachen weyl. Theodor von Boden, uxorio nomine auch weyland Annen Elisabeth Catharinen, gebohrner von Wachtendonck, jetzo deren Erben, in Actis benannt, wider von Harff, und Consorten, Citationis respective Edictalis, & ad domum ad videndum se manuteneri in possessione legitime apprehensa, & in eventum immitti ex Interdicto quorum bonorum, nec non condemnari ad restitutio-

tutionem præreptorum, cum omni causa, interesse & expensis: Ist des durch Lic. Deuren und Dr. Scheurer gethanenen fori declinatorischen Einwendens ohngehindert, die Sache bey diesem Kayserl. Cammer-Gericht angenommen, darauf und allem Vorbringen nach zu Recht erkannt, daß das [130] als ein Original des unterm 25. Octobris 1724. geschlossen seyn sollenden Pacti revocatorii vor ein falsches Instrument zu declariren, dahero Dr. Goy sein der gesuchten Manutenentz, und respective Immission halber beschehen Begehren abzuschlagen, sondern dessen Principalen zu Wieder-Einraumung und Ausantwortung alles desjenigen, was sie nach Absterben weyl. Wilhelm Adolph Bertram von Wachtendonck aus dessen Verlassenschafft an Immobilien, oder Geräide und Brieffschafften an sich genommen, besonders der Herrschafft Wilre cum fructibus zu condemniren und verdammen sey, als wir hiermit declariren, abschlagen, condemniren und verdammen, denenselben jedoch entweder die im Vergleich de A. 1701. ihnen auf den nunmehro existirten casum versprochene vier tausend Rthlr. nebst Reichsüblichem Interesse, woferne sie es bey nur ermeldtem Vergleich lediglich bewenden lassen wollen, von denen zu restituirenden Perceptis abzuziehen, oder, ob sie wollen und mögen, die Ungültigkeit dieses Vergleichs in separato aufzuführen, jedoch daß sie im letztern Fall die 4000. Rthlr. noch nicht zu geniessen haben, vorbehalten.

Hiernächst das von weyl. Wilhelm Adolph Bertram, Freyherrn von Wachtendonck, am 27. Julii 1731. errichtet seyn sollende Testamentum nuncupativum betreffend, ist das darüber verfertigte Instrumentum [57] als unrichtig und ungültig verworffen, und Doctor Brand bey nicht sattsam erwiesenem Rechts-beständigen Testamento nuncupativo die gebetene Manutenentz, und respective Immission ex *L. fin. C. de Ed. D. H. T.* abgeschlagen, sondern dessen Principal alles dasjenige, was er aus der Wachtendonckischen Verlassenschafft an Immobilien, Geräide, und Brieffschafften, etwa an sich genommen haben mag, cum fructibus wieder herauszugeben, vertheilet: Es bleibt jedoch demselben hiernächst, wann er auf andere Art und Weise auf die Wachtendonckische Verlassenschaft einen Anspruch zu machen vermeynet, solchen besonders einzuführen unbenommen.

Ferner ist die durch vorgedachten Freyherr von Wachtendonck am 28. Julii 1731. angeblich errichtete Donatio mortis causa ebenfalls als ungültig erkläret, und Lt. Weylach sein der Manutenentz und Immission halber gethanes Begehren, als unstatthafft abgeschlagen, sondern solle dessen Principalin alles dasjenige, was sie aus offtermeldter Wachtendonckischen Verlassenschafft, es bestehe in Immobilien oder Mobilien, und Brieffschafften, an sich genommen, cum fructibus wieder abzutreten und einzuräumen.

Weiter ist Dris Scheurer Principalen der aus denen Ehe-Pactis de Ao. 1599. §. **Jedoch mit diesem Vorbehalt** ꝛc. gesuchte Regress, als unstatthafft, abgeschlagen, sondern sind nach denen im Hertzogthum Gülich und Berg üblichen Rechten, die in solcher Verlassenschafft befindliche Wachtendonckische Stock- und Stamm-Güter auf Dris Brand Principalen, und dessen Bruder, die durch Verheyrathung Elisabeth von Binsfeld mit Johann Arnold von Wachtendonck an die Wachtendonckische Familie gekommene, der Revolution unterworffene Binsfeldische Güter aber, wie auch die übrige Wachtendonckische Allodial-Verlassenschafft auf die bey Absterben Wilhelm Adolph Bertram von Wachtendonck am Leben gewesene Kinder weyl. Philipp Wilhelm von Harff, als, so viel man aus denen Actis dermahlen wahrnehmen kan, die eintzige und nächste respective revolutarische und Allodial-Erben, ab intestato gefallen erkläret, jedoch sind vorgemeldte revolutarische und Allodial-Erben, samt und sonders, mit Verpfandung ihrer Haab und Güter, jetziger und künfftiger, bey diesem Kays. Cammer-Gericht Caution dahin, daß woferne andere nähere, oder gleich nahe Erben sich melden, und ihnen die revolutarische und Allodial-Verlassenschafft quæst. gantz oder zum Theil durch Urthel und Recht zuerkannt werden solte, sie solche denenselben cum fructibus wieder abtreten, auch immittelst davon nichts veräußern, noch verpfänden, noch deterioriren wollen, zuforderst zu leisten schuldig, und ist zu dem Ende Citatio Edictalis gegen alle diejenige, welche ein näheres oder gleiches Successions-Recht an die quæstionirte revolutarische oder Allodial-Verlassenschafft zu haben vermeynen, cum 6. Mens. sub pœna perpetui silentii hiermit erkannt.

So dann ist Dr. Brand und Dr. Scheurer zu Leistung solcher Caution Zeit 6. Wochen pro termino & prorogatione von Amtswegen angesetzt, dem vorgangen Ratione Executorialium & Cassationis sequestri ferner ergehen solle, was Recht ist.

Contra Civitatem Imperialem Francofurtensem liber commeatus & navigatio in flumine Mœno pro Dn. Comite Ysenburgico declaratur.

Sententia publicata 31. Januar. 1738.

IN Sachen Herrn Wolffgang Ernst, Grafen zu Ysenburg, Klägers, wider Bürgermeister und Rath der Stadt Franckfurt, Beklagten, Mandati de relax. Navigio injuste detento, & non impediendo liberum commeatum, navigationem-

400. Consentiens sua jura perdit, & aliena corroborat.

401. Epistola, scriptura, Instrumentum, sigillum probat contra mittentem, scribentem, sigillantem, etiamsi scriptura privata sit.

402. Principis Epistola, scriptura, sigillum ipsi Principi præjudicat & plene probat contra eum.

403. Recognita.

404. Ex archivo publico producta.

405. Etiam contra ejus successorem probat.

406. Titulus immediatus & proximus attenditur ac prævalet.

407. Scriptum de eo negotio, quod ad ipsum scribentem pertinet, creditur indubitata & certa scientia scriptum.

408. Scientia rei alienæ impedit usucapionem & præscriptionem.

409. Nemo res suas, & quas ad se suo Jure pertinere putat, aliis facile communicat, extra necessitatis causam, maxime quæ difficulter concedi solent.

410. Argumentum a consuetis & communiter accidentibus circa probationes firmum est.

411. Absurdum est, eundem ejusdem rei dominum esse & non esse.

412. Absurdum, rem pignori accepisse, quam redemtam non tenetur restituere.

413. Absurditas in omni causa vitanda.

414. Nemo præsumitur in plus vel aliter voluisse se obligare, aut rem communem cum alio facere, quam necesse & jus erat.

415. Observantia & usus omnem tollit ambiguitatem, & contractum declarat, quid restitui debeat, plenumque consensum inducit concurrente longissimo tempore.

416. Petitorium & possessorium nihil commune inter se habent.

417. Durante oppignoratione Archiepiscopus nihil præscribere in ea re potuit propter defectum justi tituli, qui per reluitionem resolvitur, & malam fidem.

418. Causam possessionis suæ mutare sibi non potuit.

419. Protestatio per se præscriptionem non potest impedire, tametsi Jus protestantis conservet integrum.

420. Protestatio præscriptionem incorporalium interrumpit.

421. Jurisdictionis præscriptionem interrumpit, qui eam vel semel exercet suo jure.

422. Jurisdictionem in uno vel altero actu exercens, retinet eam in cæteris omnibus.

423. Decisio secundæ quæstionis, per ἀναχεφαλαίωσιν.

424. Remotio rationum, quæ dubium facere queunt.

425. Territoria propria dignitate existentia sunt instar locorum exemtorum, quæ non censentur esse de ea provincia, vel diœcesi.

426. Comitatus & Baronatus fundatam habent intentionem suæ superioritatis & exemptionis, licet secus sit in regno Neapolitano.

427. Territoria vicina aliorum non censeri de pertinentiis principatuum istorum, sed hoc liquido probandum esse.

428. Explicatio Henning Goed. Cons. 42. n. 16. ubi dissolutio secundi argumenti.

429. Explicatio Matth. de Affl. & aliorum, de quibus in tertia dubitandi ratione, quod procedat in Regno Neapolitano, Lusitania & similibus, non in Germania.

430. Non procedit in eo, a quo causam & originem superioritatis investitus non habet, & consideratur text. in c. dudum §. nos igitur, de præbend. in 6.

431. Disparitas causæ disparitatem Juris desiderat.

432. Ex factorum diversitate diversum datur consilium.

433. Allodium suum alicui cedens, ut ab eodem in feudum recognoscat, non videtur se ei subditum fecisse, vel hoc egisse, ut superioritas, quæ sua erat, a se ita transeat, ut ea deinceps maneat apud investientem.

434. Actus agentium non debent operari ultra eorum intentionem.

435. Solum feudum, non etiam superioritatem & Jurisdictionem feudalem fecisse creditur, qui proprium suum allodium teiritoriale alii cedit, ut in feudum recipiat.

436. Feudum est quædam servitus.

437. Quisque præsumitur se suaque, quam minime possit, gravare, vel suum jactare.

438. Vasallus omni fructu, utilitate & Jurisdictione, non etiam Dominus gaudebit.

439. Magistratus quidem temporalis Jura cumulative conceduntur, at dignitates & regalia in feudum privative dantur, quoad illud territorium.

440. Utili Dominio translato privative censetur translata Jurisdictio.

441. Comes & Baro dicitur in suo Comitatu & Baronatu Jura Principis habere, si sit illustris persona.

442. Ostenditur, non dilui objectionem num. 93. motam per responsiones, quæ n. 94. & seqq. dari posse videbantur.

443.

443. Cessionarius non potest melioris conditionis esse, quam author ejus.
444. Res inter alios acta non nocet.
445. Definitio superioritaris sive der Land-Obrigkeit ex authoris declaratione est accipienda, ut Comites & Barones inclusi intelligantur.
446. Dignitates illæ non solum in feudum olim dabantur, sed & in proprium allodium assignabantur.
447. Argumentum ab Etymologia fallax est.
448. Superioritas non proprie & tantum dicitur Lands-Fürstliche, sed Lands- Hoch- und Obrigkeit. Item hohe Obrigkeit.
449. Ordinarii & Superioris Jure territorii regalis Jura & territoria multum inter se differunt.
450. Huc spectat constitutio de pace religionis.
451. Possidens pignoris jure, non sibi, sed debitori possidet, nisi in securitatem crediti.
452. Æquitas & honestatis disciplina non permittit durante oppignoratione, ut creditor sibi mutet possessionis suæ causam sine facto debitoris.
453. Charitatis Lex est: quod tibi nolis fieri, alteri ne feceris.
454. Charitas est fundamentum virtutum.
455. Alienum a Charitate peccatum est.
456. Baronias esse dignitates regales in Germania, licet secus sit in regno Neapolitano & Gallia.
457. Consuetudo cujusque regionis & populi inspicienda.
458. Mutatum quod non ostenditur, stare non prohibetur.
459. Acquisita semel dignitas, potestas & Jurisdictio non interit, etiamsi feudum ab alio in feudum habeat.
460. Unica nota est regalis districtus, sive territorii superioritatem annexam habentis.
461. Barones æquiparantur Comitibus in Germania.
462. Baronia per se est dignitas magna, comprehendens sub generalitate sua Duces, Marchiones, Comites.
463. Barones pares sunt Principibus, regalem dignitatem perpetuam habentibus, & Majestatem inter suos habent.
464. Regale territorium est, quod olim semel esse cœpit, licet nunc recognoscatur ab eo, qui ipse superiorem recognoscit.
465. Plus est, habere territorium Baronale, sive cum dignitate superioritaris Jure allodii proprii, quam feudali titulo acquisitum.
466. Cessio ita interpretanda, ut se non videantur sua dignitate & potestate exuisse.
467. Præscriptione immemoriali se tueri potest Dominus Comes.
468. Regula illa, de qua in 10. objectione, plures recipit limitationes, & inter cæteras exceptionem præscriptionis & immemorialis temporis possessionis.
469. Privilegium interpretamur ex ejus usu.
470. Vox, quæ & in genere & in specie accipi potest, non semper accipitur in specie.
471. Vox, Gerichte, in quæstione de jurisdictione in genere, non in specie accipienda est.
472. Hohe und Tieffe, supremam, mediam & infimam, adeoque omnem Jurisdictionem significant.
473. Engelbertus, Vallendar à fratre in feudum recognoscens, superioritatem, quam partim hæreditario jure, partim ex cessione fratris habuit, à se non abdicavit.
474. Interpretatio eligenda est, quæ minus obligat, & promissori minus nocet.
475. Superioritas inhæret territorio, ut fundo passive, licet active sit in Principe, Comite, Barone.
476. Nemo meretur vocari Dux, Comes, Baro, nisi habeat territorium, vel ditionem talem.
477. Compellatio, quæ sit honoris causa, non deber ad alium effectum trahi.
478. More & usu longævo firmatum mutari non debet.
479. Gehorsam, getreu, &c. notæ subjectionis esse videntur.
480. Sed hoc casu attenditur oppignoratio.
481. Conjungenda non sunt separanda.
482. Discrimen inter Vallendar & Newmagen.
483. Immemoriale tempus & inde existens præscriptio pro speciali conventione est.
484. Possessio antiqua vim privilegii, antiqui Instrumenti, constitutionis & legis habet, itemque Justitiam permanentem, fundatam facit intentionem.
485. Possessor Regalium post immemoriale tempus cogi non potest, ut titulum ostendat.
486. Vetustas tantum potest, quantum Imperator.
487. Tempus non est immemoriale, de cujus principio constat.
488. Possessionem antiquiorem probans obtinere debet, vel qui justiorem titulum probat.
489. Creditor adversus debitorem pignoris proprietatem non præscribit.
490. Jura, quæ agunt de rebus Ecclesiæ non alienandis, ad hunc casum non spectant.
491. Feudi natura a novo Domino invito Vasallo mutari non potuit.
492. Investitura posterior censetur facta secundum naturam & tenorem primæ, & mutatum non valet in præjudicium Vasalli.
493. Novus Dominus ex transactione vel cessione intelligitur secundum priorem investituram investire.
494. Alienata semel cum debita solennitate, perpetuo manent alienabilia etiam sine solennitate,
495. Error probatur, si doceatur, rem aliter se habere.
496. Dominus si quid in investitura mutaverit, ipsi quidem nocens, sed utile Vasallo, valet, etiamsi Vasalius ignoret mutationum, vel non adsit.
497. Exactio Leibgelds, & Collecta a propriis seu adscriptitiis exacta, nihil commune habet Jure superioritatis, sed causam privatam fovet.
498. Probatis extremis media præsumuntur.
499. Non recte a præsenti in præteritum: sed contra præsumitur.
500. Superioritas territorialis non potest cuiquam absque territorio competere.
501. Semel meum, amplius meum fieri non potest.
502. Patronatus Jus est de genere eorum, quæ requirunt specialem expressionem.
503. Exceptio confirmat regulam in casibus ejus generis non exceptis.
504. Libertas in dubio præsumitur, non probata servitute.
505. Distinctio bonorum & diversi respectus hic non habent locum.
506. Matricula Imperii est pro Comite.
507. Liebe Getreue non semper denotat subjectionem, sed solummodo fidelitatem feudalem.
508. Dicta secundum quid non debent simpliciter, vel secundum aliud accipi.
509. De appellatione quæstio tertia.
510. Appellatio est pars Jurisdictionis, & signum superioritatis.
511. Gradatim appellandum est.
512. An primæ vel secundæ appellationes ad Vasallum pertineant.
513. Appellationes in feudum datæ non intelliguntur, nisi nominatim hoc fuerit expressum.
514. Appellatio intelligitur a Domino reservata: cum sit unum ex reservatis.
515. Investiendo Dominus non præsumitur voluisse vasallum eximere a superioritate, eique libertatem tribuere.
516. Vasallus est quasi perpetuus a Domino datus Judex.
517. A dato judice provocandum est ad dantem,
518. Judex datus Judicem dare non potest, nisi ab Imperatore datus sit.
519. Cui Mandata est Jurisdictio, et, si eam alii non mandat, Judicem tamen recte dat.

520. A judice dato non ad Mandatarium, sed qui ipsi Jurisdictionem mandaverat, appellatur.
521. Partem sui Ducatus, vel Comitatus alii in feudum dans, non videtur eam partem exemisse, vel dilaniare suum Ducatum vel Comitatum voluisse.
522. Principes, Duces & Comites in suis Ducatibus & Comitatibus Jure Imperatoris utuntur.
523. Appellationes Regalium numero continentur.
524. Ejusmodi reservata in signum supremæ potestatis sunt de Sacro Sanctorum Principum, quæ generalibus clausulis non continentur.
525. Possidere quisque præsumitur animo Domini suo, non alieno nomine.
526. Dominus esse præsumitur, qui possidet.
527. De præsenti possessione & Jurisdictione in præteritum præsumitur, ut illiciti præsumtio ab actu præsenti removeatur.
528. Vasallo potest prima appellatio concedi, sed secunda a Vasallo erit ad dominum.
529. Quisque sibi & suis melius vult, quam alii.
530. Verisimile attendi debet.
531. Verisimile quod non est, speciem falsitatis habet.
532. Immemorialis præscriptio quæ.
533. Centum anni sunt ultimus vitæ humanæ terminus.
534. Præscriptione immemoriali acquiritur superioritas.
535. Immemoriale tempus vim privilegii habet & Legis, inducitque bonam fidem, estque Juris de Jure præsumtio.
536. Regalia ut & Decimæ immemoriali tempore, in alieno etiam territorio, acquiruntur.
537. Ad observationem pactorum & Contractuum procedi potest, tam in foro Ecclesiastico, quam seculari, contra Laicos.
538. Ecclesiasticus potest inter Laicos de negotio civili cognoscere ob defectum Magistratus Civilis, vel ex consuetudine.
539. Contractus jurati & similia negotia dicuntur esse utriusque fori.
540. Usuraria quæstio dicitur fori esse Ecclesiastici.
541. Decisio quæstionis tertiæ.
542. Omnia dicens nihil excludit.
543. Herrschafft und Gerichte, hohe und tieffe, includunt omnimodam Jurisdictionem, instantias & corpora ipsorum Judiciorum.
544. Ubi Litera est expressa, cessat omnis conjecturandi ratio.
545. Investitus mit der Hochheit, & sic mit Herrschafft und Gerichte, hohe und tieffe, non solum de causis primis, sed etiam secundis, & sic de Appellationibus intelligitur investitus.
546. Nemo dat, quod ipse non habet.
547. Filius intelligitur patri suus hæres, si de emancipatione non appareat.
548. Divisionis pacto immistio & aditio hæreditatis docetur.
549. Appellatio pertinet ad Superiorem provinciæ vel territorii.
550. Appellationes Jure utilis Dominii pertinent ad Vasallum.
551. Investiti de Principatu, Comitatu, Baronatu, moribus Germaniæ appellantur, & ab his non ad investientem, sed Imperatorem & Cameram.
552. Consuetudo est ejusdem potentiæ, cujus lex æquipollens veritati, & fungitur vice Principis.
553. Remotio objectorum.
554. Allodium suum alii feudi conditione subjiciens, non censetur, se subditum fecisse, si ante non fuit, sed jura superioritatis vel sibi reservasse, vel in feudum recepisse.
555. Roland. a Valle Cons. 75. n. 15. vers. quia hoc jus agnoscend. Vol. 3. huc non quadrat.
556. Respondetur ad argumentum a judice dato esse appellandum ad dantem.
557. Differunt, cui mandata, & cui data est Jurisdictio.
558. Respondetur ad argumentum a possessione: cum eam Justitia & titulus deficiat idoneus in alieno territorio possessionem Jurisdictionis prætendere.
559. Præsumtio Juris si militat contra possidentem, possessionis titulus docendus est.
560. Præsumtio a præsenti in præteritum locum non habet.
561. Data opinione Jasonis, non continuo secunda appellatio ad investientem pertineret.
562. Bona fides etsi præsumitur circa immemoriale tempus, probatio tamen contrarii admittitur.
563. Mala fides aperta est.
564. Satisfactio Ecclesiastica quo spectat.
565. Ecclesia est cultrix & auctrix Justitiæ.
566. Quarta quæstio de collectis.
567. Instrumentum est stricti Juris, nec extendendum.
568. Instrumentum tantum probat, quantum loquitur.
569. Commodum possessionis magnum est.
570. Libro Catastri vel æstimi, sive registro probatur Collectatio.
571. Ex eo, quod acquievit Comes, scientia & patientia, ac si præscriptio collectandi processisse videtur.
572. Ultra centum annos acquiescens, nec jus suum deducens, jure suo excidisse præsumitur.
573. Sine actione nemo agit.
574. Completa præscriptio non interrumpitur.
575. Baronibus non competere jus collectandi.
576. Præsides provinciarum, Præfecti Prætorio, Consules, Proconsules collectam indicere nequeunt.
577. Jus collectandi quis in alieno territorio præscriptione acquirere potest, licet nihil amplius Juris ibi habeat.
578. Vasallus, ejusque castrum & homines domino tenentur ad collectam sex casibus.
579. Decisio quæstionis.
580. Collectandi Jus ad Jura superioritatis spectat, & id importat.
581. Expressis non majora sub generali clausula continentur.
582. Wesenb. cons. 45. num. 35. & seqq. consideratur.
583. Sub Verb. Gefällen, Collectæ continentur.
584. Collectæ & indictiones sunt Jurisdictionis regalis.
585. Vox Rente, Gülten, omnes reditus, proventus, utilitates, &c. continet.
586. Charitativum quoddam datum videtur.
587. Collecta an sit de regalibus, vel expromissio.
588. Quod quisque juris in alium statuerit, eodem uti debet.
589. Mulier post biennium idem promittens SCto Velejano non juvatur.
590. Charitativa nullo tempore per præscriptionem acquiruntur.
591. Tempore oppignorationis Reichssteuren nondum in usu fuerunt.
592. Archiepiscopus fuisset incompetens Judex inter Comitem & Vallendarienses, si Comes cum eis de Collectis certare voluisset.
593. Tantum præscriptum, quantum possessum.
594. Respondetur ad Wes. cons. 45. n. 13. Rebuff. & aliorum autoritatem, qui agunt de Baronibus Neapolitanis & Lusitanis: non de Germanis illis antiquis.
595. In pari causa paria jura desideramus, in dispari disparia.
596. Declaratio & responsio ad Hostiens. & alios.
597. Quintæ quæstionis resolutio.
598. Unicus factus ad acquirendam quasipossessionem comparendi ad Comitia provincialia non sufficit.
599. Ubi plura copulative concurrere requiruntur, non sufficit unum vel alterum esse, deficientibus cæteris.
600. Qualitate requisita deficiente deficit effectus ejus qualitatis.
601. Argumentum a tanquam, seu respectivis.

RESPON-

RESPONSUM.

HAud operæ pretium quis existimaverit, imo superfluum esse, hanc rem per tot quæstiones distingui ac quasi divelli, quæ tota ad unius & quidem primæ quæstionis resolutionem pertinere videtur. Superfluum
1. enim est, ea nomine, rubrica, quæstione, tractatione separare, quæ vis ac potestas una sociavit, *l. si idem*, ubi *gloss. Bartol. & alii*, *l. de codicill.* Fulv. Pacian. *Cons.* 3. *n.* 37. Super-
2. fluum autem, cum otiosum sit, jura respuunt & damnant, ut notatur in *l. si Papa de privileg. in* 6. & *in l.* 1. *verb. & filio*, ubi *gloss. ext. de sum. Trin. & fid. cathol.* Tiber. Decian. *resp.* 30. *n.* 27. *vol.* 3. per Text. *in l. cum antiquitas* 28. *vers. quæ superflua. L. de testam.*
3. At si attendamus, non solum de eo, quid & & quantum restitui debeat, quod in prima quæstione explicandum erit, verum etiam de illo, quale id esse oporteat, quæstionem moveri, & circa hanc quæstionem multa alia in controversiam venire, vix est, ut superfluum esse quis Jure dixerit, hanc rem per plurium quæstionum distinctionem & examinationem investigare. Nec enim superfluum videri de- 4.
bet, cujus consideratio tollit dubitationes, vel saltem etiam Sophisticas, Hippol. Rimin. *Cons.* 652. *n.* 6. quæque ad veritatis indaginationem necessaria est, *Arg. d. l. cum antiquitas*, & ibid. Dionys. Goth. in *verb. superflua sunt*, multumque ad causæ discussionem facit, Arg. *l. argentarius. §. edi ff. de edend. l. pen. n.* 17. *C. de cond. insert.* Socin. *Cons.* 190. *n.* 1. *vol.* 2. maxime in Jure judicioque & Consultatione Juridica. Quoniam neque a judice, neque ab 5.
eo, qui de Jure consulitur, quidquam omitti debet, quod ad plenam rei ac causæ inquisitionem spectat, sed cuncta rimari & excutere oportet, *l. judices C. de judic. c. judicantem* 30. *quæst.* 5. *c. super quæstionem §. intentionis. ext. de offic. deleg. c. cum causam ext. de testib.* Ita 6.
veritas accuratius agitata eluceſcit, multoque magis in lucem procedit, *c. grave* 35. *q.* 9. & fructus divinus est, justitiam sæpius recenſere. *d. c. grave in fin.*

Primæ Quæstionis Resolutio.

7. QUid autem & quantum restitui debeat, satis Imperialis Cameræ sententia sub *N.* 41. indigitat, eo, quod refert ad Instrumentum oppignorationis, sive emtionis venditionis cum pacto reluitionis, quod supra sub signatura *N.* 14. propositum est, idque demonstrat normam esse mensuram faciendæ restitutionis.
8. Quæ demonstratio vice nominis fungitur, *l. nominatim* 34. *vers. demonstratio plerumque ff. de condit. & demonstrat.* Nec minus enim certum est, quod certa demonstratione ostenditur, quam quod nomine suo exprimitur, *l. certum est* 6. *ff. de reb. credit. si cert. petat.* In-
9. est & relatum referenti cum omnibus suis qualitatibus, *l. asse toto ff. de hæred. instit. l. a filio §. si testator. ff. de alim. & cibar. legat. l. in testamento ff. de condit. & demonstr. auth. si quis in aliquo.* Ubi Bartol. & alii, *C. de edend.* Francisc. Bursat. *cons.* 131. *n.* 1. Paris. *cons.* 23. *n.* 66. *vol.* 1. ac continet id omne in se scriptura referens, quod continetur in scriptura, ad quam fit relatio, inquit Marilian. *decis.* 36.
10. *n.* 19. adeo, ut reguletur referens secundum naturam relati, non contra relatum secundum naturam referencis, *per text. ind. aut.* si quis in aliquo *C. de edend.* Octav. Cacher. *decis. Ped.* 110. *n.* 3. Omnia itaque & singula, quæ in prædicto Instrumento expressa sunt, hac quoque Imperialis Cameræ sententia expressa censeri debent, & ad eorum omnium restitutionem Archiepiscopus Trevirensis condemnatus esse intelligetur, perinde ac si omnia & singula illa in hac sententia nominatim sigillatimque essent enumerata atque expressa, *l.* 5. *§. fin. l. in Sententiis* 56. *ff. de re judic. l.* 3. *in fin. C. de Sentent. quæ sine cert. quant.* Expres-
11. sa autem sunt in prædicto oppignorationis instrumento sub *N.* 14. hæc omnia, quæ sub lege retrovenditionis, anno 1392. d. 18. Decemb. usque ad dodrantem Dn. Archiepiscopo Trevirensi *Wernero* ejusque Capitulo vendita esse, enarrantur: nempe 1.) die Veste, und 2) Dorff zu Vallendar, 3) mit drey Theil (jetzt zwey Theil) Herrschafft und 4) Gericht, 5) hohe und tieffe, 6) Mühle zu Vallendar, 7) mit allen ihren Nutzen und Gefällen, 8) an Mannen, 9) Burgmannen, 10) Dienstleuten, 11) Leuten, und 12) Diensten, 13) mit dem Dorff Weitersberg, Hurle, Veldershausen, Cudelbach und Hirscheid, 14) mit den Zehenden an Frucht und Wein, 15) mit Aeckern, 16) Feldern, 17) Weingarten, 18) Baumgarten, 19) Hobestätten, 20) Häusern, 21) mit Wälden, 22) Weyden, 23) Wiesen, 24) Heuwachsthum, 25) Weyhern, 26) Wassern, 27) Fischereyen, 28) Wasserlauffen, 29) Wegen, 30) Stegen, 31) Strassen, 32) Bannen, 33) Bergen, 34) Thalen, 35) Renthen, 36) Gülten, 37) Gefällen, 38) Bussen, 39) Gebotten, 40) Folgen, und 41) allen andern Rechten und Nutzen, die zu der Vesten, zum Dorff, und der Herrschafft zu Vallendar gehörend, und gehören sollen, wie die genannt sind, ersucht und unersucht, nichts ausgenommen.

Hæc igitur omnia ac singula, nullo excepto, ut reluitione facta restituat, damnatus est.

Atque hoc eo minus in dubium vocabitur: Nam cum Anno 1440. Illustris Comes *Georgius* **von Sayn zu Wittgenstein**, filius oppignorantis *Johannis*, Archipræsule Trevirense *Jacobo* quadrantem unum, qui triens erat dodrantis pignori dati, redemisset, per quietationem, hæc omnia ac singula pro triente illo restituit reluenti Comiti *Georgio*, ac semissem totius tantum jure prædicti contractus cum

pacto reluitionis retinuit, prout videre est sub *N.* 15. 1. ubi insuper etiam se & successores suos obligavit hoc eodem autographo, si & reliqua pecunia reddatur, tum & semissem omnium illorum cum omnibus suis pertinentiis restitui debere, in verb. Mit Vorbehalt daran unsers Stiffts Rechten, also lange, bis der obgenannte Georg, oder seine Erben, auch den andern halben Theil an der dickgenannten Herrschafft, denen Wir und unser Stifft noch innen haben, von Uns, unsern Nachkommen, und Stifft, wieder kauffen und lösen, nach Laut und Ausweisung des vorgemeldten Principal-Haupt-Brieffs, darüber sprechend, ungefährlich: 2c.

12. Quod autem semel placuit, amplius non displicebit, *l. sicut C. de oblig. & act.* & quod in
13. parte una Dn. *Jacobus* Archiepiscopus, ejusque Capitulum Cathedrale æquum judicavit, in reliquo etiam semisse æquum censibus, Arg. *l. quæ tota ff. de rei vindicat. l. illud* 32. *ff. ad l.*
14. *Aquil.* & licet exemplis judicandum non sit, *l. nemo Judex* 13. *C. de sent. & interloc. omn. judic.* ab exemplo tamen legitimum sumitur argumentum, Bart. *in d. l. nemo Judex* 13. *per c. alius it.* 15. *q.* 6. ad juris constituti existentiam & conventionis intellectum atque observationem, arg. *clem.* 1. *de prob. Innoc. ad c. cum Apostolica, verb. datur intelligi ext. de bis quæ fiunt a prælat. sine consens. cap.* Alex. ad *l.* 1. *num.* 12. *vers. tertio fallit. in fin. ff. de offic.*
15. *ejus cui mandat. est jurisd.* teneturque successor anteccssoris sui factum promissumque ratum habere, eique per omnia satisfacere *l. cum a matre C. de rei vind.* ubi Cyn. Bald. Joh. Fab. *l. venditrici C. de reb. alien. non alienand. l. sive possessio C. de evict. l. unum ex familia §. sed si uno ff. de legat.* 2. *l. si ab eo C. de negot. gest. l. successores C. de solut. l. si uxor. C. de bon. autor. jud. possid. l. si fundum. vers. neque ei successisti. C. de reb. alien.* ut non sit melioris
16. conditionis successor, quam autor ejus. *L. in omnibus §. non debeo ff. de reg. Jur. l. uxorem. §. agri plagam ff. de legat.* 3. Bartol. *in l. si servus ff. de condict. furt.* Roland. a Valle *cons.* 50. *n.* 8. *cons.* 71. *n.* 3. *vol.* 2. *cons.* 6. *n.* 14. *&*
17. 15. *vol.* 3. Quod non solum in privatis ita est, sed etiamsi Principum sint contractus, quos immotos esse decet, Canonist. *ad c.* 1. *ext. de probat. Dd. ad l. digna vox. C. de Legib.* Dec. *Cons.* 286. *& Cons.* 580. Roland. a Valle *Cons.* 66. *n.* 33. *& seqq. vol.* 2. Tiber. Decian. *resp.* 41. *n.* 6. *vol.* 2. *resp.* 25. *n.* 21. *& seqq. vol.* 1.
18. adeo, ut ne quidem de plenitudine potestatis ab eis discedere fas sit, Castrens. in *l. digna vox.* Jason. *Cons.* 1. *vol.* 1. Roland. a Valle *Cons.* 13. *n.* 33. *& seq. vol.* 3. *Cons.* 1. *n.* 26. *usque ad n.* 48. *Cons.* 66. *n.* 33. *usque* 39. *vol.* 2. Tiber. Decian. *d. resp.* 25. *num.* 27. Menoch. *Cons.* 75. *n.* 42. Hieron. Schurff. *Cons.* 50. *n.*
19. 3. *& seqq. concl.* 1. Et quod non minus Principum successores, quam alii ad antecessorum suorum contractus & obligationes astringuntur, iisque ad picem usque stare tenentur, multis probant Bald. *ad C.* 1. *de nova form. fidelitat.* & ad *c.* 1. *qui successor. teneant.* Et ad *d. l.* digna vox. Et Canonist. *ad d. c.* 1. *ext. de probat.* idque consulendo tenuerunt nuper Tiber. Decian. *d. resp.* 41. *n.* 6. *vol.* 2. & *d. resp.* 25. *n.* 41. *& seqq.* Roland. a Valle *d. cons.* 66. *n.* 38. *&* 39. *vol.* 2. Ac licet Tiber. Dec. *d. resp.* 20.
46. *n.* 6. referat distinctionem, utrum Principis successor veniat jure hæreditario ad successionem, ut tunc indubitato teneatur ex contractu Antecessoris, an vero per viam electionis, ut jam non æque conventioni stare cogatur: ab ea tamen distinctione ipsemet haud obscure recedit in *dict. resp.* 25. *n.* 41. *& seqq.* quando vult Archiduces Austriæ teneri promissis Regis Ferdinandi stare, licet in Archiducatum succedant electione potius quam hæreditario jure. Ab eadem distinctione aperte discedit Roland. a Valle *d. cons.* 66. *n.* 37. *in fin. n.* 38. *&* 39. *vol.* 2. secutus Socin. Jun. *cons.* 76. *n.* 3. *vol.* 1. & Bald. *ad c.* 1. *ext. de probat.* asseverantes, quod pacta inita inter Imperatorem Fridericum, & Civitates Lombardiæ, debent etiam per successores in Imperio observari: quod idem Baldus repetit in *d. l. digna vox. C. de legib.* & approbat *Decis. ad d. c.* 1. *in* 2. *notab. ext. de probat.* Et certe, si cupit Princeps mandata, 21.
contractus & gesta sua a suis Successoribus observari, conveniens est, ut ipse suorum quoque antecessorum pactis, conventionibus, mandatis & gestis venerationem præstet & custodiat. *C. justitiæ* 25. *q.* 1. Quodsi ea destruerem, inquit D. Gregor. in *C. si ea* 25. *qu.* 2. quæ antecessores nostri statuerunt, non constructor, sed eversor esse juste comprobatur, testante veritatis voce, quæ ait: Omne regnum in se divisum non stabit. Et ex Bald. 22.
cons. 326. *col.* 3. *vol.* Roland. a Valle *d. Cons.* 13. *n.* 39. *vol.* 3. „ Successor, inquit, Principis „ contraveniens factis (promissisque) antecessoris sui dicitur contravenire sibi ipsi: quia „ semper est unum idemque Imperium. Ni- 23.
„ mis autem grave est, & Principe viro indi- „ gnum, quod voce sua dilucide protestatus „ est, id in eundem casum infirmare testimo- „ nioque proprio resistere, *l. generaliter* 13. in *fin. C. de non n. pec.* Eoque minus ab his 24.
antecessorum suorum promissis & conventionibus modernus Archiepiscopus discedere potest: quia honeste id non licet, per *l.* 1. *ff. de pact. l.* 1. *ff. de constit. pec. d. l.* generaliter. Secundum Menoch. *cons.* 1. *n.* 227. *cons.* 540. *n.* 11. Roland. a Valle *cons.* 66. *n.* 33. *& seqq. vol.* 2. *cons.* 2. *n.* 153. *vol.* 1. Maxime cum hic con- 25.
tractus & hæc conventio, quæque in ea continetur confessio, geminata sit, *n.* 14. *&* 15. 1. cujus tantum est robur, ut infringi ac tolli nulla ratione possit, Neviz. *cons.* 66. *num.* 28. Aym. Cravett. *cons.* 933. *n.* 11. Menoch. *cons.* 540. *n.* 12. *per §. sanctissimas. Novell. de alienat. & emphyt. cons.* 47. *n.* 4. *cons.* 73. *n.* 12. *cons.* 204. *n.* 72. *cons.* 255. *n.* 41. Andr. Tiraq. ad *l. si unquam verb. revertatur n.* 39. *& seqq. C. de revoc. don.* Octav. Cacher. *decis. Ped.* 39. *n.* 16. idque propter enixam contrahentium voluntatem.

Quin etiam quilibet Successor reddendo re- 26.
stituendoque id, quod antecessor, si in ea causa fuisset, reddidisset restituisletque, vel certe ad id faciendum sub periculo animæ obstrictus erat, conscientiam defuncti exonerare tenetur, tam in foro fori, quam in foro poli, teste Jos. Ludov.

Ludov. *concl.* 16. *n.* 2. & Panorm. *in c. fin. col.* 4. *vers. sed ego semper tenui ext. de sepult. per gl. in c. a nobis verb. hæredes quoque ext. de sent. excom.* Itaque etiam hic Archiepiscopus tenebitur, utpote persona Ecclesiastica, & forum conscientiæ maxime sibi commendatum habens, & id, de quo in *d. c. fin. DD.* disceptant. Atque hoc eo magis, quod Capitulum una cum Archiepiscopo contraxit, & ex hoc
27. contractu tenetur: quo casu, quia nunquam moritur, omnes contractus sunt in Prælatum successorem transitorii. Matth. de Affl. *ad c.* 1. *n.* 6. *qui succes. teneant.* Joh. Borcholt. *de feud. p.* 7. *inpr. n.* 20. *&* 21. Hartm. Pist. 2. *q.* 27. *n.* 15. *&* 24. 37. *& seqq.* Rosenthal. *de feud. c.* 6. *concl.* 16. *n.* 7.

28. Proinde hoc omnibus contractibus commune est, ut, si ex lege ejus res restitui vel reddi debeat, ea tota & integra, neque deminuta, neque deteriorata reddatur. *L. Julianus* 131. ubi DD. *ff. de verb. oblig. l. etiam* 27. *l. si stipulatus §.* 1. *ff. de solut. l. eleganter* 7. *§. non solum*
29. *ff. de dol. mal.* Nec vero redditum videri potest, quod non integrum, non sartum tectum, sed deminutum deterioratumve redditur, per *l.* 3. §. 1. ubi DD. *l. eum* 10. *l. in rebus §. ff. commod. l. Labeo* 14. *cum ibi annot. ff. de verb. signif.* Petr. Ricciard. *ad §. item* 15. *num.* 45. *Instrum. quib. mod. re contrah. oblig.* quia non potest satisfactum videri illi, quod convenerat, ex quo ita solutum non est, uti secundum civitatis nostræ jura solvendum erat, ut habet obligationis definitio, de qua in §. 1. *Inst. de oblig.* & est text. in *l. prout quisque ff. de solut. l. nihil tam naturale, ff. de reg. jur.* Neque
30. multum differt contractus pignoris, maxime si est cum pacto antichresεos, ab emtione venditione, quæ est cum pacto retrovenditionis, Zas. ad *l. rogasti, §. fin. ff. de reb. cred. si cert. pet.* Petr. Binsfeld. *ad c.* 1. *q.* 3. *concl.* 1. *ext. de usur.* maxime Germaniæ nostræ moribus, quibus pro eodem habentur, eisdemque legibus observantur, test. Zas. *d. l. rogasti §. fin.* Tiber. Decian. *resp.* 2. *num.* 71. *&* 79. *vol.* 2. Martin. Uran. *cons.* 56. *n.* 3. *&* 4. *& seqq. vol.* 2. Petr. Binsfeld. *d. concl* 1. Frider. Mart. *de censib. c.* 1. *n.* 124. 135. 158. 159. 160. 177. 178. 181. ac novissime Matthia Wehnero in *pract. suis observ. verb.* **Ablösung und Wiederkauff**, *fol.* 3. *& verb.* **Pfandschilling.** Gylm. in *Symphor. Cam. tom.* 2. *part.* 1. *vol.* 22. *n.* 5. *&* 6. *fol.* 143. Unde etiam est, quod partes utrinque in hac causa contractum principalem, sub *num.* 14. passim appellant **eine Pfandschafft**, oppignorationem, &c. cum tamen sit contractus emtionis venditionis cum
31. pacto retrovenditionis. Certum autem est, si res una vel plures pignori datæ sint, etiam per antichresin, soluto eo, quod debitum erat, in eodem statu & qualitate, uti creditor accepit, sine ulla deminutione, vel detractione, reddere teneri, *l. Creditor* 7. ubi DD. *C. de pign. act. gl.* & DD. *ad c. cum constet ext. de pignor.* Ludolph. Schrad. *de feud. part.* 2. *part.* 9. *pr. sect.* 5. *n.* 17. Igitur etiam hoc casu, reluitione facta, omnia illa, nullo detracto vel deminuto, aut retento, cum omnibus suis qualitatibus, quibus vendita erant, reddi debent, ut conventioni stetur, & obligationi inde natæ satisfiat, *d. l. prout quisque d. §.* 1. *Inst. de oblig. §.* 1. *Instit. quib. mod. oblig. toll.* alioquin si vel minimum deest, aut deminutum, deteriusque reddatur, ac datum erat, de eo agi poterit, ac si nihil redditum esset, per *d. l.* 3. §. 1. ubi DD. *ff. commod. d. l. creditor.* 7. *C. de pignor. act.* Nam & in usufructuario ejusque 32.
hærede ita est: qui & ipse finito usufructu, in eo statu, eaque qualitate ac conditione reddet, quibus accepit: adeo ut eo nomine cavere teneatur, *l.* 1. *§. cavere §. recte §. fin. ff. usufruct. quemadmod. cav.* Quin etiam generale est 33.
præceptum, ut res quælibet restitutioni subjecta integra, ac in eodem statu, quo accepta est, restituatur, Petr. Anton. de Petra *de fideicommiss. q.* 15. *n.* 289. M. Anton. Peregrin. de *fideicommiss. artic.* 10. *num.* 28. *&* 31. Andr. Tiraq. *de retract. lignag. §. fin. num.* 69. *&* 70. Ludolph. Schrad. *de feud. part.* 2. *part.* 9. *princ. sect.* 5. *n.* 14. adeo, ut gravati hæres de eo rationem reddere obstrictus sit, Joh. Cephal. *cons.* 563. *n.* 53. Et qui commendam Ecclesiæ habet, etiamsi quasi Dominus ejus Eccle- 34.
siæ & præbendæ sit; Anton. Capyc. *decis. Neapolit.* 3. *n.* 5. *&* 9. rem tamen ipsam in eo statu, eaque conditione & bonitate absque ulla 35.
deminutione reddere debet, quibus accepit, Panorm. ad *c. querelam, in princ. & vers. quia debet tenere Ecclesias illas, ext. de elect. post Innoc. ad c. pastoralis, ext. de privileg.* Imo & in specie de re, quæ cum pacto seu lege re- 36.
tractus, sive reluitionis (ut hoc casu) vendita est, hoc tradit Andr. Tiraq. *de retract. lign. d. §. fin. n.* 69. *&* 70. *cum seqq.* & *de retract. convent. §. fin. gloss.* 2. *num.* 87. 88. 89. 92. Arius Pinell. ad *l.* 2. *part.* 2. *c.* 3. *n.* 34. *in fin. C. de rescind. vend.* Hieron. Cagn. *ad l.* 2. *q.* 84. *C. de pact. int. emt. & vend. per l. non utique §.* 1. *ff. de rei vindicat.* Lud. Schrad. *d. sect. 5. n.* 14. & plures alii ab eisdem allegati.

Neque hoc tantum intelligendum est de su- 37.
pra enumeratis, sed etiam de semisse juris Patronatus, **des Kirchensatzes.** Nam etsi ejus in transcripta supra copia Contractus, *N.* 14. vs. **Fort bekennen wir, &c.** dispositive non fiat mentio (an errore describentis, vel concipientis, incertum nobis est) ut videri possit, non una etiam hoc jus venditum esse cum pacto reluitionis: atque ideo nec restitui una cum cæteris deberi: ex quo Cameralis sententia se tantum coarctat ad prædictum Instrumentum, *N.* 14. cum tamen ex ingressu Instrumenti *N.* 14. in verb. **Kirchensatz binnen Vallendar gelegen**, appareat, annumerari etiam hoc jus illi toti, quod cum omnibus suis pertinentiis & juribus paulo post Archipræsuli Wernhero in *d. vers.* **Fort bekennen Wir**, cum pacto retrovenditionis venditur; magis est, ut hoc quoque in hanc restitutionem veniat. Nam ex eo colligitur, quod hoc jus etiam una venditum sit, ac revendi debeat reluenti; ideoque etiam debet reementi restitui, per *d. l. creditor.* 7. *C. de pignor. action.* Idque eo magis, quia in quietatione de Ao. 1440. sub *N.* 15. §. **So bekennen Wir**, *vers.* **Kirchsätzen binnen Vallendar**, Archiepiscopus *Jacobus* disertis

diſertis verbis redemtam partem etiam hujus Juris reſtituit Comiti *Georgio*, trientem ejus, quod Pater ipſius oppignoraverat, redimenti.

Unde conſtat, Archiepiſcopum Jus Patronatus in totum, vel pro parte ante hanc oppignorationem prorſum non habuiſſe, quod & principium *d. N.* 14. indicat, ſed demum per oppignorationem nactum eſſe, ac facta redemtione partis, de qua ſub *N.* 15. ſemiſſem totius Juris patronatus retinuiſſe jure oppignorationis, tanquam creditorem, vel certe inſtar emtoris mutabilis, donec redimatur. Neque
38. hoc jus eſſe Archiepiſcopi, ſed ipſorum Comitum proprium, patet ex familiæ eriſcundæ deſcriptione inter germanos fratres, *Johannem* & *Engelbertum*, Comites Seynenſes, anno 1294. confecta, & ſupra ſub *N.* 2. propoſita: per quam tota Baronia *Vallendar* cum omnibus ſuis juribus ac pertinentiis addicitur Dn. *Engelberto*, ſolo jure patronatus excepto, quod ſibi Dn. *Johannes* reſervaſſe dicitur, donec filius ejus Comes *Johannes* Seynenſis, eidem *Engelberto* hoc quoque Jus anno 1328. ceſſerit donaveritque, ut ſub *N.* 3. probatur. Idem Jus cum hac Baronia *Salentinus* Comes de Sayn in Wittgenſtein, Anno 1363. pignori dedit *Cunoni* Trevirenſi Archiepiſcopo, ut *N.* 11. videre eſt, nec non etiam anno 1386. Comiti & Domino in Runckel, videlicet **Herrn Dietherichen zu Runckel**, ut eſt ſub *N.* 12. Extat itemque alibi transactio quædam inter Archiepiſcopum Trevirenſem, & Comites de Sayn in Wittgenſtein poſt annum 1440. inita, qua cavetur, ut deinceps, quamdiu duratura ſit hæc oppignoratio, alternis vicibus ipſe Archiepiſcopus & Comes de Seyn & Wittgenſtein præſentent ac conferant beneficia Eccleſiaſtica in *Vallendar*. Atque ita diſerte Archiepiſcopo nihil Juris in eo relinquitur, niſi quod habet jure pignoris, ſeu emtionis, quæ obnoxia eſt ad reluitionem. Quod ergo Archiepiſcopus ſuum non eſſe videt, ad alterum, nempe Dn. Comitem de Seyn & Wittgenſtein, modis omnibus pertinere ſciat, *l. fin. C. unde vi* bonamque fidem agnoſcat, ac una cum cæteris reſtituat, arg. *l. reſtituere* 35. *l. fin. in fin. ff. de verb. ſignif. l. præterea l. ex diverſo ff. de rei-vindic.*

39. Nam per reluitionem bona illa omnia ad propriam ſuam naturam ac qualitatem redeunt, Decius *Conſ.* 88. *n.* 3. *arg. l. unus. §. pactus ne peteret verſ. quod in ſpecie ff. de pact. c. ab exord.* 35. *diſtinct.* perinde acſi nunquam vendita fuiſſent: quia non translata, ſed reddita intelliguntur, arg. *l. filio quem ff. de liber. & poſth. hæred. l. voluntate ff. quib. mod. pign. vel hypoth. ſolv. l. peculium eſt. §. ſi ære alieno ff. de pecul.* ubi res peculiares dicuntur, licet totum peculium ſit ære alieno exhauſtum. Pari modo ſi & bona pignori data, vel cum pacto de retrovendendo vendita ſint, nihilominus ſunt noſtra, quoad potentiam reluendi ac reemendi, & reemta ac liberata ipſo jure ad nos & in priſtinum ſtatum redeunt, ac ſi nunquam abfuiſſent, per *d. l. ſi unus §. pactus ne peteret, verſ. qd. in ſpecie.* ubi docetur, unumquodque facile ad primam & originariam redire cauſam.
40. Quam ob cauſam Decius *d. Conſ.* 88. *num.* 3. monet, originem hac in re ſpectare oportere, ac principium inſpiciendum in quolibet negotio & contractu jura nos docent, veluti in *l. Pomponius* 15. *l. nam & Servius §. ſi vero Titio ff. de negot. geſt. l.* 1. *§. quod ſi rem §. idem Pomponius ff. depoſ. l.* 8. *ff. mandat. l. ſi id quod* 58. *§. ſi filius §. ſeq. ff. pro ſoc. l. ſi filius fam.* 75. *ff. qui potior. in pign. l. ſi finita §. Sabini ff. de damn. infect. l. ſi uxorem C. de condict. inſert.* Tiber. Decian. *reſp.* 11. *n.* 4. *&* 5. *vol.* 1. *l. qui id quod ff. de donat. & l.* 2. *ff. de privileg. credit.* (in aliis eſt *l. parvique refert. ff. de reb. autor. Judic. poſſid.*) Origo autem & principium, quod eſt ante contractam venditionem jam per reluitionem removendam, ſi ſpectemus, Archiepiſcopo prorſum nihil juris in hac Baronia, ejusque juribus & acceſſionibus, adeoque etiam nec quidquam in Jure patronatus competiit, niſi quod ab eo diſtrictus ille Vallendar in feudum recognoſcitur, ut probatur ſub ſignatura 2. 3. 11. 12. 13. 14. 15. 23. &c.

Ad hanc igitur Originem, & hoc principium ſuum, ut per omnia & in omnibus hæc Baronia revertatur, neceſſe eſt, nihilque ejus, quod venditum fuit, quodque ei rei accedit & adhæret, apud Archiepiſcopum ejusque Capitulum manebit, ſecundum Dec. *d. conſ.* 88. *n.* 3. qui allegat Bartolum *in l. in diem ff. de aqua pluv. arcend.* dicentem, quod quando- 41.
que facta eſt venditio alicui cum pacto de retrovendendo, venditor, ad quem res vendita vigore dicti pacti revertitur, libere illam rem acceptare debet: & ideo, ſi emtor tempore, quo res fuit apud eum, eam obligavit alii, facta retrovenditione, Jus hypothecæ reſolvitur; quod idem Dec. probat & ſequitur *conſ.* 238. *& in l. ſi ſocius ff. de rebus credit. ſi cert. pet.* nec non etiam Andr. Tiraq. *de retract. convent. §.* 3. *gloſſ. n.* 10. qui addit, quod, retrovenditione facta, reſcinditur omne jus ſervitutis, vel pignoris conſtituti ab emtore primo, per *d. l. in diem* & text. *in l. ſi ex duobus* 6. §. ſed & Marcellus *ff. de in diem addict.* Reſoluto 42.
quippe jure datoris, reſolvitur jus acceptoris, *l. lex vectigali fundo ff. de pignor.* Weſ. *Conſ.* 2. *n.* 68. *vol.* 1. Ex his ſecundo hoc elicitur, 43.
quod ſi incrementum quoddam per alluvionem accepiſſet durante oppignoratione, vel emphyteuſes aut feuda quædam ad hanc Baroniam pertinentia huic Baroniæ aperta fuiſſent facta, vel pertinentiæ & acceſſiones prius pignori datæ & redemtæ ab Archiepiſcopo ſolo, vel pa-
„ riter cum Domino Comite, aut ſi quæ inæ-
„ dificaſſet, plantaſſet, & ſi quæ ejus generis
„ alia: hæc omnia, inquam, una cum re principali, nempe cum ipſa Baronia & territorio revertentur ad redimentem Dominum Comitem, utpote Dominum utilem.

Quod de alluvione aſſerit & eleganter probat Andr. Tiraq. *de retract. convent. §. fin. n.* 92. 93. 95. *&* 96. poſt Hieron. Cagnol. *in repet. l.* 2. *quæſt.* 17. *C. de pact. int. emt. & vendit.* poſt Caſtrenſ. qui in *Conſilio* quodam conſuluiſſe dicitur: augmentum redire ad venditorem reluentem: tametſi ante redemtionem fructus ad emtorem pertineant. Et idem reſpondit Corne. *conſ.* 15. *per totum volum.* 4:

Oſten-

Oſtendens, ejusmodi acceſſionem cedere vaſallo & emphyteutæ, dum feudum & emphyteuſis durant; iis finitis una cum re principali ad Dominos reverti. Pro eodem facit text. *in l. cum autem* §. 1. *ff. de ædilit. edict.* ubi reſoluta venditione per redhibitionem reſtituendum quoque eſt id omne, quod venditioni acceſſit, ut reſoluta emtione uterque nihil amplius conſequatur vel habeat, quam quod habuiſſet, ſi venditio facta non eſſet. Sic & hoc caſu, in eum ſtatum omnia redibunt, acſi emtio venditio illa, quæ retrahenda eſt, nunquam facta eſſet. Quod circa cæteras res & acceſſiones idem Andreas Tiraquell. aſſeverat de *retract. lignag.* §. *fin. num.* 109. 110. *&* 111. per *l. bovem.* §. *ſi quis ſervum ff. de ædilit. edict.* ubi, cum res emta redhibetur, tenetur emtor reddere venditori quadruplum, quod actione vi bonorum raptorum conſecutus & ob rem raptam ante redhibitionem: cui accedit text. in *l. item Mela* §. *ſi in eo ff. ad L. Aquil.* Facit huc text. in *l. divortio.* §. *non ſolum, vſ. quare etiam ſi maritus*, §. *ſi fundum. ff. ſol. matrim.* & plures alii, quos ad id Andr. Tiraquell. *d. num.* 109. 110. *&* 111. adducit, & inter cætera probat exemplo rei dotalis immobilis, puta caſtri, cui ex confiſcatione bona quædam acceſſere, conſtante matrimonio: quæ, eo ſoluto, una cum caſtro, cui acceſſere, reſtituere cogitur.

44. Elicitur hinc & illud: venationes, lignationes, piſcationes ab Archiepiſcopo, ejusque miniſtris, & Caſtri Ernbreitſteinii Præfectis, vel a Capitulo, ejusque membris, amplius in hoc territorio exerceri non poſſe: ceſſante deinceps ejus cauſa, quæ erat oppignoratio illa, ſeu emtio cum lege retrovenditionis, ſecundum Bartol. in *d. l. in diem ff. de aqua pluv. arcend.* & in *d. l.* 6. §. *ſed & Marcellus* per illum text. *ff. de in diem addict.* Dec. *d. conſ.* 88. *n.* 3. Andr. Tiraquell. utroque *loc. alleg.* idque propterea, ut res ad venditorem Comitem, ejusque hæredes libera redeat, per *d. l. in diem. ff. de aq. pluv. arc. d. l.* 6. §. *ſed ſi Marcellus.* Bart. in *l.* 3. *quib. mod. pign. vel hypoth. ſolv.* facit *d. l. creditor.* 7. *C. de pign. act.* Dec. *dict. conſ.* 88. *num.* 3. *conſ.* 238. *n.* 4. *verſ. quinimo quæritur. & conſ.* 239. *n.* 11. At libera non rediret, ſi quid ejus ſibi Archiepiſcopus & Capitulum in ea re retinerent, ut per ſe patet. Pugnaret hoc etiam cum Inſtrumento obligationis, *N.* 14. & cum quietatione, *N.* 15. imo
45. cum omni jure & æquitate: cum ſoluta ſorte, cujus nomine res oppignorata, vel cum lege retrovenditionis alienata fuit, vel ea ſorte oblata, conſignata atque depoſita, *l. nec creditores. C. de pignor. l. acceptam C. de uſur. l. obſignatione. C. de ſolution. pignoris, emtionisque illius, quæ inſtar ejus, quæ in diem eſt*, Bart. in *d. l. in diem ff. de aq. pluv. arcend.* & in *d. l. ſi ex duobus.* 6. §. *ſed & Marcellus. ff. de in diem addict. l.* 2. ubi Cagnol. *C. de pact. inter emt. & vendit.* Obligatio tota ſublata, & jus omne ipſo jure absque retraditione debitori, ceu rei vero Domino, reſtitutum intelligatur, *l. ſi cum venderetur*, ubi Caſtrenſ. *ff. de pign. action. dict. l. lex vectigali fundo. ff. de pignorib.* Weſenbec. *dict. Conſil.* 2. *num.* 67. 68. *&* 70.

Ideoque nec ullos deinceps fructus ex hac re 46.
percipiendo ſuos facere poteſt, ut nec quilibet alius malæ fidei poſſeſſor, qui ſine cauſa rem alienam detinet, per *l. ſi rem.* 9. §. *omnis cum LL. ſeqq. ff. de pignor. action. l. penult. C. eod.* Weſenb. *dict. Conſ.* 2. *n.* 67. 68. *&* 70. Imo 47.
uſura eſt, acquirere fructus ſine cauſa, *C. conqueſtus ext. de uſur. c. plerique* 14. *quæſt.* 3. Baldus ad *rubr. C. de uſur.* Weſenb. *Conſ.* 50. *n.* 33. *verſ. nam uſura.* At ſine cauſa apud cre- 48.
ditorem ſeu primum emtorem erit res & perceptio fructuum, ſoluto pretio 8500. aureorum Rhenenſium, eove oblato, conſignato ac depoſito, Weſ. *dict. conſ.* 2. *num.* 67. 68. *&* 70. Denique nihil iniquius eſſet, quam ut hic Archiepiſcopus, ejusque familia, omnes vel quosdam fructus ejus rei retineat, reſoluto contractu per retrovenditionem: cum eo modo & rem & pretium apud ſe habiturus fuerit, teſte Cyno in *l. ult. C. quando lic. ab emt. diſcedere*, & Andr. Tiraq. *de retract. convent.* §. *fin. n.* 82. *per l. curabit. C. de act. emt. vend. l. ſi hæres verſ. ne emtor & pretium & libertum perdat. ff. de fidecommiſſ. libert. l. un. C. ſi ſerv. exter. ſe emi mand. l. bona fides. ff. de act. emtion. vendit.* ubi traditur, bonam fidem 49.
non pati, ut emtor & pretium & rem habeat. Atque hæc propter manifeſtiſſima jura, & clariſſima contractus, *N.* 14. & quietationis, *N.* 13. verba nullam difficultatem habere cenſemus. In claris autem ſubtilizare nihil aliud 50.
eſt, quam pernicioſe errare, Joh. Ludov. *deciſ. Lucenſ.* 48. *num.* 2. Tiber. Decian. *reſp.* 17. *n.* 19. *vol.* 1. Ubi verba, inquit, ſunt clara, 51.
nulla eſt admittenda interpretatio, Bald. *conſ.* 343. *col.* 2. *circa fin. vol.* 1. *conſ.* 174. *in fin. vol.* 2. neque admittendæ cavillationes advocatorum, & idem Tiber. Decian. *reſp.* 72. *n.* 3. *vol.* 2. quia verba, inquit, obligationis & inſtrumenti clara ſunt: ideo nulla eſt dubitatio, per *l. ancillæ. C. de furt. l. quod Labeo ff. de Carbon. edict. l. continuus* §. *cum ita ff. de verb. oblig.* cum Inſtrumentum ſit probatio probata. 52.
Bald. *ad l. quoties. in fin. C. de Judic. & in l. errore. col.* 1. *C. de teſtam. C. cum dilecti*, ubi Panorm. in 1. *notab. ext. de donat.* Tiber. Decian. *reſp.* 72. *num.* 4. *vol.* 2. & determinata 53.
pacto, lege, ſive conventione, non egent alia determinatione, ſed ſolum indeterminata, *l. certo generi*, 13. §. *ſi locus*, ubi Bartol. *ff. de ſervitut. ruſticorum prædiorum.* Nec arbitramur adeo vecordem, adeo ineptum quenquam futurum eſſe, qui ex eo, quod in prædicto inſtrumento ſub *Numer.* 14. ad quod ſe Imperialis Cameræ Sententia refert, nominatim non fit mentio venationis, piſcationis, juris lignandi, collectandi, campanam pulſandi &c. colligere & concludere velit; ergo jus venandi, lignandi, piſcandi, collectandi, campanam pulſandi, &c. non eſſe reſtituendum, neque redire ad Dominum Comitem in Seyn & Wittgenſtein. Nam hoc ipſo, quod Weyer, Waſſer, Berge, Thal, ꝛc. Gebott, Folge, und alle 54

andere Rechte und Nutzen, die zu der Veste, Dorff und Herrschafft Vallendar gehören, und gehören sollen, wie die genannt sind, ersucht und unersucht, nichts ausgenommen, restitui debeant, expressis verbis dictum est, utique etiam hoc convenit, ut & fructus earum rerum una redeant percipiendi, Bartol. in *d. l. in diem.* Dec. *d. cons.* 238. *n.* 4. *vers. quinto quæritur de bonis, in verb. quod ubi sit facta venditio*, & idem Dec. *d. Cons.* 239. *num.* 11. Andr. Tiraquell. *de retract. convent. l. fin. n.* 68. 69. 70. 71. 82. 83. ubi a *n.* 64. & deinceps examinat & declarat Jasonis *Cons.* 117. *vol.* 1. & Socini *Cons.* 170. *vol.* 2. contraria respondentium opiniones, de eo, utrum fructus cedant venditori, cui ex pacto revenditio debebatur, restituta sorte & recepta citra aliam retrovenditionem & retrotraditionem, ostendens, Jasonem hac in parte sequendum non esse, sed pro certo statuendum, fructus cedere reluenti, ex quo pretium restituit, ac fundum recepit, vel certe recipere
55. debuit. Quomodo enim effectus a sua causa, & a sua arbore fructus separabitur, quin illum suo domino proferat? per *l. qui scit.* 25. *vers. quam ex qua Dominus prædii est. vers. quia omnis fructus. ff. de usur.* Et quis fructus piscinarum, fluviorum, si non est & piscatio seu jus piscandi? Quis sylvarum & montium, nisi sit & venatio & lignatio? Joh. Si-
56. chard. *Cons.* 5. *de Contractibus n.* 3. Sic & pulsus campanæ pertinet ad jus, quod vocamus **Gebot und Folge.** Quod & Scabini in Val-
57. lendar pronunciare solent. Verba quippe contractuum & Instrumentorum cum effectu sunt accipienda, *l.* 1. §. *hæc autem verba. ff. quod quisque jur. l.* 4. §. 1. *ff. de jurejur.* Andr. Tiraq. *de retract. convent.* §. 2. *gloss.* 1. *n.* 8. ut nullum verbum, nullaque syllaba stet otiose, & sine virtute operandi, Bald. ad *rubr. C. de contrab. emt. vendit. quæst.* 9. Roland. a Valle *cons.* 67. *n.* 24. *vol.* 1. *cons.* 61. *n.* 47. *vol.* 2. *cons.* 61. *n.* 4. *vol.* 3. Paris. *cons.* 66. *n.* 9. *vol.* 2. Aym. Cravett. *cons.* 84. *num.* 12. Menoch. *cons.* 373. *n.* 8. Joh. Petr. Surd. *cons.* 325. *n.*
58. 6. Quanto minus igitur tot prægnantes clausulæ, eæque generales, nihil excipientes, per *l. a procuratore*, ubi *gl. in verb. omnem C. mand. l. Juliano* 68. (in quibusdam *l. testatorem* adjiciendo 68.) *ff. de legat.* 3. sine singulari virtute operandi stabunt, per *l. lecta.* ubi Bald. *ff. de reb. credit. si cert. pet.* Wes. *cons.* 2. *n.* 63. Quin potius cum effectu operandi accipiendæ sunt ex propria vi suæ significationis, per *c. si Papa. de privileg. in* 6. *l. si quando, in princ. ff. de legat.* 1. Wesenb. *d. Cons.* 2. *num.* 63. *in fine.*

59. Ubi tamen hoc admonendi sumus ex Dec. *d. Cons.* 88. *n.* 3. *d. Cons.* 238. *n.* 4. *vers. quinto quæritur*, & *n.* 5. *d. cons.* 239. *n.* 11. quodsi Archiepiscopus ejusve Capitulum res quasdam ad hoc territorium pertinentes, vel sylvas aut decimas ab aliis emisset, redemisseve, pro parte, vel in totum sua pecunia aut ædificasset molendina vel id genus alia, refundendam esse etiam ei hanc pecuniam, vel quæ nunc est, melioratione: quod & Andr. Tiraq. *de retract. convent.* §. 36. *ad fin. tit. gloss.* 2. *num.* 88. monet: cum non deceat, quem al- 60.
terius jactura locupletiorem fieri, *l. nam hoc natura. l. si in area. ff. de condict. indeb.* Bald. *cons.* 303. *num.* 2. *volum.* 1. Alvar. Valasc. *de emphyteus. cap.* 75. *num.* 5. *vers. sed quia hoc.* Erat enim Dominus, quamdiu res retracta non 61.
fuit: ideoque animus donandi in eo præsumi non potest, sed repetendi ejusmodi sumtus, Hier. Magon. *decis. Lucens.* 81. *num.* 16. quod in specie de retractu conventionali respondit. Bald. *cons.* 167. *n.* 3. *vol.* 1. venditorem redimentem vi pacti de revendendo teneri ad melioramenta, & impensas in fundum factas, per *l. intra utile* §. 1. *ff. de minor. & notata in l. domos. ff. de legat.* 1. *l. qui exceptionem* §. *si pars. ff. de cond. indeb. l. emtor. ff. de rei vind.* Dico, inquit Baldus, melioramenta deberi: Nam rei qualitas est mutata, & bonitas aucta: unde cesserunt ad perpetuam rei utilitatem, *l.* 1. *C. de alluv. & palud. l. si inter virum. C. de jur. dot.* quibus adde Hieron. Cagn. ad *d. l.* 2. *q.* 34. *C. de pact. int. emt. & vendit. & ibidem* Fr. Zoanet. *n.* 123. & 124. & Andr. Tiraq. de *retract. convent.* §. 7. *gloss.* 1. *num.* 2. Gars. *de expens. & meliorat. c.* 18. *num.* 17. Ludolph. Schrad. *de feud. part.* 2. *part.* 9. *princ. sect.* 2. *num.* 21. *vers. His adde*, Menoch. *remed.* 15. *recup. possess. num.* 507. *& seqq.* Requiruntur 62.
autem copulative, quod tantum fuerit impensum, quantum est melioratum, & contra. Alvar. Valasc. *de emphyteus. dict. quæst.* 25. *num.* 28. per *l. si in fundum. ff. de in rem vers.* Quodsi plus impensum quam melioratum, non 63.
plus debetur, quam in quantum est melioratum: quia hactenus copulative hæc duo concurrunt, impensum scilicet & melioratum. Quodsi minus impensum, plus vero melioratum, quantum impensum est, debetur: quia hactenus quoque copulative concurrunt. At quatenus plus est melioratum, non venit in consideration, quod etiam Felin. *ad c. cum causa. n.* 28. *ext. de sent. & re jud.* Castrens. *cons.* 270. *num.* 3. *vers. item quod dixi. vol.* 2. Johann. Gars. *de expens. & meliorat. dict. c.* 24. *num.* 1. *&* 2. Ludolph. Schrad. *de feud. d. sect.* 2. *n.* 100. & Andr. Tiraq. *dict.* §. 7. *gl.* 1. *num.* 8. placet, per *leg. intra utile.* §. *vendentibus. ff. de minor.* tum & Anton. Capyc. *dec.* 93. *n.* 9. *& sequentibus.*

64. Sunt quidam veluti Jacob. de Aretin. Raphael Cuma, Johann Imola ad *l. domos. ff. de legat.* 1. Roland. a Valle, Ruin. Bertrant. & alii allegati a Ludolph. Schrader. *d. num.* 100. qui nolunt hoc nostro casu, quo interim emtor primus dominus est, donec reluatur, illam copulationem procedere, sed tantum in bonæ fidei possessore: quod novissime etiam voluit Alvar. Valasc. *d. quæst.* 25. *n.* 28. *vers. hoc tamen procedit in melioramentis*, & Petrus Anton. de Petr. sola Doctorum relatione contentus, teste Johanne Gars. *dict. c.* 24. *num.* 2. *vers. quidam Petrus Antonius, per text. in l. in fundo. ff. de rei vindicat.* ubi jubetur inspici, quid impensum sit, non etiam, quid melioratum, tum & per *text. in l. si quis mihi*

mihi 16. *vers. deductio igitur. ff. mandat.* tum quod *text. in l. si fundum ff. de in rem vers.* & cæteri textus copulative concursum impensæ & meliorati requirentes, de bonæ fidei possessore loquuntur. Quibus etiam Francisc. Zoannet. ad *d. l.* 2. *n.* 126. *C. de pact. int. emt. & vend. contra Dominum suum*, Gozadinus ad *d. l.* 2.
65. adstipulatur. Verum a Felino in *d. c. cum causa n.* 28. & Castr. *d. cons.* 270. *n.* 3. *vs. item quod dixi.* In practica non esse discedendum, monent non solum Andr. Tiraq. *d.* §. 7. *gl.* 1. *n.* 8. & Ludolph. Schrad. *d. sect.* 2. *n.* 10. *in fin.* verum etiam Joh. Gars. *d. c.* 24. *n.* 3. ubi Alv. Valasc. & Petr. Ant. de Petr. Italum egregie refutat, & ostendit *dict. l.* in fundo nihil pro ipsis facere, neque sufficientem vel idoneam diversitatis rationem reddi posse, cur aliud in ejusmodi temporali ac mutabili domino observari debeat, quam in quolibet alio bonæ fidei possessore. Ideoque etiam opinioni Felini & Castrensis denuo accedit. Nic. Böer. *decis.* 44. *n.* 13. Sed nec de eo nimium scrupulose disceptabimus: & cum ea in re ex æquo & bono „ taxatio facienda sit, existimamus ita ineun„ dam esse ejus rationem, ut neutra pars ini„ quum ferat.

Secundæ Quæstionis Resolutio.

66. QUid ergo? adeone plena fiet restitutio, ut Dominus Archiepiscopus Elector Trevirensis prorsum nihil, ne quidem Jus superioritatis, quod vulgo vocant **die Hochheit, die hohe Land-Obrigkeit, die Landsfürstliche Obrigkeit**, & Andr. Knich. in *tract. suo de sublim. territ. Jur.* sublime & regium territorii Jus, vel saltem in genere in hoc territorio Vallendar retinere debeat? Archiepiscopus ad se nihilominus sublime hoc territorii Jus pertinere, neque in restitutionem venire contendit: idque non sine insigni & gravissima ratione.

67. Primo, argumento situs, quod in hac controversia magnum & usitatum est, Dec. *cons.* 468. *n.* 18. *&* 29. *Symphor. Imperial. Camer. tom.* 1. *p.* 2. *tit.* 6. *vot.* 6. *num.* 120. *fol.* 84. ad se & Archiepiscopatum suum, qui jure Principis amplificatus est, Regium hoc territorii Jus pertinere contendit, sub *N.* 37. Inclavatum quippe sive inclusum esse dicitur circum circa principatui Archiepiscopali Trevirensi totum hoc territorium *Vallendar* cum omnibus suis pertinentiis. Id non semel modernus Archiepiscopus Elector Dn. *Lotharius* in Epistolis suis rescripsit, & ad ocularem in-
68. spectionem provocavit: quæ ex ipsa rei evidentia probatio est firmissima, Castrens. *cons.* 4. *num.* 2. *gloss. in fin. Instit. de gradib.* Paris. *cons.* 95. *num.* 19. *vol.* 1. Jas. ad *l. eum qui* §. *in popularibus ff. de Jure jur.* Gozad. *Cons.* 34. *n.* 10. per *l. si irruptione* & ibi *gloss. ff. fin. reg.* Anton. Natta *Cons.* 269. *num.* 6. Fulv. Pacian. 1. *de probat. c.* 45. *per tot.* Hippol. de Marsil. *in rubr. de probat. num.* 157. *per c. evidentia ext. de accusat.* Corne *Cons.* 333. *num.* 43. *vol.* 1. Montan. *fin. regund. cap.* 30. *&* 31. Matth. de Affl. *decis.* 23. *num.* 6. *per C. cum expeditur. ext. de elect.* rem manifestam reddens, Augusti. Beroj. *Cons.* 144. *num.* 54. *volum.* 3. & quæ prævalet omni probationum generi, Azo in *Summ. C. ad L. Aquil.* Hippol. Rim. *cons.* 415. *num.* 1. *&* 2. quia certior aure arbiter est oculus, Hippol. Rimin. *dict. Cons.* 415. *n.* 2. adducens illud Horatii *de arte Poëtica*:

Segnius irritant animos emissa per aures;
Quam quæ sunt oculis subjecta fidelibus.

Et introducit *n.* 5. Baldum *ad d. l. Deo nobis. col.* 3. *vers. sed ponamus. l. de Episc. & Cler.* asserentem, quod omnis probatio vincitur, si aspectus in contrarium testificatur, per *c. quod autem* 27. *quæst.* 2. *facit. c. proposuisti*, & ibid. DD. *ext. de probat.* & quod Natta *d. Cons.* 269. *n.* 6. dicit, quod probatio: quæ fit per evidentiam facti, hoc est, per aspectum ocularem, est optima & superlativa omnium probationum, quia illi sunt verissimi sermones, qui concordant rebus sentatis. Nam quod oculus 69.
videt, nemo fideliter negat, inquit Montan. *d. c.* 30. *n.* 3. & ex eo Wesemb. *Cons.* 58. *num.* 14. ibidem addens: quod patet expresse, non est monstrare necesse, secundum Bald. *Cons.* 388. *n.* 6. *vol.* 1. Quicquid autem est & exi- 70.
stit intra regnum vel principatum, sive intra principatus fines & terminos, etiamsi Comitatus sit, vel Baronia, regno & principatui Jure superioritatis cedere, & quoad superioritatem, universaleque territorii dominium ei includi creditur, ac proinde vel saltem in genere parere teneri, *l.* 1. §. *in initio. vers. quicquid intra urbem. ff. de offic. præfect. urb. l. incola. qui ex vico. ff. ad municip. l. pupill.* §. *territorium*, ubi DD. *ff. de V. S. l. nulli* §. *quodsi in vico. C. de Episc. & Cleric. c. omnes Basilicæ.* 16. *qu.* 7. *cum personæ verb. ordinar. intentio. de privil. in* 6. *c. cum dilectus. ext. de relig. domib.* Specula *de Jurisd. omn. jud.* §. 1. *vs. si magis.* Bald. *ad l. insulæ ff. de judic. Castrens. cons.* 163. *n.* 4. *vol.* 2. Panorm. *n.* 1. Imola. *n.* 3. *ad c. nimis ext. de jurejur.* Alexand. ad *l. si convenerit.* 2. §. 1. *ff. de pign. act.* Wes. *cons.* 4. *n.* 71. *cons.* 74. *n.* 35. *cons.* 75. *n.* 4. *per c. cum Episcopus de offic. ord. in* 6. *l.* 2. *C. de rei vindic.* Jas. *in prælud. feud. n.* 53. Alber. Brunn. *cons.* 156. *col. penult. vs. non obstat.* Felin. *ad c. si diligenti, ext. de præscript.* & add. *cap. nimis. ext. de jurejur. gloss. ad clem. pastoralis. verb. destructum. de sentent. & re jud.* Bartol. *ad l.* 1. *n.* 15. *in fin. ff. de jurisd. omn. judic. & ad l.* 1. *n.* 3. *ff. de damn. infect.* Dec. *cons.* 517. *n.* 9. Aym. Crav. *cons.* 673. *n.* 1. Joh. Cephal. *cons.* 458. *n.* 59. Rol. a Valle *cons.* 46. *n.* 34. *&* 50. *vol.* 3. Hier. de Monte *finium regund. c.* 96. *n.* 6. Joseph. Mascard. *de probat. concl.* 217. *n.* 1. 2. 5. Henn. Goed. *cons.* 42. *n.* 13. 14. *&* 15. Joh. Koppen. *dec.* 48. *n.* 9. 12. *&* 13. Andr. Knich. *de sublim. territ. Jur. C.* 3. *n.* 90. 91. *& seqq.* Matth. Coler. *de proces. exec. part.* 1. *c.* 1. Clar. JC. Tob. Paurmeist. in eruditiss. suo *tract. de jurisd. Imp. Rom. c.* 8. *n.* 8. 9. 10. 11. 12. 13. Quoniam quicquid intra fines 71.
designatur, dicitur velut sepimento inclusum illi territorio & finibus, *l. fines ff. de action. emtionis venditionis l. si fines C. de evict. dict. l.* 1. §. *initio. ff. de offic. præfect. urban.*

M. Ant. Natt. *Cons.* 204. *n.* 1. *& seqq.* dicitur-
que terminus terminatus, & de illo termino,
quicquid intra fines designatur, sicut contra
terminus terminans, quicquid extra terminos
protenditur, excludere perhibetur, Andreas
Knich. *d. c.* 3. *n.* 92. ubi *n.* 93. addit hoc: quod
ita terminatur, & principatui includitur, Ju-
risdictioni suppositum esse, secundum Aym.
Cravett. *Cons.* 615. *n.* 13. *&* 14. Atque hoc
72. ita est, nisi in specie de exemtione vel privi-
legio doceatur, *d. l. nulli §. quod si in vico de
Episc. & Cler. c. fin. vers. cum monasterium sit
intra metas ext. de offic. Archidiac. c. cum in
partib. ext. de verbor. signif.* utroque loco DD.
Henning. Goed. *dict. Cons.* 42. *num.* 13. *&*
15. Andr. Knich. *de sublim. territ. Jur. c.* 5.
n. 150. 151. Joh. Koppen. *decis.* 4. 48. *n.* 21.
Clariss. JC. Tobias Paurmeister in accuratiss.
suo tract. de Jurisdict. Imp. Roman. c. 8. *n.* 10.
73. Ideoque exemtio probanda est ab eo, qui se in
ea fundat, Andr. Knich. *d. c.* 3. *n.* 153. *per C.
cum personæ, de privileg. in* 6*to.* Atque ita
argumentum a situ seu loco in hac controversia
firmum usitatumque est, per *d. l. pupillus §.
territorium. de verb. sign. & c. cum Episcopus
de offic. ordin. in* 6. Bart. *in l.* 16. *vers. ex hoc
sequitur ff. de Jurisd. omn. jud.* Bald. *in l. Im-
perium col.* 1. *vers. sed adverte ff. eod.* Pro
74. quo firmando multum facit argumentum a to-
to ad partem, quo hac in re utuntur Everhard.
a Middelb. *in loc. legal.* a toto ad partem, We-
semb. *Cons.* 74. *n.* 34. Joh. Koppen. *d. decis.*
48. *n.* 12. Henning. Goed. *d. Cons.* 42. *n.* 15.
& 16. *per l. quæ de tota ff. de rei vind. l. qui*
75. *scit. ff. contrah. emt. & vend.* ut, quod Juris est
de toto, quoad totum, sit etiam partis, quo-
ad partem, *d. l.* quæ de tota Dec. *in l.* 1. *num.*
43. *vers. quarto infert. ff. de Jurisdict. omn.
Jud.* Fulv. Pacian. 3. *Cons.* 3. *n.* 47. Nititur
itaque Archiepiscopus fundata intentione, ita
ut omnia in ejus diœcesi seu principatu sita, ter-
ritorii ipsius superioritati subesse censeantur.
Tob. Paurmeister *d. c.* 8. *n.* 9. Henning Goed.
d. cons. 42. *n.* 13. *& seqq.* Andr. Knich. *de sub-
lim. territ. Jur. c.* 5. *n.* 97. 98. 99. 100. 149.
& seqq. atque ita etiam hunc districtum sive
Baroniam Vallendar.
76. Quod secundo, eodem Henning. Goed. *dict.
Cons.* 42. *n.* 16. *vers. quod verum est*, autore, verum est, etiamsi hoc castrum, & hi
pagi, seu hic districtus Vallendar non existat
intra lapides seu fines territorii Electoris Tre-
virensis, sed tantum ei continens, sive appen-
dens, seu cohærens sit cum eo, nihilominus
unum tamen integrum cum eo faceret territori-
um, *per l.* 2. *ut Alphons. l. ædificia l. qui in conti-
nentibus l. collegarum ff. de verbor. significat. l.
adeo §. insula ff. de acquirend. rer. domin. §. in-
sula Instit. de rer. division.* Alex. in addit. ad
Bartol. *ad l. si convenerit §. si nuda n.* 3. *ff. de
pignor. act.* Hieron. de Monte *de finib. regund.
c.* 83. *n.* 1. *&* 2. Menoch. *de præsumt.* 3. *præ-
sumt.* 100. *n.* 1. Atque hic districtus Vallen-
dar immediate territorio Episcopali Trevirensi
conjunctus est, & in medio non est aliquid,
quod unitatem ipsorum impediat: ideoque quo-
ad superioritatem præsumitur esse de territo-
rio Trevirensi, secundum Henn. Goed. *d. Cons.*
42. *n.* 16. *vers. item cum Villa per l. qui sella
§. fin. ff. de serv. rust. præd.* Nam & alias vil- 77.
læ & prædia sita prope aliquem locum sive ter-
ritorium, præsumuntur esse de illo territorio,
cui magis propinqua sunt & adjacent, autore
Bald. & Angil. *ad l. Insulæ* 9. per illum text. *ff.
de Indic. d. l. notione* 99. §. 1. *ff. de verbor. si-
gnificat.* Utroque loco gloss. Mascard. *de pro-
bat. d. concl.* 217. *n.* 14. quibus accedit Andr.
Knichen *de sublim. territ. jur. c.* 3. *n.* 100. *&*
101. ubi hanc ejus rationem esse dicit: quod 78.
vicinitas præbet aptitudinem & argumentum
dominii, & adjacentia ejusdem juris esse, cu- 79.
jus sunt ea, quibus adjacent. *l. jam hoc jure ff.
de vulgar. & pupill. substitut. l. eum qui ædes l.
quam C. de impub. & aliis substitut. c. trans-
lato, ext. de constit. c. majores §. cæterum, ext.
de Baptism.*

Tertio, Princeps aliquem de aliquo terri- 80.
torio vel loco investiens, licet cum regalibus,
tamen non præsumitur abdicasse supremam
Jurisdictionem, quam superioritatem & sub-
lime seu regium territorii Jus vocamus, sive
die hohe Land-Obrigkeit, Matthæ. *de Af-
flict. ad c.* 1. §. *ad hæc num.* 15. *de pac. juram.
firm. & ad c.* 1. §. *potestas n.* 15. *quæ sint regal.
& in c.* 1. §. *item si quis quib. mod. fund. amitt.
ubi n.* 3. *notab. ait*: quod si dominus dedit ca-
strum alicui cum jurisdictione, quod habeat
Vasallus, non tamen videtur a se abdicasse suam
jurisdictionem superiorem: imo in eo re-
manet illa eadem, quam a principio ante con-
cessionem habebat, *per text. in c. dudum §. nos
igitur de præbend. in* 6. ubi Papa: Si Cardi- 81.
nalibus, inquit, nostris vel alteri potestatem
dederimus conferendi beneficia, apud nos ta-
men eadem imo major potestas remansit, per
quem text. Afflict. *ad d. c.* 1. §. *adhæc, n.* 15.
de pace juram. firma probat, hanc ejus rei ra-
tionem esse, quia principes non possunt dare
alteri jurisdictionem vel potestatem, quin eis
remaneat major jurisdictio & potestas, quam
fuit translata: quod etiam respondit Bald. *Con-
sil.* 326. *in fin. vol.* 1. Quo argumento Albe- 82.
ric. de Rosa *ad l. final. C. de Jurisd. omn. Ju-
dic.* asseruit: Quodsi Rex mihi concedat ca-
strum cum omni jure, quod ibi habet, nun-
quam videtur concessisse Jus regium, quod ibi
habet; quia sub illis verbis: *cum omni Jure:*
non videtur jus regium (cujusmodi hoc est,
de quo quæritur) concessisse: quia verisimili-
ter illud in specie non fuisset concessurus, *l.
obligationi generali ff. de pignor. c. in generali,
si de fund. fuer. controvers. inter Domin. &
Agnat.*

Dixit itemque singulariter Bald. *in l. qui se
patris, Cod. unde liber.* quod in concessioni-
bus Jurisdictionum semper autoritas superioris
concedentis præservatur illæsa, cum citra au-
toritatem ejus nequeat exerceri: cum in eo
semper resideat suprema potestas inseparabilis:
unde potest aliorum Jurisdictionem supprime-
re. Quod etiam docuit Jacobin. de S. Georg.
in sua *investit. in verb. de Castro rubro colum.*
1. *& in verbis: dictique Vasalli promiserunt.
Colum.* 2. *versic.* & ex præmissis Felin. *ad c.
quæ in Ecclesiarum num.* 32. *vers. & hinc est,
quod Princeps concedendo ext. de constit.* Ant.
Capyc.

84. Capyc. *decis.* 130. *n.* 44. ac noviſſime de feudali inveſtitura hoc ſtatuit poſt Alciat. *Conſ.* 102. *num.* 6. *&* 9. *lib.* 5. & Covarruv. *practic. quæſt. c.* 4. *n.* 1. *& ſeqq.* Henrich Roſenthal. *de feud. c.* 5. *concl.* 5. *n.* 20. *verſ. e contra facit, quod ea, quæ ſuperioritatem* & *concl.* 11. *n.* 2. *&* 3. ubi tradit: Omne Jus ſuperioritatis inveſtientem Principem non abdicare, ſed reſervare, per *c. intellecto ext. de jurejur.* idque etiam in dubio reſervatum eſſe ſemper intelligi, niſi expreſſe ob bonum publicum abdicaſſet a ſe omnem ſuperioritatem: hac addita ratione, in *gloſſ. lit. C.* ex Didac. Covarruv. *dict. C.* 4. quod Rex vel Princeps non poteſt hoc ſupremum Jus Jurisdictionis a ſe abdicare, & quod ſit forma ipſa & ſubſtantialis eſſentia regiæ ac principalis Majeſtatis. Cer-
85. tum autem eſt, tam ex caſu propoſito, quam alias, quod hoc territorium & hunc diſtrictum Vallendar Comites in Sayn & Wittgenſtein, cum omnibus ſuis Juribus & pertinentiis ab Electore Trevirenſi ejusque Capitulo Cathedrali in feudum recognoſcunt & accipiunt.

Ex quo conſequens eſſe intelligitur, Electorem inveſtientem, ſicuti directum dominium a ſe non abdicaſſe, ſed retinuiſſe, ita etiam non abdicaſſe, ſed retinuiſſe Jus ſuperioritatis territorialis. Neque hoc mutatur ex eo, quod *N.* 14. *&* 15. pluribus ad ſuperioritatem pertinentibus enumeratis, generalis clauſula ſubjicitur in hanc ſententiam: cum omni jure,
86. cauſa, pertinentiis & acceſſionibus: quia hæc, quæ quisque in ſpecie veriſimiliter non donaſſet, nec obligaſſet, non tradidiſſet, non conceſſiſſet in feudum, generali conceſſionis clauſula non cenſentur comprehenſa. Alberic. de Roſa ad *dict. l. final. Cod. de Jurisdict. omn. judic.* Roland. a Valle *Conſ.* 1. *n.* 144. *volum.* 2. Joh. Sichard. *de contract. conſ.* 5. *num.* 8. *verſ. multo minus n.* 9. *&* 10. qui ſcribit: Clauſulam gereralem annexam: **Mit allen Herrlichkeiten, Rechten und Gerechtigkeiten,** hoc
87. non mutare: quia Juris ſit, quod generalis clauſula poſt enumerationem ſpecierum poſita referatur ad ſpecificata, vel ſpecificatis ſimilia, non ad diverſa vel majora, vel ea, quæ ſunt alterius generis, *C. ſedes ext. de reſcript.* Et ſicuti, ſi vendo villam cum omni jure, quod habui, non venit jus patronatus, nec ſuprema Jurisdictio, niſi expreſſe dixero: quia ſunt majora, & alterius generis. Sic, ſi concedo in feudum villam cum enarratione certorum jurium, tunc clauſula generalis adjecta refertur ad ſimilia expreſſis, non autem ad ea, quæ ſunt diverſæ naturæ, per *l. final.* §. *cui dulcia ff. de tritic. vin. oleo legat.* Innoc. *ad c. ex literis ext. de jur. patronat.*
88. Superioritas autem illa generalis territorialis, quam ſibi Archiepiſcopus aſſerit, expreſſis in inveſtitura, nec non in oppignoratione & quietatione ſub *n.* 14. *&* 15. 1. eſt major, & ab ipſis diverſa, ut ipſemet Johann Sichard. *dict. conſil.* 5. *n.* 9. *&* 10. haud obſcure indicat & patet ex Roſenthal. *d. concl.* 5. *n.* 20. *& concl.* 11. *n.* 3. *&* 4. Imo
89. vero ſupremæ Jurisdictiones illæ ſunt ſacra ſanctorum, quæ non ſunt in marſupio Principis, Roland. a Valle *conſ.* 1. *n.* 115. *vol.* 2. Johann Borcholt. *ad c.* 1. *que ſint regal. n.* 20. ait Alvar. Valaſc. *de Empbyteuſ. quæſt.* 8. *num.* 31. quod princeps nequit a ſe expropriare illam ſupremam Jurisdictionem. Hæc igitur hiſce clauſulis generalibus comprehenſa non intelligetur.

Quarto, etiamſi omnia ac ſingula Juris- 90.
dictionis & ſuperioritatis jura Archiepiſcopus Comitibus de Sayn in Wittgenſtein inveſtiendo conceſſiſſet, prout in feudando conceſſiſſe aſſeritur in inſtrumento *N.* 14. & reperitur in quietatione *N.* 15. non tamen privative, ſed accumulative ſolummodo conceſſiſſe, & in feudum dediſſe intelligeretnr, per *text. in C.* per hoc *de hæret. in* 6. *& d. c. dudum de præbend. in* 6. *& l.* 1. *C. de offic. præfect. urb.* ubi Bartol. per illum textum dicit, quod licet tribuatur jurisdictio alicui; non tamen ex hoc videtur derogatum jurisdictioni judicis ordinarii, etiamſi per verba taxativa ſpecialiter alicui Judici Jurisdictio concedatur.

Et quod non privative, ſed accumulative conceſſa videatur jurisdictio ob id, quod non poſſit princeps omnem a ſe abdicare jurisdictionem, in tantum, ut etiam ſuperioritate privetur, ſed inveſtienti ſalva maneat, ut & feudi recognitio ac fides, etiamſi per verba ta- 91.
xativa concedatur, multis probat Panormitan. *ad c. cum Eccleſiarum, n.* 11. *ext. de offic. ordin.* Felin. *in c. cæterum num.* 4. *ext. de judic.* Grammatic. *deciſ.* 30. Mynſing. *Cent.* 6. *obſerv.* 99. *per tot. poſt* Bald. *ad l.* 1. *verſ. extra quæritur ff. de offic. proconſul.* Dec. *conſ.* 3. *n.* 3. *per l. viros C. de offic. & apparitor. judic. lib.* 12. *& in l. final. C. ubi cauſæ fiſcal.*, quia taxati- 92.
va illa excludit tantum alios pares & inferiores, non autem ſuperiorem concedentem, eumque ordinarium, Dec. *d. conſ.* 3. *n.* 3. *vſ.* & *licet iſta reſponſio per d. l. f. c. gl. in verb. examen c. ubi cauſ. fiſc.* Itaque etſi detur, omnem omnino Jurisdictionem etiam ſupremam in Comites tranſiiſſe, non tamen intelligitur tranſiiſſe privative Jus ſuperioritatis generale univerſalis territorii, quod vocant **Landsfürſtliche**, vel **hohe Lands-Obrigkeit**, ſed ſolummodo cumulative; ut ideo in ſuperioritate ſuperet Archiepiſcopus Comites, eorumque Imperium & Jurisdictionem impedire, vel prævention ad ſe in caſibus contingentibus particulariter pertrahere poſſit. Neque rurſum adverſabitur, hanc Ba- 93.
roniam non origine ſua ab Archiepiſcopatu deſcendere, ſed partem pertinentem olim fuiſſe Comitatus Seynenſis allodialem: & per familiæ erciſcundæ arbitrium divulſam addictamque eſſe Engelberto, Comiti Seynenſi, conditori lineæ Wittgenſteinenſis, uti ex propoſita facti ſpecie & adjunctis Documentis, *n.* 2. 1. & 2. 2. & ex arbore conſanguinitatis ac propagationis Comitum Seynenſium ac Wittgenſteinenſium ad oculum demonſtratur.

Reſpondetur enim varie, & quidem primo: 94.
imo hoc adhuc incertum eſſe; cum ſitus oſtendat, Vallendar includi Archiepiſcopatui Trevirenſi, ut prætenditur *n.* 37. Deinde reſpondetur: Imo fortaſſe fuiſſe partem Comitatus illius feudalem, non allodialem, & ſic origine ſua eſſe terram Trevirenſem, quam Comites Seynenſes jam olim, etiam antequam familia inter fratres, Johannem & Engelbertum, Comites in Seyn &c. Anno 1294. *n.* 2. 1. *&* 2. 2.

erciſceretur, ab Archiepiſcopo Trevirenſi in feudum recognoverunt.

95. Quod enim Jus eſt in toto, idem eſt in ſingulis ejus partibus, *l. quæ tota* ubi DD. *de rei vindic. c. cum Epiſcopus de offic. ordin. 6.* Ite-
96. rum reſpondetur, etiamſi allodium pertinens ad Seynenſem Comitatum fuiſſet, tamen ne ſic quidem probari omnimodam Jurisdictionem cum ſuprema territorii poteſtate ad Engelbertum ejusque deſcendentes, per Johannis Comitis Seynenſis aſſignationem in hæreditariam portionem & inveſtituram perveniſſe, ſed manſiſſe hòc jus totum apud inveſtientem, hac ipſa ratione; quod in dubio ſuperioritas non præſumitur ſimul in inveſtitum translata; *l. 1. ff. de off. ejus, cui mandat. eſt jurisdict. l. ſolet. ff. de jurisdict. omn. judic. clem. 1. de for. compet.* Anton. Natta *Conſil. 636. n. 73.* Weſemb. *Conſ. 95. n. 3.* aut ſi translata ſit, non tamen privative, ſed cumulative, Dec. *conſ. 3. n. 3. & 4.* Weſemb. *d. Conſ. 95. n. 4. & 5.* tum etiam, quia ex fraterna hæreditaria diviſione, & Engelberto eſſet conceſſa, ſed ſolummodo Caſtrum Vallendar cum ducentarum marcarum reditibus, annis ſingulis, excepto jure patronatus, in decimis, hominibus, jurisdictione ibidem.

Nec enim credendum eſt, plus Engelberto traditum conceſſumque eſſe, quam in inſtrumento *Num. 2. 1. & 2. 2.* ſcriptum refertur;
97. cum id non probet Inſtrumentum, quod in eo corporeis oculis non legitur. Franciſc. Burſat.
98. *conſ. 205. n. 1.* nec noſtrum ſit cantare, quod Inſtrumentum non cantat, Aym. Cravet. *conſ. 630. n. 2.* Pariſ. *conſ. 10. n. 95. vol. 1.* neque nobis dicere liceat, quod Inſtrumentum non dicit, Bald. *ad l. ad probationem*, per illum *text. de probat. l. illam C. de collat.* Surd. *conſ.*
99. *220. n. 13.* quia inter partes actum non creditur, quod in Inſtrumento omiſſum eſt, Baldus *ad d. l. ad probationem*, Aym. Cravet. *dict. conſ. 360. n. 2. verſ. actum enim.* Quodſi jam permanſit apud Johannem Jus ſuperioritatis, utique id denuo quoque ad Archiepiſcopum Trevirenſem Cunonem, ejusque Archiepiſcopatum & Capitulum pervenit per ceſſionem directi Domini & juris ſui, quam Johannes Comes Seynenſis ſecundus vel tertius prædicto Archiepiſcopo Cunoni, Anno 1386. fecit, qui & juſſit, ut Salentinus de Seyn in Wittgenſtein deinceps Vallendar ab hoc Archipræſule, ejusque ſucceſſoribus in feudum recognoſcat, ſicuti id a ſe recognoverit: ut eſt ſub *Num. 13.*
100. Omne enim Jus, quod competit cedenti, ceſſione facta, competit ceſſionario, Menoch. *conſ. 416. n. 21.* qui omni Jure cedentis, ut autoris ſui, utitur, *gl. in l. Ariſtot. ff. quæ res pignor. oblig. poſſ. l. 1. C. de his qui in prior. credit. loc. ſucced.* Tiber. Decian. *reſp. 47. n. 4. vol. 5.* Menoch. *conſ. 513. num. 17.* Rurſum
101. reſponderi poteſt ex prædicta Comitis Johannis in Sayn in Wittgenſtein denunciatione, 4. Aprilis, Anno 1386. Salentino Comiti de Sayn in Wittgenſtein facta ſub *N. 13. verſ.* **Von den Wir die vorgeſchriebene ꝛc.** Imo ipſum etiam diſtrictum Vallendar antiquitus in feudum recognoviſſe Johannem ejusque majores ab Archiepiſcopis Trevirenſibus, & ſic ſubinfeudationem fuiſſe, quam Salentinus ejusque majores a Comitibus in Seyn per fraternam hæreditatis diviſionem nacti erant. At ſubin- 102.
feudatio alicujus diſtrictus vel territorii nunquam transfert jus ſuperioritatis, directo dominio ſemper penes dominum directum primo inveſtientem exiſtente, *gloſſ. in l. unic. verb. forma ſervata C. uti poſſid.* Nec poteſt ſubinfeudatus melioris eſſe conditionis, quam eſt ſubinfeudans; cum multo magis ſit ſubalternus Dominus, non primario Dominus.

Quinto, argumentum a definitione in omni 103.
ſcientiarum genere, adeoque etiam in Jurisprudentia, imo in jure judicioque multum ſtringere, teſtantur non ſolum Logici in loc. a definitione. Verum etiam Bart. *in l. 1. §. dolo malo. & l. fin. ff. de verb. ſignif.* & Everhard. a Middelburg *in loc. legal. 3. a definit. in princ.* Jus autem hoc ſublime territorii definit Andr. 104.
Knichen in *tract. ſuo de ſublim. territ. jur. C. 1. num. 174.* quod ſit ſuperioritas Principibus ſublimi & regia jurisdictionis lege, ſub nomine & qualitate territoriali **der Land-Obrigkeit**, ordinario & proprio Marte conceſſa: quam late ibid. explicat, & *N. 280.* concedit, ſuperioritatem eſſe ſublimioris Imperii & 105.
honoris, ſummique dominatus ſymbolum, ac *d. c. 1. n. 289. & n. 304.* quod nonniſi Jure quodam principatus exerceri poteſt, *arg. c. 1. de feud. March.* Ludolph. Schrader *de feud. part. 2. c. 2. n. 3.* Quin etiam Andr. Knichen *d. c. 1. n. 346. 347. 359.* contendit, non poſſe hoc jus principibus utiliter, quam proprio Marte, eoque ordinario competere: adeoque in hoc ipſo conſiſtere hujus ſublimitatis formam; quod ejusmodi jura tantum Principibus Imperatorem immediate eo nomine agnoſcentibus competant, nec ſic in commercio ſingulorum, præſertim inferiorum, Andr. Knichen *de ſublim. territ. jur. c. 1. n. 306. 307. 326. & ſeqq. 342. & ſeqq.* At non ſunt Imperii Principes, ſed Comites a Seyn & Wittgenſtein hi ipſi, qui hoc Caſtrum Vallendar cum pertinentiis in feudum ab Archiepiſcopo recognoſcunt, & redimere ſatagunt.

Non ergo Juris hujus ſupremi territorialis definitio in hos Comites Seynenſes & Wittgen- 106.
ſteinenſes cadere poteſt. Atque hoc multo magis definitio nominis, ſeu argumentum ab Etymologia, vel potius a nominis notatione deductum, quod in noſtra vernacula habet, nempe **Landfürſtliche Obrigkeit**, vel **hohe Landfürſtliche Obrigkeit**, convincere videtur: Et cui neque definitio nominis, neque rei 107
ipſius convenit, ei nec definitum convenire poteſt, Everhard. a Middelburg *in loc. legal. 3.* a definitione *n. 3.* Et a quo nomen remove- 108.
tur, removetur & nominatum, ac vigor, titulus & effectus, Everhard. a Middelb. *loc. legal. 4. n. 1. & 2. l. ſi idem 7. C. de codicill.* Removetur autem a prædictis Comitibus nomen Principis: igitur & ejus nominis ſignificatum, vigor, titulus & effectus, nempe ſublime jus territorii, ſeu ſuperioritas hujus caſtri & diſtrictus Vallendar.

Sexto,

109. Sexto, sicut Jurisdictio omnis est Ecclesiastica vel secularis, Hostiens. in *Summa* sua ad *Decretal. n.* 13. *& de Constitut. in summa n.* 3. 4. 5. 8. *& seqq. & de rescript. num.* 18. *facit. c.* 2. *c.* 3. 4. *c. Clerici, ext. de judic. c. per Venerabilem, ext. qui filii sint legitimi, tot. tit. ext. de for. compet. c. judicatum. distinct.* 81. *c. Ecclesiar. servos.* 12. *quæst.* 2. *l. placet. C. de SS. Eccles. tit. C. de Episcopal. audient. c. fin. ext. de reb. Eccles. non alien. c. omnes. c. solicitæ. ext. de major. & obedien. tot. caus.* 11. *quæst.* 1. *c.* 1. *c.* 2. *& tot. distinct.* 21. 22. *& distinct.* 23. Ita quoque superioritas territorialis alia est Ecclesiastica, alia secularis, arg. *c.* 1. *qui success. teneant. c.* 1. *in princ. de his, qui feud. dar. poss.* ubi Bald. Præpos. Afflict. & cæteri Feudistæ *d. c.* 2. *c.* 3. *c.* 4. *c. Clerici c. cum non ab homine c. cum venissent. c. qualiter. ext. de jud. c.* 2. *c.* 3. *c. cum sit generale. c. si diligenti. c. seqq. c. significasti, & tot. tit. ext. de for. comp. c. personas. c. si duobus. t. cum parati. c. præterea de his & tot. t. ext. de appell. tot. t. de off. Archid. t. de off. Archipresb. primic. tot. t. de off. & potest. jud. deleg. tit. de off. legat. t. de off. jud. ord. tit. de major. & obed. text. evidens in c. omnes. & c. solicitæ. ext. de major. & obedient.* ubi DD. *c.* 2. *c. placuit tot. c.* 11. *q.* 1. Quam posteriorem Andr. Knichen. *de sublim. territ. jur. c.* 3. *n.* 232. *& seqq.* suo more profanam appellitat. Nec prorsum etiam hoc alienum est a jure civili nostro: sed fundatur id non solum in his, quæ *in tit. C. de SS. Eccles. & Episcopal. audient. & similib. locis* occurrunt, sed *& in nov.* 6. *quomodo oporteat Episcop. & reliquos Cler. ad ordinat. adduci in princ. & c.* 1. *& per tot. Novell.* 79. *apud quos oporteat caus. dicer. monach. Auth. Cassa C. de SS. Eccles. Novell.* 123. *de Sanct. Episcop. Novell.* 131. *de Ecclesiast. tit. Novell.* 137. *de ordinat. Episcop. & Cleric.*

110. Ecclesiasticam autem superioritatem ad Archiepiscopum pertinere, Canonum juri & moribus Germaniæ superioribus omnino consentaneum est.

Quod de Jure Canonico tanto minus dubitationem habet: quia ordo superiorum, mediorum & inferiorum late describitur in distinctionibus, præsertim *in distinct.* 21. 22. 23. 93. totaque hierarchia enarratur tum *in præfat.* tum *in c.* 2. *dist.* 99. *c.* 1. & superioritas atque primatus Pontificis, Patriarcharum, Archiepiscoporum, Episcoporum, Sacerdotum, Archidiaconorum, & ita deinceps, *in d. c.* 1. *distinct.* 21. 22. 23. tum & ab Host. *in sum. de offic. ordin. num.* 7. *& seqq.* tum a Paul. Lancil. *lib.* 1. *Inst. Can. tit.* 5. *& seqq.* ut nihil addere necesse sit.

111. Et diserte præcipitur, Clericum cujuslibet ordinis absque pontificis sui permissu nullus præsumat ad secularem Judicem attrahere: nec Laico quemlibet Clericum liceat accusare, *c. Clericum* 11. *q.* 1. & *in Canon. continua.* 11. *q.* 1. Valentinianus, Theodosius & Arcadius Imp. rescribunt: continua, inquiunt, lege sancimus, ut nullus Episcoporum, vel eorum, qui Ecclesiæ necessitatibus serviunt, ad Judicia (secularia scilicet) sive ordinariorum judicum pertrahatur.

Habent, inquiunt, illi suos judices, nec quidquam his publicis est commune cum legibus &c. Et Constantinus Magnus Imper. præ- 112.
sidens in sacra Synodo, quæ apud Nicæam congregata erat, cum querelam quorundam conspiceret coram se delatam, ait: Vos a nemine judicari potestis, quia ad Dei solius judicium reservamini, *c. continua.* §. 1. 11. *q.* 1. quæ tota quæstio in hoc consumitur, ut & *tot. tit. ext. & in* 6. *de for. compet.* tum & *text. apertus in c.* 2. 3. *c.* 4. *c. Clerici c.* cum non ab homine, *ext. de jud.* idque in tantum 113.
extendunt & exaggerant, ut *Innocentius* III. & *Gregorius* IX. non permittant Clericum trahi ad forum seculare, etiam cum consensu sui Episcopi, adeo, ut ne quidem jurejurando Clericus possit secularis judicis jurisdictionem consensu sui ordinarii prorogare, vel ei se subjicere, *d. c. si diligenti c. significasti, ext. de for. compet.* Neque tantum personæ Ecclesiasticæ 114.
ad hanc superioritatem, quam supra omnem aliam secularem, etiam summi Regis & Imperatoris canones collocant, *in dict. c. omnes c. seqq. d. c. solicitæ. ext. de major. & obed.* spectant, eique parere coguntur. *C. per tuas & seqq. ext. eod. d. c. si diligenti d. c. significasti,* verum etiam in spiritualibus, & ad spiritualia pertinentibus, etiam Laici omnes, tam summi quam infimi, subjiciuntur, *d. c. omnes. d. c. solicitæ.* Hostiens. *in summ. sua ad proœm. num.* 9. 10. 11. 12. *&* 13. Ac insuper etiam Ec- 115.
clesiastica superioritas ac jurisdictio sibi soli, Laicis prorsum exclusis, *c.* 1. *c. omnis electio. & tot. dist.* 96. *& dist.* 97. vindicat ordinationes & confirmationes Episcoporum, Sacerdotum, Diaconorum, & reliquorum Ecclesiæ ministrorum, *tot. dist.* 23. 24. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 70. 71. 77. *&* 79. eorumque obedientiam per gradus distinctam, de qua in *dist.* 93. *c.* 1. *c. si Archiepiscopus cap. seqq. ac tot. tit. de temp. ordinat.* tum & inspectiones, & visitationes, & procurationes, *c. mandamus, ext. de offic. Archidiacon. c. cum Apostolus. c. ea quæ c. cum venerabilis. vers. quia vero visitationi. c. seq. c. procurationes. c. seq. ext. de censib. c. sicut olim. §. ut autem ext. de accus. c. pen. & c. ult. ext. de statu monach.* Hostiens. *in summ. tit. de statu monach. num.* 8. 9. 10. *& de censib. n.* 12. 13. 15. 16. 18. Causas itemque juris patronatus, *c. quanto ext. de judic.* matrimoniales, *c. causam quæ ext. de off. deleg. c. in fin. ext. de consang. & affin.* fornicationis, *c. ut clericor. ext. de vita & honest. cleric.* adulterii & divortii. *c. ext. de offic. ord.* dispensationem circa gradus consanguinitatis & affinitatis, & si quæ ejus generis alia. *C.* 3. ubi DD. *c. quia circa. &* ibi *Canon. ext. de consang. & affinit.* Simoniæ, *tot. tit. ext. de Simon.* hæreseos, *c. ad abolendam, c. excommunicamus. ext. de hæretic. in* 6. Decimarum, *c. tua seqq. ext. de decim.* & multa alia, quæ Hostiens. *in summ. sua de for. compet. num.* 11. *enumerat.* etiam in Laicos sibi Ecclesiastici adsciscunt, & ad suum forum pertrahunt: tametsi ex his quædam mixti fori esse permittant. Quæ autem mere sunt

spiri-

spiritualia, ut sunt sacri ordines, consecrationes, functiones Ecclesiasticæ, sacramentorum administratio, & id genus alia, negat unquam ad Laicalem superioritatem pertinere posse. Cum itaque eo loci nullus alius ordinarius ostendi queat Ecclesiasticus, præter Archiepiscopum Trevirensem; ex eo consequens esse concluditur, Jus superioritatis totum in spiritualibus ad Archiepiscopum pertinere, neque id in restitutionem venire.

116. Neque ad rem facit, quod patronatus Jus in restitutionem veniet; uti probatur per Documentum *sub num.* 15. & per ea, de quibus in resolutione primæ quæstionis: quia hoc Jus etsi annexum est spiritualibus, *c. de jure ext. de jur. patronat.* non tamen ita spirituale est, quin Laicorum etiam esse possit, *c.* 1. *c.* 3. *c. quod autem. c. illud c. cum Laici. c. cum autem. c. pastoralis. ext. de jur. patron.* neque huic illa, quæ spiritualia sunt, sed hoc patronatus Jus spiritualibus, ut diximus, annexum est *d.*
117. *c. de jure* propter Jus patronatus restituendum, nihil eorum, quæ spiritualia sunt, & ad Ecclesiasticam superioritatem spectant, ad Comites in Seyn & Wittgenstein redire potest. Cui
118. accedit quoque rei ac personæ incapacitas, ut per se patet, & *ex c.* 1. *c. denique hi c. seqq.*
119. *distinct.* 96. Nec quicquam debetur patrono aliud, quam vulgaribus hisce versiculis exprimitur:

Patrono debetur honos, onus, emolumentum.
Præsentet, præsit, defendat, alatur egenus.

de quibus Hostiens. *in summ. de jur. patronat.*
120. *n.* 3. ubi eos explicat. Præsentat itaque tantum, ut instituatur de beneficio, quem præsentavit: ipsemet patronus, Laicus, nullum instituere potest sub pœna excommunicationis, *c. præterea, c. relatum de jur. patronat.*

121. Moribus etiam antiquis Germaniæ Ecclesiasticam jurisdictionem in prædictis causis non ad secularem territorii Dominum, sed ad Metropolitanum, vel diœcesanum cujusque Principis, Comitis & Baronis ante mutatam in Germania religionem pertinuisse, plusquam manifestum est ex historiis & ipsa rei evidendentia: tum etiam ex Constitutionibus de pace religionis & concordatis Germaniæ: tum ex Principum Germaniæ, maxime Protestantium gravaminibus. Quæ tantum ad hanc rem allegasse satis est.

122. Nec dubitatur propter loci vicinitatem, Ecclesiasticam jurisdictionem pertinere ad Archiepiscopum, Lancello Conrad. *in templo Judic. lib. 2. c.* 1. 2. 3. 4. 5. *quæst.* 1. Clar. JC. Tob. Paurmeister. *de jurisdict. Imp. Roman. lib.* 2. *c.* 7. *n.* 113. 114. 115. maxime cum ea non iisdem terminetur limitibus & finibus, quibus territoria secularia finiantur, *c.* 1. *dist.* 99. *c.* 1. 2. *c.* 3. *c. fin. distinct.* 80. *cum dilectus c. cum venerabilis ext. de relig. domib.* & nulli Episcopatui vel Archiepiscopatui vicinior sit, quam Trevirensi. Ideoque ut alias etiam generalitas Jurisdictionis seu superioritas, quam vocamus die Fürstliche, oder hohe Landes-Obrigkeit, quam Principes & Comites indubitato in suis Principatibus & Comitatibus habent, se non extendit ad monasteria, templa, Basilicas, & Clericos illius Principatus & Comitatus, sed Archiepiscoporum & Episcoporum, in quorum diœcesi existunt, potestati ac jurisdictioni subjiciuntur, Tob. Paurmeist. in suo aureo *tract. de jurisdict. lib.* 2. *cap.* 8. *n.* 64. *&* *c.* 7. *n.* 26. 29. 30. 31. *& seqq.* Imo Laici etiam in spiritualibus, *c.* 1. *c. Valentinianus* 62. *dist. clem. dispensiosam, de jud.* Marant. *in specul. suo tit. de ordin. jud. dist.* 13. *n.* 5. Ita nec hoc casu Archiepiscopus ab hac Ecclesiastica excluderetur, etiamsi de seculari superioritate omnis cessaret disputatio. Quod enim mutatum esse non probatur, stare non 123.
prohibetur, *l. sancimus, C. de Testam. l. præcipimus. C. de appellation.* Atque hæc de superioritate Ecclesiastica.

De seculari quin & illa cedat saltem in ge- 124.
nere & generalis territorii Jure Dn. Archiepiscopo, nec ea in restitutionem veniat, non solum superiora, sed & plura alia dubitare vetant. Inprimis vero, quod reperitur Archiepiscopus in possessione vel quasi der Erb- und Land-Huldigung, der *Appellation*, der Folg zu Landtagen, Land-Reichs-Steuren. Hæc enim esse symbola & argumenta 125.
supremi territorii Juris, vel saltem generalis, late probat Andr. Knichen *in comment. de Jur. Duc. Saxon. provoc. nesc. in verb. Ducum Saxoniæ, c.* 5. *&* *de sublim. territ. Jur. c.* 3. *n.* 240. *&* *multis seqq.* nec non Andreas Gail. *de Arrest. c.* 7. *n.* 10. 11. 14. præsertim in territorio alieno, idem Andr. Knichen *d. tract. de sublim. territ. Jur. c.* 2. *&* *c.* 4. *passim.* Atque his actibus probari superioritatem vel saltem generalem jure universalis territorii ejusve possessionem vel quasi ex Anton. Natta *Cons.* 204. *num.* 4. cum citra jus & nomen territorii & jurisdictionis vel saltem generalis exerceri non queant, *arg. l. pro hærede* §. *Papinianus, ff. de acquir. hæred.* asserit Andr. Knichen. *in tract. de sublim. territ. jur. d. c.* 3. *n.* 201. *&* *seqq.* Et actus sint proportionabiles superioritatem illam inferentes: Knichen. *d. c.* 3. *n.* 200. *post* M. Anton. Petr. de Petra *de fideicommiss. qu.* 12. *n.* 436. quod & Andr. Gailio de *arrest. c.* 7. *num.* 14. & in specie von der Erb- und Land-Huldigungs-Pflicht, Andr. Knichen *d. comment. de Jur. Duc. Saxon. d. c.* 5. *circa finem, & de sublim. territ. jur. c.* 3. *n.* 240. *&* *seqq.* Esse autem Archiepiscopum Electorem in possessione vel quasi der Land-Huldigung, liquet ex multis circumstantiis, ipsaque facti evidentia, & Scabinorum Vallendariensium decreto sub *N.* 34. nec non ex proposita facti specie.

De appellatione illud asserit Knichen. *d. c.* 3. *n.* 271. *&* *seqq.* nec non etiam Andr. Gail. *d. c.* 7. *n.* 14. post Matth. de Afflict. *decis.* 265. *n.* 10. Mandell. *cons.* 62. *num.* 8. *&* 64. *cons.* 111. *n.* 29. *l.* 1. Anton. Quett. *cons.* 71. *n.* 2. Alvar. Valasc. *de Emphyt. qu.* 8. *n.* 30. *&* 31. quia hæc ad summam Jurisdictionem pertinet, 126.
authore Baldo *in auth. quas actiones, num.* 4. *C. de SS.*

de SS. Eccles. Alvar. Valasc. *dict. num.* 30. Et etiam quoad Appellationes administrando Justitiam constituitur in quasi possessione Jurisdictionis, Bald. *ad l.* 3. *C. de naturalib. liber.* Dec. *cons.* 458. *n.* 34. maxime vero superioritatis, si, ut hoc casu, per appellationem aditus
127. cognoscat ac procedat: quia nonnisi ad superiorem tendit appellatio, *l.* 1. §. *si quis in appellatione. ff. de appellat. Novell.* 23. *de appellat.* §. *illo videlicet c. anteriorum.* §. *illo videlicet* 2. *q.* 2. *c. placuit.* 2. *q.* 6. Petr. Gregor. *de appellat. lib.* 4. *c.* 1. Andr. Gail. *dict. c.* 7. *num.* 14. *de arrest.* Ideoque appellans hoc ipso superiorem suum hunc esse fatetur, ad quem provocat, & qui Judex appellationi defert, hoc ipso etiam Judicem ad quem, superiorem agnoscit. Anton. Quett. *d. Cons.* 71. *n.* 2. Esse etiam, quoad appellationes in possessione vel quasi, & quidem solum Electorem Archiepiscopum, ejusque Dicasterium, quod est Confluentiæ, **das Chur-Trierische Hoff-Gericht zu Coblentz,** non negatur in proposita facti specie: tametsi ad tempus causæ amicabiliter sint compositæ, ut jam dudum appella-
128. tionem interponere opus non fuerit. Sed id possessionem vel quasi in hoc jurisdictionis genere non tollit, *arg. l. & Aficilinus ff. de servitut. rusticor. prædior.* Bart. *in l. cum scimus. C. de agricol. & cens. lib.* 11. *& in l. in filiis. C. de decurion. lib.* 10. *per illum text.* Nam qui sine sua culpa jure aliquo non utitur, sed ab alio impeditus, vel quod casus non evenit, non est in mora, nec ea causa, ut admittat juris sui quasi possessionem. Francisc. Balb. *de præscript. part.* 4. *part.* 5. *princip. quæst.* 4. *num.* 3.

129. Sic & **Folg zu Landtagen,** sive quod ad indicta Comitia provincialia vocati comparent, argumentum & symbolum subjectionis esse, eumque superiorem territorii Dominum comparentes agnoscere, qui eos vocavit, & ad cujus vocationem comparuerunt. Andr. Gail. *d. c.* 7. *num.* 14. pro indubitato habet, & post Matth. de Afflict. *d. decis.* 265. *n.* 10. idem asseverat Andr. Knichen *de sublim. territ. jur. c.*
130. 3. *n.* 269. ut & collectas tum provinciales tum imperiales eo iidem referunt, Gail. *d. c.* 7. *n.* 14. Andr. Knichen *d. c.* 3. *n.* 310. *cum multis seqq. & de jur. Duc. Saxon. dict. c.* 5. *in verb.* **Steur, Folge.** Est enim ejusmodi provincialis collecta impositio una ex regalibus, Jacobin. de S. Gregor. *in sua investitur. verb. cum mero & mixto imperio, n.* 16. *& in verb. qui quidem investitus, n.* 75. *& de homag. n.* 35. *& seqq.* Bartol. *cons.* 180. Dico, inquit, quod collectam generalem Cameræ fiscali applicandam nemo potest imponere sine permissu Principis. Quibus verbis indicat: Etsi alias etiam inferiores, puta unaquæque civitas & universitas pro necessitate sua collectam suis indicere potest, *l.* 1. §. *quodsi nemo ff. quod cujusque univers. nom. l. omnes. C. de oper. public.* & hactenus de regalibus non est, Bartol. *in l. placet, n.* 13. *C. de SS. Eccles. & in l. unic, n.* 2. *C. de superindict. lib.* 10. *& in l. n.* 24. *C. de mulierib. lib.* 10. *& ad l.* 4. §. *actor. ff. de re judic.* ubi Jason. Borcholt. *ad c. unic. n.* 53. *versicul. sed his & similib. quæ sint regal.* Si tamen imponatur ad usum generalem Cameræ fiscalis, utique de regalibus est: quia sine permissu Principis regalia habentis imponi non potest: ut etiam Johann. Borcholt. *ad dict. c. unic. num. quinquagesimo quarto declarat.* Et generaliter, quod collecta & superindictio, quæ jure magistratus indicitur, de regalibus sit, voluit Ægid. Thomat. *de collect.* §. 2. *num.* 23. Natta *Consil.* 185. *num.* 4. Wesenb. *cons.* 45. *num.* 8. *& sequent.* idque post multos alios receptius esse dicit Henric. Rosenthal. *de feud. c.* 5. *concluss.* 74. *num.* 1. 4. *&* 6. Collectam autem illam, de qua controversia est, non pro necessitate & usu privato inferiorum, sed ad usum Cameræ fiscalis Trevirensis indictam esse, indicio est, quod rationes de iis ex Archivo Archiepiscopali proferri volunt, tum ex eo, quod sub *n.* 20. *&* 21. Archiepiscopus scribit; sibi contributionem factam esse, pro liberando Archiepiscopatu a plerisque oneribus & debitis; quæ utique principalis ærarii & fisci onera fuere.

Sed nec de publica edictorum monetalium 131.
ac similium propositione, **Anschlagung öffentlicher Edicten und Mandaten von Münz und dergleichen** &c. nos dubitare sinit idem Andr. Knichen *d. c.* 3. *n.* 285. *& seqq.* ubi ex Johann. Cephal. *cons.* 458. *num.* 48. Raudens. *resp.* 2. *n.* 241. *resp.* 3. *n.* 55. Petr. de S. Petr. *de fideicommiss. d. quæst.* 12. *n.* 401. & aliis asseverat, per ejusmodi dictorum propositionem probari naturalem & actualem quasi Jurisdictionem: quod & Menoch. *cons.* 1000. *n.* 6. circa superioritatem approbat. Quæ actualis 132.
possessio vel unico actu probatur: quia & unico actu acquiritur, *l quæsitum, ff. de aq. quotidian. & æstiv. l. fin. ff. quemadm. serv. amitt. c. consultationibus, ext. de jur. patronat.* Innocent. *ad c. bonæ, c.* 2. *ext. de postulat. prælat. per c. cum de beneficio de præbend. in* 6. Panorm. *ad c. cum Ecclesia Sutrina, per illum text. ext. de caus. possess. & propriet. & ibid. gloss. in verb. trium vers. sed quid si semel.* Non enim 133.
hi actus sunt de genere eorum, quæ solent facile concedi, ne quidem ratione amicitiæ vel familiaritatis, ut nec actus præsentandi & eligendi familiaritatis jure concedi solent. Hier. Schurff. *consil.* 87. *n.* 7. *cent.* 2. Johann. Petr. Ferrar. *pract. in form. libell. action. confessor. verb. plenam & omnimodam n.* 11. Dec. *cons.* 117. *n.* 7. *vers. quod autem.* Andr. Knich. *de sublim. territ. jur. c.* 3. *num.* 137. *& sequent.* in terminis nostris differens ex Cephal. *Cons.* 681. & Fabio de Anna, *Cons.* 80. *n.* 13. Nec obstat, quod Camill. Borell. *Cons.* 10. *num.* 21. 134.
& 22. post multos alios, atque ipsemet etiam Andr. Knich. *d. c.* 3. *n.* 162. *& seqq.* plures actus, & ad minimum binos requirunt. Hoc enim conceditur verum esse, si sint actus tales, qui solent familiaritatis & amicitiæ jure quandoque concedi, Hieron. Schurff. *dict. Cons.* 87. *n.* 7. vel si ad diversam jurisdictionis speciem extendi velint, secundum Raudens. *resp.* 32. *n.* 72. *&* 73. ut id ex Raud. & Ticin. collegio asserit & explicat idem And. Knich. *d. c.* 3. *n.* 162. 163. 164. vel si alius sit in possessione totius territorii. A. Knich. *d. c.* 3. *n.* 168. At plures quam unus actus horum omnium allegantur & concedi

videntur: Ut ideo de possessione vel quasi Archi-
135. episcopi non sit dubitandum. Magnum autem possessionis vel quasi commodum est, §. *commodum. Iust. de interd.* eoque non solum probatio contrarii in adversarium transfertur, *l. fin. C. de rei vind. l. sive possidetis. l. cum res. C. de probat.* Verum etiam possessor pro Domino ejus, quod possidet, habetur, *dict. l. fin. d. l. cum res l. ob maritorum.* C. *Ne ux. pro Marit.* Menoch. *de præsumt.* 3. *præsumt.* 100. *num.* 5. *& lib.* 6. *præsumt.* 63. *n.* 11. fructusque interim perceptione suos facit, *l. qui scit.* 25. *in pr. in fin. ff. de usur. l. si quis a non domino. ff. de rei vind.*

136. Septimo, si regali jure ac superioritate, seu cum dignitate illa regali, quæ dicitur **hohe Land-Obrigkeit, oder Herrlichkeit**, hunc districtum Vallendar Comites in Sayn & Wittgenstein haberent & possiderent, procul dubio titulo hujus Baroniæ uterentur, seque nuncuparent, nuncuparique antiquitus curassent, Barones sive Dominos in Vallendar: sicuti se scribunt & nominari faciunt, Dominos in Hom-
137. burg &c. Baroniæ enim & Comitatus, si cum dignitate Baronali & Comitali competant, feuda censentur titulata a dignitate illa, quam habent annexam, quemadmodum elicitur ex Laudens. *ad c. un. n.* 30. *de his qui feud. dar. poss.* Wes. *de feud. cap.* 4. *n.* 3. Andr. Knich. *de Jur. Duc. Saxon. in verb. Ducum Saxoniæ. c.* 4. *fol. mihi* 120. Rosenth. *de feud. c.* 2. *concluf.* 1. *n.* 4. *vers. quia sunt feuda titulata.* At titulo hoc non utuntur, neque usi sunt. Non ergo credendum est, hunc districtum regali territorii jure possidere, vel in feudum habere.

138. Octavo, testes sunt locupletissimi Matth. de Afflict. *ad c.* 1. *num.* 6. *quis dic. Dux. March. Comes.* Et Carol. Molin. *in consuet. Paris.* §. 19. *gl.* 2. *in verb. Droict. d' Aineſſe. n.* 6. *mihi fol.* 321. *in edict. Lugdunens.* quod etsi Baroniæ feuda sint dignitatis alicujus, non tamen regalis, nec illius excellentioris dignitatis, cujus sunt Ducatus, Marchionatus, Comitatus, nempe ut regio territorii Jure, quod superioritatem & **Land-herrliche**, sive **hohe Land-** & quandoque **Landfürstliche Obrigkeit** vocamus, gestiant atque emineant. Imo vero nullam Baroniam regalem annexam habere dignitatem, *exc.* 1. *quis dicatur Dux.* & plerisque autoritatibus probat. Fulv. Pacian. 2. *de probat. c.* 37. *n.* 15. *in fin.* 6. 7. *& seqq.* ubi inter regales dignitates non enumeratur, testaturque Nicol. Boër. *de autor. magn. cons. n.* 111. *vs. qui Marchio*, & Curt. Jun. *de feud. part.* 2. *ubi de feud. Laicor. n.* 3. *&* 4. Barones esse infra Comites, & sic tantummodo nobiles nullam majorem di-
139. gnitatem habentes. At jus superioritatis est regale quoddam, & regalis potestas a regali dignitate dependens, ut ex Andr. Knich. *c.* 1. & supra citatis constat. Superioritas igitur territorialis nulla Comitibus in Sayn & Wittgenstein, tanquam Baronibus in Vallendar, competere potest, sed ut alii alicui subsit jure superioritatis illius, necesse est. At quis alius ostendi potest potentior vicinus, ad quem pertinere queat, quam Archiepiscopus & Elector Trevirensis? Huic igitur superioritatem ut attribuamus, consequens esse videtur.

140. Nono, ut superioritatis dignitatem Comes vel Baro, aut quis alius de aliquo districtu investitus habeat, quæ regalis est, & sublime territorii Jus vocatur, duo copulative concurrere requiruntur: unum, ut in feudum detur, aut concedatur ab eo, qui superiorem non recognoscit, ut est Romanus Rex sive Imperator: alterum, ut expresse detur vel concedatur, cum regali dignitate: quemadmodum non regale est, 141.
quod dignitatis illius est expers, aut ab eo conceditur, qui superiorem recognoscit. Jul. Clar. *de feud. q.* 10. *per c.* 1. ubi laud. Alvar. *n.* 1. & alii, *de feud. March.* Franc. Curt. Jun. *de feud. p.* 1. *q.* 8. *n.* 4. Zas. *p.* 2. *de feud. n.* 1. *& p.* 5. *n.* 1. *& seqq.* Henr. Rosenthal. *de feud. d. c.* 2. *concl.* 1. *n.* 3. *& ibi alleg. in gl. lit. D.* Anton. Petr. de Petr. *in tract. de fideic. n.* 555. *& multis seqq.* Imo ne minimum quidem Jurisdictionis tale feudum habet, si Alv. Valasc. *de emphyteus. q.* 8. *n.* 21. *&* 22. credimus, qui ideo dicit, 142.
Principem habere intentionem fundatam contra omnes, qui prætendunt habere Jurisdictionem in ipsius regno vel principatu, ut teneantur concessiones sibi factas ostendere.

Hoc autem feudum Vallendar non recogno- 143.
scunt ab Imperatore, vel Rege Romano, aut quo alio Principe superiorem non recognoscente, prædicti Dn. Comites in Sayn & Wittgenstein, sed ab Archiepiscopo eoque Electore Trevirensi, superiorem, nempe in secularibus Imperatorem, in Ecclesiasticis seu spiritualibus Papam recognoscente.

Sed nec ab Archiepiscopo Electore investiuntur Comites nominatim cum hac regali dignitate, *juxta d. c.* 1. *de feud. March.* sed simpliciter, ut de quolibet alio feudo, ut apparet ex tenore investituræ, sub signatura *n.* 15. 2. Atque ita non unum, sed utrumque requisitum deficit. Non ergo regale feudum censeri debet, *juxta d. c.* 1. *de feud. March. & ibid.* Laud. Alvar. Baro, Afflict. Isern. & alii Feudistæ, ac proinde Jus territorii supremum sibi frustra Dn. Comites adsciscere.

Quinimo Comites & Barones de eo jure no- 144.
minatim non investiti, si eam usurpent, & sibi adsciscant, crimen læsæ Majestatis incurrere, A. Knich. *de subl. territ. jur. c.* 1. *n.* 311. scribit.

Decimo, etsi multi contendant, Jurisdictio- 145.
nem non esse de numero regalium: quia non numeretur inter ea, in *c. un. quæ sunt regal. n.* 18. ideoque nec de ea tanquam regalibus judicandum: verius tamen est, merum Imperium regale esse, Rol. a Valle *cons.* 42. *n.* 7. *vol.* 2. Zas. *de feud. p.* 5. *n.* 11. Men. *de præsumt.* 3. *præs.* 97. *n.* 27. *& seqq.* Ægid. Bosi. *tit. de aq. & flum. n.* 13. Nic. Mozz. *de feud. tit. de his, qui feud. dar. poss. n.* 13. inprimis vero sublime territorii Imperium supremamque Jurisdictionem, **die hohe Obrigkeit, oder Land-Obrigkeit**, secundum Bart. Bald. Jas. & alios, *in l. Imperium ff. de jurisd. omn. jud.* Bald. *in c. intellecto. ext. de jurejur.* Jacobin. de S. Georg. *in investit. verb. cum mero & mixto imperio*: quod teste Seysell. *de feud. tit. qui feud. dar. poss. vs. & hæc regalia & seqq. mihi fol.* 118. *& seqq.* Joh. Borch. *ad c. un. n.* 20. *quæ sunt regal.* Hieronym. Cagnol. *ad dict. leg. Imperium* 3. *num.* 157. *&* 158. *ff. de Jurisdict. omn. judic.* ejusmodi regale est, quod non est in marsupio Principis, sed Sacrosanctorum numero continetur,

Roland.

Roland. a Valle *dict. cons.* 1. *n.* 115. *vol.* 2. *ex* Bald. *in d. c. intellecto.* Panorm. *in c. cum non liceat ext. de præscript.* Cagnol. *ad dict. l. Imperium* 3. *num.* 157. *&* 158. Joh. Borch. *ad d.*
146. *c. un. num.* 20. Regula autem est, regalia, præsertim ea, quæ supremam potestatem concernunt, non posse a regia potestate separari: quia ossibus ejus inhærent: ideoque nec concessione regalium generali venire, Luc. de Penna *ad l.* 1. *in pen. col. C. de privileg. schol. lib.* 12. *& ad l.* 1. *C. de veteran. lib.* 1. Lofred. *ad c.* 1. §. *filii, si de feud. defunct. milit. vers. postremo & cons.* 24. Nicol. Boër. *decis.* 50. *num.* 10. 11. 12. *&* 13. Johann. Anton. Lavar. *cons.*
147. 34. *num.* 1. cui regulæ standum est, nulla in contrarium apparente exceptione, per Jason. *ad l.* 2. *num.* 33. *ff. si quis in jus vocat. non ier.* Dec. *post gloss. mag. ad l.* 1. *num.* 6. *ff. de reg.* Wesenbec. *cons.* 7. *num.* 7. Fulv. Pacian. 1. *de probat.* 8. *num.* 12. *& c.* 52. *n.* 5. Jos. Mascard.
148. *de probat. conclus.* 1261. Nec est ulla hujus regulæ limitatio, Johann. Anton. Lavar. *dict. cons.* 34. *num.* 1. nisi Princeps in specie ex certa scientia & motu proprio concessisset, Nicol. Boër. *dict. decis.* 50. *n.* 13. hac addita ratione:
149. quod semper regalia, præsertim majora intelligantur reservata esse Principi, quantumcunque concessio sit generalis & generalissima, autore Alberic. de Ros. *ad L. quoties. C. de precib. Imper. offer.* Joh. Monach. *ad c. generali. vers. regalia. de elect. in* 6. Bald. *ad c.* 1. *vers. item oppono Episcop. Abbat.* Nulla igitur harum apparente, statuendum est, supremum Imperium, supremamque Jurisdictionem tacite reservatam esse Principi, nec eam in hanc concessionem venire, neque diversum suadere potest, quod sub *Num.* 2. 1. *&* 2. 2. dicitur: Transferimus etiam in ipsum Engelbertum & suos hæredes, omne jus, quod in prædictis bonis nobis aut nostris hæredibus competit, vel competere videbatur quomodolibet, nec etiam quod sub *Num.* 14. *&* 15. ac passim
150. fit mentio, **Gericht und Recht ꝛc.** Nam ut modo probatum est ex Nicol. Boër. *d. dec.* 50. *n.* 17. Joh. Monach. *ad d. C. general.* & aliis, ne quidem generalissima concessio eo extendi
151. debet: & vox **Gericht und Recht,** perinde ut jurisdictio, tam in specie quam genere, ut notant omnes *ad L.* 1. *& L.* 3. *ff. de jurisdict. omn. jud.* verificatur, & tam de inferiore & media jurisdictione, quam suprema potest intelligi, Rosenth. *de feud. c.* 5. *concluf.* 7. *num.* 1. Mynsing. *respons.* 3. *num.* 20. 21. 23. 24. *cent.* 2. *decad.* 13. Matth. Coler. *de process. execut. part.* 2. *c.* 1. *num.* 105. & deinceps. At
152. quando vox aliqua & genus & speciem complecti potest, semper in specie, veluti potentiore & magis propria significatione, non in genere accipienda est, *L.* 1. §. *is qui navem. ff. de exercit. act. L. si de certa. C. de transact. L. legatorum* §. 1. *ff. de legat.* 2. §. *sed jus civile, vers. sed quoties non addimus nomen. Instit. de jur. natur. gent. & civil. L.* 3. §. *hæc verba ff. de negot. gest.* Wesenbec. *cons.* 95. *num.* 12.
153. qui *ibid. num.* 15. asserit, Verbum **Gericht,** quandoquidem tam in genere, quam in specie sumi queat, Paul. Matth. Wehner. *in Observ. Cam. verb.* **Gericht, Ober-Gericht ꝛc.** pro simplici potius jurisdictione in investitura accipi oportere, per *L.* 1. *l.* 2. *l.* 3. *l.* 4. *ff. de jurisdict. omn. Judic.* Quo etiam argumento in hac ipsa materia utitur Roland. a Valle *dict. Cons.* 42. *num.* 11. *vol.* 2. quoniam ubi verbum, inquit, simpliciter prolatum potest capi in genere & in specie, debet capi magis in specie, & non ut genus: textus est, ubi hoc notat Bart. *in L. hoc legatum ff. de leg.* 3.

Undecimo, in dubio ea est eligenda Inter- 154.
pretatio, quæ minorem inducit obligationem, *L. semper in obscuris* 9. ubi DD. & Cagnol. *num.* 12. *ff. de reg. jur. L. fin. ff. de prætor. stipulat. L. si quid venditor. in fin. ff. de ædilit. edict. L. qui concubinam.* §. *cum ita. ff. de legat.* 3. Dec. *cons.* 423. *num.* 8. Aym. Cravet. *cons.* 929. *num.* 34. qui ex eo, quod Dec. *consil.* 403. *num.* 8. dicit: verba stipulantis dubia debere intelligi, ut minus obligent debitorem, quam fieri possit: infert, quod ea, quæ in significatu majore & minore intelligi queunt, ad minorem in stricta materia (cujusmodi jurisdictionalia sunt, Jason. ad *dict. L. Im-* 155.
perium. 3. *num.* 24. *ff. de jurisdict. omn. Judic.*) referenda sunt, per *C. fin. ext. de præbend. cap. cum illis c. quamvis eod. in* 6. maxime si etiam hoc minus multum utile est, & prodest stipulatori, minusque nocet promissori. Hieron. Cagnol. *ad dict. l. semper in obscuris. num.* 12. *&* 13. id autem hic evenit, si omnia illa, quæ enumerantur, regalia & jurisdictionalia, *sub Num.* 13. *Num.* 14. *&* 15. aliisque locis in proposita facti specie & adjunctis documentis, de minoribus & iis, de quibus in *C. unic. quæ sunt regal.* quæque salva suprema potestate, salvoque imperio territorii regio, eoque sublimi, Comitibus competere queunt. Ita enim accipiunt, quod ipsis prodest plurimum, utileque multum est, ac minus nocet Dn. Archiepiscopo investienti ac restituenti.

Quod duodecimo vel ideo amplectendum 156.
erit: quia castro vel territorio in feudum dato una cum omni Jurisdictione & Imperio, **mit Herrschafft, ober- und unter- oder tieffen Gericht,** etsi quidem omnimoda Jurisdictio concessa esse intelligatur, per *L.* 1. §. *cum urbem,* ubi Bart. *ff. de off. præfect. urb.* Bald. *in L. si quando circa fin. C. de bon. vacant. lib.* 11. *& in L. cum multa. C. de bon. quæ lib.* idem Bald. *cons.* 245. *vol.* 3. Alex. *ad L.* 3. *in pr. ff. de acquirend. possess.* Jason. *in L. fin. ff. de constitut. princip.* Tiber. Decian. *resp.* 43. *num.* 1. *vol.* 1. Ludolph. Schrader. *de feud. part.* 3. *c.* 4. *num.* 33. *& seqq.* adeoque etiam merum imperium, Bald. ad *c.* 1. *n.* 5. Alvar. *n.* 4. *de capit. qui curiam vend.* Alex. *n.* 33. Jas. *n.* 15. Dec. *n.* 43. *ad L.* 1. *ff. de jurisd. omn. Jud.* Jas. *cons.* 45. *n.* 5. *cons.* 102. *vol.* 1. *per gl. notab. in clem.* 1. *verb. omnimodam de foro compet.* Tib. Dec. *resp.* 43. *n.* 3. *vol.* 3. verumtamen ea tantummodo Jurisdictio; illud tantum imperium merum, quod castro & territorio illi inhæret & cohæret, concessum esse intelligitur. Did. Covarr. *in C.* 1. *pract. qu. concl.* 9. J. Borcholt. *de feud. c.* 6. *n.* 33. secutus Tib. Dec. *resp.* 43. *n.* 1. *& seqq. vol.* 3. Alex. *in d. l.* 1. *n.* 33. *de jurisd. omn. jud.* Rol. a Valle *cons.* 42. *n.* 30. *vol.* 2. cum quo hanc etiam communem esse affirmat,

tum & Men. *de præsumt. 3. præs. 97. n. 33.* quæ vero Jurisdictio, quodque Imperium castro vel territorio non inhæret, neque cohæret, sed personæ non intelliguntur concessa. Bald. *ad c. 1. n. 7. de allod.* Alciat. *n.* 103. & Longovall. *num.* 204. *ad d. l. Imperium 3. ff. de jurisdict. omn. Judic.* Alvarot. *ad c. 1. num. 4. de Capitan. qui curiam vendid. præpos. in prælud. feud. n.* 56. & rursum Bald. *ad c. quanto num. 5. in fin. ext. de judic.* Paris. *cons. 8. num. 4. vol. 1.* Menoch. *de præsumt. d. præsumt. 97. num. 1. & seqq. num. 24. & seqq.* Nicol. Mozz. *de natur. feud. num. 26. per L. 1. ff. de offic. ejus, cui mand. est Jurisdict.* Joh. Borcholt. *ad d. c. 6. n. 35. vers. nam si merum & mixtum.* Nam
157. quæ Jurisdictio castro vel territorio non cohæret, ideo non intelligitur concessa, quia ratio ejus concessionis cessat: quæ est, quod castrum illud & territorium illud est tanquam caput, cui ut digniori Jurisdictio & Imperium cohærent, veluti membrum suo corpori, Bal-
158. dus *in C. un. de allod.* Membra autem a suo corpore separanda non sunt, *c. cum non liceat. ubi* Felin. *ext. de præscript. l. cum in diversis ff. de relig. & sumt. fun.* ut, cujus est caput, ejus quoque sint membra, Joh. Borch. *d. c. 6.*
159. *n. 35.* atqui suprema Jurisdictio, supremumque Imperium, de quo nobis controversia est, non videtur castro vel territorio ut capiti inhærere, sed in persona Principis residere. Nicol. Böer. *d. decis. 50. n. 11. 12. & 13.* ejusque ossibus inhærere, ut cætera regalia majora, Joh. Anton. Lavar. *dict. Cons. 34. num. 1.* post Luc. *de pen. in d. l. 1. col. penult. C. de privil. schol. lib. 12.* nequeant ab ejus potestate separari. Joh. Anton. Lavar. *d. Cons. 34. n. 1.* Non ergo intelligitur superioritas concessa, per verba investituræ illa, **mit Herrschafft und Gericht** *&c.* sed nihilominus apud investientem remansisse.

160. Decimo tertio tam ab ipsismet Comitibus, quam incolis & civibus Vallendariensibus, Dn. Archiepiscopus Elector vocatur, Clementissimus Dominus, **gnädigster Herr** *&c.* & sic Dominum esse suum agnoscunt: quod signum subjectionis alicujus est, Petr. Anton. de Petr. *de fideicommiss. quæst. 12. n. 409.* sibique multum secundum quosdam præjudicant Principes, Comites, Barones, Nobiles & alii, qui in epistolis & precibus alii Principi porrectis profitentur, eum esse Dominum suum clementem vel clementissimum: quia hoc ipso videntur profiteri, se ejus esse subditos: eaque professio
161. tantæ efficaciæ esse, ut revocari nequeat, *L. cum precum C. de liber. caus.* Riminald. *cons.* 233. *n. 31.* nec a tali confessione liceat recedere, *l. generaliter C. de non num. pec. C. per*
162. *tuas, ext. de probat.* quia major est quolibet publico Instrumento, & quibuscunque depositionibus testium, Hippol. Rimin. *dict. cons.* 233. *num. 32. qui n. 33. ait.* ubi confessio est, ibi relaxatio est omnis probationis, probatque contra profitentes & supplicantes & successores eorum, etiam in alio Judicio & inter alias personas, Capyc. *decis. 71. n. 1.* Andr. Knich. *de jure superior. c. 3. n. 266.*

163. Decimo quarto *Num. 2. 1. & 2. 2. N. 11. N. 13. N. 14. N. 15. 1. & 2.* & passim nullibi intitulatur **Herrschafft**, vel Baronia, sed simpliciter appellatur **Veste und Dorff zu Vallendar, mit den Dörfferen, Weitersberg, Hurle, Veldershausen, Cudelbach, Hirscheid** *&c.* quibus innui videtur, non jure universalis alicujus territorii vel provinciæ, quæ jus Principis vel Baroniæ habeat, concedi, sed veluti jure castri, certorumque pagorum. Castri autem, villarum, pagorum, aliorum- 164.
que in feudum concessio, etiamsi cum jurisdictione omnimoda facta sit, non intelligitur facta titulo universitatis, vel alicujus territorii universalis per se existentis, sed veluti rei particularis, quæ universali alterius Dominio ac potestati subest: puta centenicæ superioritati, cui subest **der Dorffs-Herr, und Dorffs-Herrschafft**, qui & **Vogtey-Herr**, hoc est, loci Dominus, per ea, quæ refert & observat P. Matth. Wehner. *in pract. observ. verb.* **Vogtey**, *& verb.* **Zennt**, *&c.* Et ejusmodi vocan- 165.
tur vulgo **Land-Güter**, quæ subsunt superioritati, vocaturque **Landsasserey**, de qua Meichsn. *tom. 2. par. 2. decis. 8.* Andr. Gail. *de arrest. c. 7. n. 14. & in actis* **Ortenburg** *contra* **Beyern**, Petr. Matth. Wehner. *in observ. Cameral. verb.* **Landsasserey**. Sic Autor voti *in symphor. tom. 1. part. 2. tit. 6. vot. 1. n. 42. fol. 42.* indicat, sub verbis **Dorff** & **Dorff-Gericht**, non designari territorium, neque sub ea appellatione intelligi posse territorii concessionem, cui materialiter insit summum imperium & jurisdictio.

Neque obstat, quod Comites in Sayn & 166.
Wittgenstein immediate sunt sub Imperio & Imperatore, ac status Imperii: Nam nihilo- 167.
minus quoad bona, quæ in alieno possident territorio, seu quoad **Land-Güter**, possunt esse alterius Principis subditi: Andr. Gail. *de arrest. c. 6.* Andr. Knich. *de jure Saxon. provoc. nesc. in verb. Ducum Saxoniæ. C. 6. fol.*
169. diverso nimirum respectu, uti in causa 168.
Ortenburg contra **Beyern** disputatum est, de quo in illis actis & apud Matth. Wehner. *in pract. observat. verb.* **Landsasserey, und Landsassen.**

Hinc decimo quinto recte sumitur argumen- 169.
tum in hac causa multipliciter a districtu Newmagen: quem etsi Comites in Sayn & Wittgenstein ab eodem hoc Archiepiscopatu cum omnimoda jurisdictione, aliisque pertinentiis & juribus in feudum recognoscunt: attamen superioritas cedit Archiepiscopo, censenturque Domini Comites, quoad illud districtum, **Landsassen**, sive subditi ejus, respectu superioritatis saltem in genere. Ergo etiam de hoc districtu Vallendar idem statuendum erit, idque argumento tum a pari, per *c. ne pro defectu ext. de elect. c. cupientes. eod. in 6.* propter paritatem potentiæ & causæ, quæ in utroque districtu occurrit: quia, quæ in radi- 170.
ce ac causa conveniunt, merito etiam conveniunt in effectu, *L. de quibus ff. de legib.* Et 171.
res, quas nectit paritas æquitatis & identitas rationis, non sunt dispositione juris separandæ. *L. illud 32. ff. ad L. Aquil. gloss. in authent. matr. & aviæ C. quand. mul. tutel. off. fung. por.*

pot. & in L. 1. in fin. ff. solut. matrimon. tum etiam argumento a simili & ab exemplo hoc
172. concludi posse videtur. De similibus enim idem est Judicium, Everhard. a Middelb. in *loc. legal. 13. a simili, num. 3. per cap. inter cæteras ext. de rescript. c. 2. ext. de translat. prælat. cum similib.* esse autem inter hos duos districtus magnam & paritatem & similitudinem, vel ex eo patet: quod utrique vel in ipso Archiepiscopatu existunt, vel proxime adjacent: quod utrique jure directi Dominii sunt Archiepiscopatus: quod utriusque iidem sunt possessores vasalli: quod investituræ sunt pares. Similia autem sunt, quorum est eadem qualitas. Paria vero, quorum eadem est quantitas, Everhard. a Middelb. *d. loc. legal. 13. a similib. num. 5. & in loc. 14. a pari num. 3.*
173. Exemplis etsi quidem judicandum non sit, *L. nemo C. de sentent. & interlocut. omn. Judic.* Hippol. Riminald. *consil. 491. num. 78. cons. 509. n. 48. & 49.* maxime tamen rem declarant, *L. 1. §. quod vulgo ff. de vi & vi arm. L. ut responsum C. de transact. L. damni 3. §. fin. ff. de damn. infect.* Simon de Præt. *cons. 99. num. 20. cent. 2.* & rem quasi digito ostendunt, & tactui quodammodo subjiciunt, Bald. *consil. 347. vol. 1.* Hippolyt. Riminald. *consil. 607. num. 27. per L. 1. ff. de præscript. verb.* & ab exemplo legitimum sumi argumentum ejus, quid fieri judicarive debeat, docet Bartol. *ad d. l. nemo judex 13. C. de sentent. & interlocut. omn. Judic. per cap. alius item 15. quæst. 6.* quidque jure constitutum sit, Clem. *1. de probat.* Innocent. *ad cap. cum Apostolica. verb. datur intelligi. ext. de his, quæ fiunt a prælat. sine consens.* Capit. Alexand. *ad L. 1. num. 12. vers. tertio fallit. in fin. ff. de offic. ejus*
174. *cui mandat. est jurisdict.* Quod maxime inter easdem partes, de eodem rerum genere, ad eundem effectum ita erit, *argum. cap. causam quæ 1. ext. de testib.* ubi Felin. *& L. acta. ff. de re judic. L. cum lit. ff. de Judic. solv. L. jubemus. C. de liber. caus. L. 1. C. de advoc. diversf. judic. L. cum antea in fin. C. de arbit. recept.* Hippolyt. Riminald. *Cons. 416. num. 3.* Francisc. Bursat. *consil. 75. num. 8. & seq.* Johann. Cephal. *cons. 215. n. 56.* Atqui exemplum hoc de districtu Newmagen inter easdem partes sic se habet de eodem rerum genere ad eundem effectum, etiam quoad ditionem Vallendar. Quam ob rem si forte argumentum a pari vel simili non adeo urgeret, ab exemplo tamen hoc casu forte & utile erit, multumque stringens.

Decimo sexto, solus Archiepiscopus & Elector Trevirensis eo loci habet ab Imperatore summam & regalem potestatem, & sic titulum habilem asserendi sibi territorialem potestatem universalem, vel saltem in genere. Contra vero Comites in Seyn & Wittgenstein, quoad districtum Vallendar, eam dignitatem & potestatem ab Imperatore in specie non habent: &, siquam haberent, necesse esset eam nactos esse ab Electoribus, Archiepiscopis Trevirensibus, per investituram vel præscriptionem, aut per quoddam Privilegium vel con-
175. ventionem. Nam hi tantum, non plures modi sunt acquirendi superioritatem illam territorialem regiam. Nempe 1. concessio, puta per investituram, vel quem alium contractum, aut per privilegium: & 2. præscriptio: cui & 3. consuetudinem cum Wesenbec. *cons. 60. num. 3.* adnumeramus, Mynsing. *cent. 5. observat. 29. num. 8.* Andr. Knich. *de sublim. territor. jur. c. 4. num. 21.* Wesenbec. *Consil. 6. num. 2. & 3.* Johann. Schneid. *de feud. c. 2. num. 94. & seqq.* Rosenthal. *de feud. cap. 5. concluss. 10. in princ. & concluss. 17. in princip.* Johann. Borcholt. *de regalib. num. 6. & seqq. per c. super quibusdam. §. præterea.* ubi Interpp. *ext. de verb. signif.*

Quod autem Comites in Sayn & Wittgenstein per neutrum titulum, neutrumque acquisitionis modum, vel ab Imperatore, vel Archiepiscopo Trevirensi nacti sunt hoc jus superioritatis, hoc eo ipso probatur: quia non probatur, quod nacti sint: quippe quod ne- 176.
gativa hoc ipso probata dicitur, quod affirmativa non reperitur probata, maxime quæ præsumtionem juris pro se habet, Tiber. Decian. *resp. 37. num. 20. volum. 2.* Francisc. Herculan. *de proband. negat. num. 44.* Hippol. Riminald. *cons. 673. num. 3. per L. cum pater §. rogo verb. non offenderit. ff. de legat. 1. L. quicunque C. de de apoth. lib. 10.* præsumtionem autem juris pro se hanc habere negativam, patet ex his, quæ supra disputata sunt, nempe 177.
nunquam concedi posse potestatem vel regalia, quin superioritas semper sarta tecta remaneat, & sic majorem sibi reservet Princeps, Andr. Knich. *de sublim. territor. jur. c. 1. num. 316. 317. 318.* ubi dicit: credendum non esse, 178.
Principem fontes suos derivasse foras, ut nihil penes se remanserit, ex Johanne Cephal. *cons. 539. num. 50.*

Decimo septimo, etiamsi aliquis Archiepiscoporum hoc jus Comitibus in Sayn & Wittgenstein concessisset, vel concedere voluisset, ea tamen concessio ipso jure esset irrita ac nulla: quia constat, quod nulla urgente necessitate vel utilitate, absque solennitate formæ in rerum Ecclesiasticarum alienatione necessario observanda, facta esset. Ut enim rerum Ec- 179.
clesiasticarum alienatio & investitura de novo facta consistat, necesse est hæc duo copulative concurrere: veritas causæ & solennitas formæ, *authent. hoc jus porrectum*, ubi DD. *C. de SS. Eccles.* Roder. Suarez *in alleg. 21.* Johann. de Regio *in subscript. consilii.* Frider. de Senis, *quæst. 143. num. 3.* Autor *voti Camer. Symphorem. tom. 4. vot. 3. numer. 31. & 32. fol. 15.* Augustin. Berous *Cons. 58. num. 10. & seqq. vol. 1. per cap. 2. de rebus Ecclesiast. non alien. in 6. clem. 1. eod.* adeo, ut si unum eorum. defi- 180.
ciat, alienatio sit irrita ac nulla. Panorm. *ad C. quæ in Ecclesiarum ext. de Constit.* Dec. *cons. 142.* Roder. Suarez *d. alleg. 21. n. 1.* Nic. Everhard. Jun. *cons. 19. n. 58. vs. non sufficit vol. 2.* Franc. Vivius *dec. 145. n. 2. lib. 1.* causæ veritas nulla potest hic ostendi: quia ex quatuor tan- 181.
tum causis rem Ecclesiæ alienare licet; nempe 1. ob necessitatem æris alieni *c. 1. de reb. Eccl. non alien. 6.* Nicol. Everhard Jun. *d. cons. 19. num. 52. vol. 2.* Augustin. Berous *dict. Cons. 88.*

num. 24. *&* 25. Deinde 2. ob utilitatem Ecclesiæ, *C. ut super. ext. de reb. Eccles. non alien. d. C.* 1. *eod. in* 6. *C. sine exceptione* 12. *quæst.* 2. tum 3tio. ob pietatem sive misericordiam, ut est redemptio captivorum, sepultura fidelium, pauperum alimentatio, *C. aurum ext. de Ecclesiast. ædif. l. jubemus* 14. *C. de SS. Eccles.* & 4to. ob grave incommodum, *C. non liceat Papæ. C. terrulas.* 12. *q.* 2. *d. auth. hoc jus porrectum. §. sicut autem §. item prædium. C. ea enim* 10. *quæst.* 2. Panorm. *ad*
182. *cap. nulli ext. de reb. Eccles. non alien.* ad formæ solennitatem spectat causæ cognitio, Innocent. *ad cap. un. in fin. ext. de Eccles. benef. sine dimin. L. magis puto ff. de reb. eor. qui sub tutel.* & consensus Capituli, *C. sine exceptione* 12. *quæst.* 2. *cap. pastoralis. in fin. ext. de reb. Eccles. non alien. C.* 2. *eod. in* 6. Everhard. jun. *d. cons.* 19. *n.* 59. 60. *&* 63. consentientium subscriptio, Everhard. jun. *d. cons.* 19. *n.* 65. *per cap. si quis presbyterorum ext. de reb. Eccles. non alien.* & authoritas ac ratificatio Superioris, puta Papæ vel Imperatoris, *cap. placuit.* 12. *quæst.* 2. *cap. nullus res* 17. *quæst.* 4. *cap. Abbatibus* 12. *quæst.* 2. *cap. fin. ext. de reb. Eccles. non alien. C.* 1. *& cap.* 2. *eod. in* 6. *ubi* Philip. Franc. *n.* 20. *&* 21. At quæ necessitas, quæ utilitas, quæ pietas, quod incommodum grave fuit, cujus causa hæc alienatio facta fuisset? Ubi causæ illa cognitio? ubi consensus & consentientium subscriptio? irrita igitur esset ista concessio, etiamsi aliqua doceri posset.

Decimo octavo, non est ambigendum, primam investituram, quam Johannes Comes in Sayn & Witgenstein, fratri suo Engelberto, Comiti in Sayn, Domino in Homburg, anno 1294. fecit, per omnia fuisse ejusdem tenoris, cujus fuit radix ac fundamentum ejus, divisio nimirum paternæ hæreditatis inter fratres eodem anno inita, sub *n.* 2. 1. *&* 2. 2. sunt enim hi contractus correspectivi, pactum scilicet divisionis fraternum, & prima investitura Engelberto facta: quia de una eademque re eodem die & tractatu, eodem loco, inter easdem personas, coram iisdem testibus
183. convenerunt, ut constat ex *Num.* 2. 1. *&* 2. 2. & alter propter alterum contractum factus est, per *L. lecta. ff. de reb. credit. si cert. petat. L. quæ onerandæ. ff. quare rer. act. non dat.* Jason. *cons.* 101. *num.* 10. *volum.* 4. *cons.* 45. *num.* 32. nec interest, quod diversis Instrumentis seorsim consistunt: nihilominus enim contractus sunt correspectivi, Bald. *ad L. si duas ff. de excusat. tutor.* per illum textum. Bald. *ad L. in operis ff. locat. conduct. per L. si ventri §. final. ff de privileg. credit.* (*aliis de reb. autor. possid.*) Alciat. *respons.* 35. *n.* 9. *lib.* 8. Johan. Petr. Surd. *cons.* 217. *n.* 7. *vers. qui duo loquuntur.* Andr. Tiraquell. *ad L. si unquam. verb. donatione largitus. num.* 117. *vers. sed & adeo, C. de revoc. donat.* Matth. de Afflict. *decis. Neapolit.* 306. *n. &* 9. 10. *ibid. in addit.* Cæsar. Ursill. *n.* 3. 4. *&* 5. Correspectivi
184. autem contractus ab invicem non separantur, sed alter alteri inest, Jas. *de cons.* 101. *n.* 10. *vol.* 4. nec potest alter ab altero discrepare,
185. ut evitetur correctio in continenti facta, quæ præsumenda non est, Surd. *cons.* 10. *n.* 6. *cons.* 241. *n.* 9. *cons.* 294. *n.* 1. Franc. Vivius *decis.* 508. *n.* 8. 11. 12. Roland. a Valle *cons.* 54. *n.* 7. *vol.* 4. *per gloss. & text. in L. non ad ea ff. de cond. & demonstr. L. cum qui voluntatem ff. de probat. L. cum hi status. §.* 1. *in fin. ff. de donat. int. vir. & ux.* Imo actus sequens intelligitur fa- 186.
ctus in executionem præcedentis tractatus; ideoque ex eo præcedente tractatu regulandus, *L.* 3. *§. verum. ff. de manumiss. L. qui in aliena. L. si is qui putabat. ff. de acquir. hæredit.* Alciat. *de præsumpt. regul.* 2. *præsumpt.* 24. *n.* 1. Cephal. *cons.* 146. *n.* 13. *& seq.* Aym. Cravet. *cons.* 91. *n.* 9. primus autem contractus, nempe divisionis pactum, nihil ultra assignat Engelberto primo investito, quam castrum in Vallendar, cum ducentarum marcarum reditibus annis singulis, excepto jure patronatus &c. Et certe Engelbertus ipsemet sub *Num.* 2. 2. in renunciatione sua adeo hoc extenuare videtur, ut non ipsum castrum, non ipsam ditionem, non prædia, non homines, non jurisdictiones sibi asserat, sed fateatur, sibi ducentas marcas duntaxat assignasse fratrem tollendas & percipiendas in loco prædicto Vallendar, in decimis, hominibus & jurisdictione ibidem, & aliis suis reditibus quibuscunque. Ex quo elicitur, nihil ultra etiam, quam has ducentas marcas annuas in Vallendar, ei per investituram assignatum esse. Quod etiam alibi Archiepiscopus Elector *Lotharius* asseverat, ejus tenoris fuisse investituras veteres, quas Engelbertus, Gothfridus & Salentinus a Johanne, Engelberti fratre, ejusque filio & nepote acceperunt, donec per Johannis junioris, Comitis in Sayn, cessionem & denunciationem Salentino sub *N.* 13. *die* 4. *Aprilis, anno* 1386. factam, jus investiendi, quod Johannes senior, Comes in Sayn, anno 1294. retinuerat, ad Archiepiscopum Trevirensem pervenisset. Tunc temporis primum cœpit investiri his verbis, ut describitur *sub N.* 14. *&* 15. nempe **die Veste und Dorff zu Vallendar, mit Herrschafften und Gerichte.**

Investitura autem posterior, quæ primæ 187.
non respondet, sed mutata est, non attendenda, sed respuenda, *per text. in C.* 1. *§.* 1. *de succes. feud.* Alvar. *ad C.* 1. *n.* 2. *de vasall. decrepit. ætat.* Ludolph. Schrader. *de feud. part.* 5. *C.* 2. *n.* 38. Francisc. Curt. jun. *de feud. part.* 2. ubi *de feud. Laicor. quæst.* 7. *sive n.* 43. neque mutat investituram primam seu antiquam, Curt. *d. n.* 43. *per text. in d. C. un. de vasall. decrepit. ætat. & per notat. ad C.* 1. *an agnat. vel filius vasall. & cap.* 1. *§.* 1. *de succes. feud.* Imo vero in posteriore investi- 188.
tura omnes qualitates, quæ erant primæ, repetitæ, Bald. *ad d. L.* 1. *n.* 31. *C. quan. non pet. part.* Sylvan. *de feud. recognit. quæst.* 38. *n.* 6. Alex. *cons.* 30. *n.* 6. *lib.* 1. Menoch. *Cons.* 104. *n.* 44. Johann. Schneid. *de feud. part.* 4 *n.* 36. *& posteriores* omnes secundum naturam ac te- 189.
norem primæ datæ censentur, *d. cap.* 1. *ibi* DD. *de vasall. decrepit. ætat.* Bald. *in cap.* 1. *§. satis bene per illum text. de probib. feud. alien.* per Lothar. Ludolph. Schrader. *d. c.* 2. *n.* 31. 32. *& seqq.* Modestin. Pistor. *cons.* 21. *n.* 3. *vol.* 2. Wesenb. *cons.* 41. *n.* 101, 114. 130. *& seq.*

cons.

conſ. 47. *n.* 8. Andr. Gail. 2. *pract. obſerv.* 49. *num.* 3. Laurent. Sylvan. *d. quæſt.* 38. *n.* 4. Zaſ. *conſ.* 13. *n.* 4. *&* 5. *lib.* 1. ac interpretandæ ſunt ex prima. Menoch. *conſ.* 1. *n.* 125. Weſenb. *d. conſ.* 41. *n.* 153. Imo vero prima Inveſtitura cæteris omnibus ſubſequentibus derogat. Bald. *ad cap.* 1. §. *fin. verſ. quarto quis dicatur. de feud. Guard.* Johan. Borcholt. *de feud. cap.* 1. *n.* 25. *verſ. & ſi plures.* Menoch. *de præſumpt.* 3. *præſumpt.* 92. *n.* 26. *conſ.* 400. *n.* 2. Tiber. Decian. *reſp.* 24. *n.* 7. *&* 13. *vol.* 1. *reſponſ.* 93. *n.* 11. *vol.* 3. Mynſ. *reſponſ.* 92. *n.* 8. *&* 14. Weſenb. *d. conſ.* 41. *n.* 69. *&* 84.

190. Quinimo poſterior, quæ priori non conſentit, ſed mutata eſt, præſumitur per errorem mutata. *p. d. cap.* 1. §. 1. *de ſucceſſ. feud.* Alvarot. *ad d. c.* 1. *n.* 2. *de vaſall. decrepit. ætat.* Bald. *conſ.* 215. *n.* 4. *vol.* 2. Menoch. *conſ.* 103. *n.* 61. *& de præſumpt.* 3. *præſumpt.* 92. *n.* 4. Weſenb. *d. conſ.* 41. *n.* 104. *conſ.* 74. *n.* 86. Andr. Gail. *d. lib.* 2. *pract. obſ.* 49. *n.* 2. *&* 3. Johann. Schneid. *de feud. part.* 4. *n.* 35. *& ſeq.*

192. Error autem, quia conſenſu caret, *L. ſi convenerit ff. de jurisdict. omn. Judic.* defectus & probatus nemini nocebit, Bald. Caſtrenſ. Max. Jaſ. *ad L. ſi poſt diviſionem. C. de jur. & fact. ignorant.* Roland. a Valle *conſil.* 100. *n.* 23. *vol.* 2. Hippol. Riminald. *conſil.* 77. *n.* 42. ne quidem Eccleſiæ, propter ejus favorem Franciſc.

193. Burſat. *conſil.* 26. *n.* 38. ac ſemper emendari poteſt. Franciſc. Burſat. *conſil.* 68. *n.* 24. Detegitur autem & probatur hoc ipſo, quod appareat, veritatem aliter ſe habere, Hippolyt. Ri-

194. minald. *d. Conſil.* 77. *num.* 42. veritas autem, quia mater eſt juſtitiæ, Bald. *in L. libertini ff. de ſtatu homin.* omnino ſequenda eſt. Riminald. *d. conſil.* 77. *n.* 43. Qua conſideratione adhibita, dicendum videtur, Johannem, Comitem in Sayn, non ſolum ſuperiorem poteſtatem, ſed & ipſum territorium Vallendar cum omnimoda poteſtate ac jure retinuiſſe, ac poſtmodum anno 1386. vel paulo ante nepotem ejus per ceſſionem in Archiepiſcopum & Capitulum Cathedrale Trevirenſe tranſtuliſſe, ad Engelbertum vero ejusque poſteritatem non perveniſſe quidquam ultra caſtrum & ducentas marcas annuas in pago Vallendar, in hominibus, Jurisdictione & aliis recipiendas, ac conſequenter errore inveſtiturarum poſteriore detecto, revocandum eſſe inpoſterum inveſtituram ad tenorem priſtinum, qui fuit ante ceſſionem Archiepiſcopo & Capitulo factam. Tantum igitur abeſt, ut ad modernos Comites in Sayn & Witgenſtein per reluitionem jus ſuperioritatis redire debeat, ut nequidem etiam jurisdictionem & homines ipſos ac Imperium in eos recipiant, ſed ſolummodo caſtrum, cum ducentarum marcarum reditibus pro ſemiſſe.

195. Decimo nono non deſunt argumenta, quæ videntur evincere, Archiepiſcopum Trevirenſem jus ſuperioritatis jam ante habuiſſe & exercuiſſe in hanc dictionem, priusquam etiam Comes Johannes in Sayn anno 1386. directum ſuum jus ac poteſtatem inveſtiendi in Archiepiſcopum tranſtulit, ac priusquam contractus pignoris ſive retrovenditionis inter Archiepiſcopum Wernherum & Comitem in Witgenſtein celebratus fuit. Nam, ut ſæpe dictum & *ſub Num.* 13. 14. *&* 15. apparet, ceſſio illa directi Dominii Archiepiſcopo Cunoni facta eſt anno 1386. oppignoratio autem Archiepiſcopo Wernhero anno 1392. probari autem dicitur alibi ex parte Archiepiſcopi antiqua quadam ratione ſive regiſtro in archivo Trevirenſi reperto, quod prædictus Archiepiſcopus Cuno collectam non exiguam a Vallendarenſibus accepit & exegit. Deinde jam dudum etiam, nempe anno 1340. jus longe majus in Vallendarenſes Cunonis anteceſſor tertius Balduinus Archiepiſcopus conſecutus eſt; quando Johannes Comes in Sayn ceſſit prædicto Balduino una cum Maxſein & Selters omne jus ſuum, quod habuit in Vallendar, hiſce verbis: Quicquid Juris habemus in Villis Vallendar, Maxſein & Selters, ab eodem in feudum recepit, &c. Ex quo colligitur, cum Engelbertus in Vallendar nihil præter ducentas marcas redituum in feudum a Johanne Comite in Sayn habuerit, decimas, homines, jurisdictionem & cæteros reditus ad dominium directum Archiepiſcopi Balduini perveniſſe; eundemque reinveſtiendo prædictum Johannem retinuiſſe jus omne ſuperioritatis. Imo vero ab eo tempore usque ad ultimum Comitem in Sayn Henricum, qui ejus lineæ poſtremus fuit, ac nuper obiit ſine liberis, poſteritas Johannis Comitis in Sayn ab Archiepiſcopis inter cætera his verbis inveſtita eſt: quicquid præter caſtrum in Vallendar habet, in decimis, hominibus, jurisdictione & aliis reditibus &c.

Utroque hoc fundamento videtur convinci poſſe, ſuperioritatem jam dudum ante utrumque contractum fuiſſe Archiepiſcopi & capituli, ejusque poſſeſſionem exercuiſſe. Colle- 196.
ctandi enim poteſtas quin ad regalia & regalem territorii poteſtatem ſpectet, *d. C. unic. quæ ſunt regal.* ibi Bald. *num.* 6. Iſern. *num.* 60. Johann. Borcholt. *num.* 85. Bartol. *ad L.* 1. *n.* 24. *C. de mulierib. & quo loc. lib.* 10. Paris. *conſil.* 25. *n.* 1. *&* 53. *vol.* 1. Aym. Cravet. *Conſil.* 195. *n.* 1. Alciat. *reſponſ.* 45. *n.* 2. *lib.* 1. Anton. Natta. *conſil.* 487. *n.* 9. *&* 22. *Conſil.* 301. Tiber. Decian. *reſponſ.* 41. *n.* 1. *& ſeqq. vol.* 2. Menoch. *Conſil.* 32. *n.* 30. Anton. Trigon. *ſingul.* 23. *n.* 2. Ægid. Thomat. *de collect.* §. *ſubjiciunt. n.* 19. Mynſing. *reſp.* 1. *decad.* 11. *num.* 97. Hieron. Schurff. *conſil.* 59. *n.* 2. *cent.* 1. Weſenbec. *conſ.* 45. *n.* 8. *&* 9. dubitare non permittunt. Deinde illud alterum his ipſis probatur conſequens eſſe, quod ſupra pro tertio & quarto argumento allegavimus. Et licet neque regiſtrum illud nobis ſit exhibitum, neque ceſſio illa anno 1340. ſæpedicto Balduino Archiepiſcopo facta a nobis viſa ſit, credimus tamen hac in parte Archiepiſcopo 197.
Electori alleganti, tanquam viro bono & in dignitate maxima conſtituto, *gloſſ. in L. Titio fundus ff. de condit. & demonſtr.* Angel. *in L.* 1. *ff. de eo per quem fact. erit.* Hippolyt. de Marſil. *in pract. criminal.* §. *principium n.* 8. Johann. Crot. *de teſtib. part.* 3. *n.* 155. quem, non eſt probabile, quid allegare vel dicere, quod ita non ſit, aut quod probari non poſſit. Hippolyt. Riminald. *conſil.* 210. *num.* 72. ſcripturæ autem ex archivo publico productæ 198.
plena

plena fides datur. *auth. ad hæc* ubi DD. *C. de fide inſtrüm. L. moris §. ſolet. ff. de poen. C. ad audientiam. ext. de præſcript.* Carol. Molinæ. *de conſuet. Pariſiens. tit. 1. §. 8. gloſſ. 1. in verb. denombrement. n. 18. & 26. per clem. 1. in fin. de jurejur.*

199. Vigeſimo, quisque præſumitur poſſidere, actumque poſſeſſorium exercere ex titulo præambulo *L. 1. §. 1. ff. de except. rei Judic. L. 2. C. de äcquir. poſſeſſ. L. quædam mulier. ff. de rei vindic.* Socinus *conſ. 15. colum. fin. vol. 4.* ſive res ſit corporalis, ſive incorporalis, quæ in quæſtionem venit, aut jura, Alciat. *de præſumpt. regul. 2. præſumpt. 23. N. 1. & 2. per l. ſi a te ff. ſi ſervit. vindic. l. 3. verſic. quod & de ſubeunda. C. de naturalib. liber.* Menoch. *de præſumpt. 6. præſumpt. 67. n. 1.*

200. Nam & actus ſequens præſumitur factus in executionem tractatus præcedentis, Alciat. *d. regul. 2. præſumpt. 24. num. 1. per l. 3. §. verum quæri poterit. ff. de manumiſſ. L. qui in aliena. §. ſi is qui putabat. ff. de acquir. hæred.* titulum autem nactum eſſe, aſſerit Dn. Archiepiſcopus & Elector Modernus in quadam Epiſtola, a Johanne Comite in Sayn, ut videtur, ejus nominis ſecundo, primi Johannis filio, Balduinum Archiepiſcopum circa prædictum annum 1340. ſatis idoneum & efficacem ad exercendum jus ſuperioritatis in Vallendar; quando eo anno is Johannes ceſſerit prædicto Balduino omne jus ſuum, quod habuit in Vallendar, Maxſein & Selters, in hominibus, decimis, reditibus &c. Actum ergo ſuperioritatis, qui ſecutus eſt, ex hoc præambulo titulo Cunonem Archiepiſcopum exercuiſſe, conſequens eſt. Exercuit autem Cuno Archiepiſcopus collectandi poteſtatem in Vallendar, quam ad ſuperioritatem pertinere diximus: idque aliquot regiſtris antiquis doceri poſſe, modo indicabatur. Conſtat itaque ex eo, jus ſuperioritatis ejusque poſſeſſionem Archiepiſcopos etiam cum titulo in Vallendar jam dudum ante oppignorationem habuiſſe & exercuiſſe.

201. Vigeſimo primo a præſenti præſumitur in præteritum, *L. ex perſona. C. de probat. L. 1. §. ſi Magiſtratus ff. de Magiſtrat. convenien.* Alciat. *de præſumpt. d. regul. 2. præſumpt. 26. n. 1.* in præſenti autem Dominus Archiepiſcopus poſſidet jus ſuperioritatis in Vallendar, idque etiam nunc exercet. Itaque etiam ſemper ab eo tempore, nempe ab anno 1340. habuiſſe ac poſſediſſe & exercuiſſe præſumendum eſt, non titulo pignoris vel emptionis cum pacto reluitionis, ſed antiquiore illo titulo, de quo in quadam Epiſtola Dn. Archiepiſcopus.

Vigeſimo ſecundo ex eo, quod in prædicta diviſione fraterna *N. 2.* 1. & ſubſecuta renunciatione *N. 2. 2.* & ſic procul dubio etiam in inveſtitura prima, caſtrum & pagus Vallendar cum ducentarum marcarum reditu annuo, & omnibus Johannis Comitis juribus, quæ ibi habet, conceditur Engelberto, excepto jure patronatus, ducto argumento ab exceptione ad regulam, elicitur, quod prorſum nulla regalia, nedum ſuperioritas aliqua ſit conceſſa. Oportet enim exceptionem eſſe de regula, & probat regulam de hoc rerum genere

202. agere, de quo eſt ipſa exceptio: alioquin ſi de alio rerum genere fuerit, non eſſet exceptio; quia non eſſet de regula, per doctrinam Bartol. *Placent. Dec. num. 19. & 20.* Hieron. Cagnol. *n. 31. ad L. 1. ff. de regul. jur.* Dynus *ad rubr. n. 15. 16. ſeqq. eod. in 6.* Panorm. *ad C. quoniam ext. ut lite non conteſt.* Cornel. *conſil. 57. n. 2. vol. 1. conſil. 25. n. 20. vol. 3. conſil. 126. n. 6. vol. 4.* Tiber. Decian. *reſponſ. 3. n. 131. vol. 1.* Surd. *conſil. 152. n. 43. conſil. 262. n. 47.* Menoch. *conſil. 141. n. 7.* Ut 203.
igitur abſurdum evitetur, neceſſe eſt prædictam exceptionem ita intelligi, ut ſit de regula, ac talis regula præſupponatur, cui, ut exceptio, adoptari poſſit, per ea, quæ Dec. *ad d. l. 1. n. 18.* docet & reſpondet, Anton. Natta *conſil. 159. n. 31.* Surd. *conſil. 367. n. 29. per L. 4. §. final. ff. de penu legat.* Jus autem patro- 204.
natus non eſt de regalibus, neque de jurisdictionum genere, ne quidem de genere ſuperioritatis, ſed de genere eorum, quæ cuilibet etiam Ruſtico competere queunt, ſecundum Hoſtiens. *in ſumm. de jure patron. n. 5. 6. 7.* quoniam 205.

Patronum faciunt dos, ædificia, fundus.

Quicunque igitur dotat, vel ædificat, aut aream præbet, in quam ædificetur Eccleſia, jus patronatus conſequitur. *C. filiis C. quicunque 17. q. 7. c. Abbatem 18. q. 2. c. nobis ext. de jure patronat.* Hoſtiens. *d. tit. de jur. patronat. n. 2.* Regulam itaque hæc exceptio non 206.
probat talem, quæ ſit de regiis dignitatibus, & ſublimi ſuperioritate aliqua, cujus non quilibet capax eſt, ſed de rebus vulgo uſitatis, & in omnium commercio atque uſu exiſtentibus, *per d. l. nam quod liquide. §. final.* Bald. *ad l. 1. §. ſed excipiuntur, in fin. ff. de fer. & dilat. L. 1. ff. de offic. ejus cui mandat. eſt jurisdict. L. tribunus. §. final. ff. de militar. teſtam.* Jaſ. *ad L. 1. C. de verbor. ſignificat.* Dec. *ad d. l. 1. n. 21. & ſeqq.* Tiber. Decian. *reſponſ. 35. n. 56. vol. 2. reſponſ. 76. n. 14. reſponſ. 123. n. 40. reſponſ. 124. n. 9. vol. 3.*

Vigeſimo tertio pro Trevirenſi multum vi- 207.
detur urgere, quod eſt apud Andr. Gail. *de arreſt. C. 6. per tot. & in receſſu Imperii de anno 1548. §. wiewohl auch in der Regierungs Handlung ꝛc.* Ubi duo videntur copulative requiri, ut quis ejusque Comitatus vel Baronatus intelligatur immediate eſſe ſub Imperio, nec alii Principi ſubjiciatur, & ſit mediatus: nempe 1. ut bona illa immediate ſint ſub Imperio, & 2. ut ab Imperatore ea in feudum recognoſcat, jureve Privilegii Cæſarei habeat. Cui accedit etiam Andr. Knichen *de jur. Saxon. in verb. Ducum Saxoniæ. C. 6. fol. 169.* Uno horum deficiente deficit immediata ſubjectio, *per l. ſi hæredes plures ff. de condit. inſtit.* Bartol. *in L. ſi is qui §. utrum. ff. de reb. dub.* Roland. a Valle *conſil. 99. n. 5. vol. 4.* Hippolyt. Riminald. *conſil. 273. n. 15. conſil. 279. n. 160. conſil. 281. n. 35. conſil. 467. n. 40.* At non recognoſcitur hæc Baronia immediate vel mediate ab Imperatore, ut ex propoſita facti ſpecie eſt liquidiſſimum. Nam infeudatio illa non ab Imperatore aliquo, ſed

Engel-

Engelberti fratre, & sic mediate subdito, originem ducit. Non ergo immediate subest Imperatori. At quæ terra, & qui Comitatus vel Baronatus Imperatorem immediate non habet superiorem, superioritatis jus ipsi Comitatui vel Baronatui cohærens non competit, sed ut Principatus vel Comitatus aliquis alius id in eam terram habeat, necesse
208. est: Nam in hunc, qui immediate non est sub Imperio, non potest cadere causa juris sublimis superioritatis territorialis, quæ est, quod quisque Princeps & Comes in suo territorio jura summi Principis exercet, & potest in suo territorio ea, quæ Imperator in toto Imperio: Menoch. *consil.* 75. *n.* 36. *consil.* 307. *n.* 1. Andr. Knichen *de jur. Saxon. verb. Ducum Saxoniæ C.* 1. *fol.* 69. *& de sublim. territor. jur. C.* 1. *passim. præsertim n.* 361. *& seqq.* 380. *& seqq.* Ludolph. Schrader *de feud. part.* 10. *sect.* 9. *n.* 227. *&* Wesenb.
209. *consil.* 27. *num.* 29. quia sit in territorio suo quasi Rex & Princeps aliquis Monarchicus, Tiber. Decian. *respons.* 5. *n.* 17. *vol.* 4. Andr. Knichen. *d. c.* 1. *n.* 362.

210. Vigesimo quarto neque hoc prætereundum; quod in matricula Imperii hic districtus non reperitur, nec **im Anschlag des Reichs**: quod hoc ipso probatur, quia non probatur
211. contrarium. Negativa quippe hæc per inspectionem ejus probatur, Andr. Gail. 1. *pract.*
212. *observ.* 134. *n.* 15. quæ terra autem in Imperii matricula non reperitur, nec etiam **im Anschlag des Reichs**, non præsumitur esse per se territorium, & alicui immediate sub Imperio competere, sed esse de alicujus Principis provincia, & ejus superioritati subjecta, ut ipsi contribuat, per ea, quæ extant in *Symphorem. Camer. Imper. tom.* 2. *part.* 1. *vot.* 5. *n.* 20. 21. 22. 23. & apud Andr. Gail. 1. *pract. observat.* 21. *n.* 4.

213. Tandem multis scrupulose superstitiosis ingens dubium movere potest, quod Archiepiscopus ad Comites de Sayn in Witgenstein, tum & ad cives, incolas & rusticos in Vallendar scribens, eos appellat **liebe Getreue**, & vicissim ad Electorem scribentes, se appellant **unterthänigste**, & fortasse etiam incolæ addunt, **gehorsamste**, quæ verba certe subjectionem significant, ut patet per se, & ex Baron. 2. *feud. tit.* 5. & Intrigliol. *de feud. Quæst.* 2. *n.* 28.

214. Rat. decidendi. Quamvis hæc & ejus generis alia, quæ in eandem sententiam subtiliter excogitari & proferri queunt, decisionem hujus quæstionis difficilem ac prorsus dubiam faciant; omnibus tamen & singulis diligentius examinatis, veritati propius esse censemus, ne quidem jus superioritatis, vel saltem in genere, Dn. Archiepiscopum Electorem jure & licite retinere posse, sed modis omnibus facta reluitione una cum ipsa re, quam antecessores ejus per oppignorationem a Comite in Sayn & Witgenstein acceperunt, absque ulla deminutione restituere teneri, ut suam & antecessorum suorum conscientiam liberet: ad id enim, 215.
ut successor, tenetur, Joseph. Ludov. *decis. Lucens.* 16. *n.* 2. Panorm. *ad C. fin. col.* 4. *vers. sed ego semper tenui. ext. de sepult. per gloss. in C. a nobis, verb. hæredes quoque ext. de sentent. excommun.*

Nam si ipsemet Wernherus Archiepiscopus, cui revocabilis illa venditio facta est, 216.
cum pacto reluendi, *Num.* 14. & Jacobus Archiepiscopus, a quo trientem oppignorati Comes Georgius anno 1440. redemit *Num.* 15. 1. superstites essent, neque quicquam ejus sub prætextu illius superioritatis retinere auderent, si obligationibus ac promissis suis, juxta *l. generaliter C. de non numer. pecun.* & conscientiæ suæ satisfacere, eamque liberare vellent, per *text. in L. fin. C. unde vi*, quo quisque monetur, ut, quod suum non est, sciat alterius esse, idque restituat, & quod in *L. fin. C. de luition. pignor.* Andr. Tiraquell. *de retract. convent. in præfat. n.* 7. *&* §. 1. *gloss.* 2. *n.* 59. Tum quod scribit Panorm. *in d. C. fin. ext. de sepultur.*

Conscientia quippe ligata rebus visis & 217.
rationibus legum, animam nostram obligat, nec propriæ voluntati indulgere permittit: quia peccatum est, per ea, quæ de triplici conscientia ex Bald. *ad L. fin. n.* 4. *C. de poen. jud. male judic.* respondet Fulv. Pacian. *consil.* 13. *n.* 24. *&* 25. Estque contra conscientiæ bonitatem & quietem, cum aliena jactura quid lucrari velle, quia id non licet, nec fas est, Augustin. Berous. *Consil.* 144. *n.* 16. *vol.* 1. *per C. fin. ext. de præscript. L. nam hoc natura. ff. de condict. indebit.* & Dd. communiter *ad L. sequitur.* 4. §. *si viam ff. de usucap.*

Quod autem nullum jus superioritatis regalis sive sublimitatis territorialis Archiepiscopi Trevirenses ante oppignorationem in terram Vallendar habuerint, neque exercuerint, sed id denuo jure oppignorationis nacti sint & exercuerint, atque nunc etiam exerceant, ac propterea in restitutionem veniant, multis rationibus & evidentibus argumentis ostendi potest.

Nam si ante oppignorationem anno 1392. 218.
factam *Num.* 14. hoc jus superioritatis habuissent Archiepiscopi, necesse est, ut id habuerint, sibique vindicaverint, aut situs aut existentiæ jure, ita ut Vallendar pars & sequela fuerit Archiepiscopatus Trevirensis, eique territorio quasi inclavatus districtus; aut concessione Imperiali, aut ex aliquo contractu, vel cessione Comitum in Sayn, vel præscriptione. Vix enim est, ut causa aliqua alia occurrere possit, per quam sublimitatem illam Archiepiscopi acquirere potuissent, aut si qua est, ad has tamen usque ea recurret. Thom. Grammat. *decis.* 58. *n.* 15. *&* 17. Henning Gœden. *consil.* 3. *n.* 24. Mynsing. *cent.* 4. *observ.* 24. *cent.* 5. *observ.* 29. *C.* 1. *de his qui feud. dar. possint. C.* 1. *de feud. March. C.* 1. *quis dicatur dux.* ut ideo argumento a sufficienti partium enumeratione indubitato concludendum sit, per

doctrinam Everhard a Middelburg. *in loc. legal. 96. num. 1. & 2.* ante oppignorationem prorsum nihil ejus juris in hanc Baroniam habuisse vel exercuisse.

At nullam harum causarum, vel similem aliquam ostendere possunt, neque etiam præsumi queunt ex parte Archiepiscopi. Nam etsi prætendatur, hunc districtum situm esse & quasi inclavatum territorio Archiepiscopali Trevirensi, hoc tamen in proposita facti specie diserte negatur, & ad ocularem Inspectionem provocatur, quæ probatio omnium est certissima: quia consistit in ipsa facti evidentia. Fulv. Pacian. 1. *de probat. conclus. 44. n. 1. 12. 13.* quod etiam supra circa primam dubitandi rationem pluribus firmatum est. Quod cum in facto consistat, de quo Jurisconsultus non respondet, haud necesse est de eo pluribus hic disceptare. Atque hoc in eo probabilius est, quod antiquitus Archiepiscopatus Trevirensis, sive territorium Trevirense, qua Principatus est, non usque eo se extendisse dicatur, ut finibus suis districtum Vallendar attingere potuisset, interposito eo districtu, qui fuit Dominorum **von Helffenstein**, & nunc **Ehrnbreitstein** attribuitur: de qua re historici & annales consulendi. Sed nec per aliquam Imperialem Concessionem Archiepiscopi nacti sunt, nec hoc etiam potuerunt; cum Comitum in Sayn allodium antiquitus fuerit usque ad annum 1386. quo anno Comes in Sayn Johannes, illius nominis, ut videtur, tertius, directum Dominium & jus investiendi per cessionem in Archiepiscopum Cunonem transtulerit. 219. Nec enim præsumitur, Imperatorem vel Regem Romanum aliquem voluisse jus suum Comitibus in Sayn quæsitum auferre, & alii, puta Archiepiscopo Trevirensi, dare, per *dict. L. id quod nostrum. ff. de regul. jur. L. 2. §. merito. §. si quis a Principe. ff. ne quid in loc. public. C. super eo. ext. de offic. delegat. C. ex tuarum. ext. de autor. & usu pall. ne quidem modicum, gloss. final. in C. cum olim. ext. de consuetud. Dec. in C. quæ in Ecclesiarum. num. 25. versicul. quartus casus. ext. de constitut.* Johann. 220. Anton. Lavar. *consil. 72. n. 10.* Cum id contra jus esset & peccatum foveret; quod noluisse credendum est, Bald. *consil. 121. colum. 2. volum. 1. per C. audita ext. de restit. spoliat.* Jas. *ad L. ex facto notab. 4. ff. de vulgar. & pupillar. substitut.* Tiber. Decian. *responsa. 2. n. 115. & seqq. vol. 1.*

221. Neque etiam aliquo contractu, vel qua alia concessione aut cessione antiquitus a Comitibus in Sayn impetraverunt, quod hoc ipso probatur: quia non probatur contrarium. *gloss. in L. intercessisse C. de error. advoc. & in L. 2. verb. probationibus. C. qui testam. fac. poss.* Fulv. Pacian. 1. *de probat. C. 46. N. 1. & 2. per L. super servis. C. qui milit. poss. lib. 12.* jurisque præsumptio est pro hac negativa fundata, *in L. sum de indebito ff. de probat.* & quod nemo fortunas suas sponte ejicit, Aristot. 3. *Ethic. C. 1.*

De præscriptione ejusque principio, causa & fine nihil producitur, nihil allegatur. Neque probabilis est, quando constat ex 222. Documentis prope omnibus, jam dudum ante annum 1294. Vallendar peculiarem fuisse ditionem, sive Baroniam, antiquitus pertinentem ad Comitatum Sayn, ita ut nemo, nisi qui Comes esset in Sayn, eam habere aut possidere posset, donec per divisionem fraternam & subsecutam infeudationem ab eo Comitatu divulsa sit.

Quod autem de titulo & cessione, anno 223. 1340. Archiepiscopo Balduino facta, supra asserebatur, parum ad rem facit, & infra pluribus ostendetur, illum contractum prorsum nihil ad hanc quæstionem facere: Quippe quod convenerint Archiepiscopus & Comes Johannes de quibusdam propriis hominibus, sive servis adscriptitiis, & decimis ac reditibus quibusdam particularibus nihil ad jus superioritatis facientibus: de qua re suo loco infra pluribus. Nec enim conceditur, Balduinum Archiepiscopum in Vallendar ullam consecutum esse superioritatem, vel superioritatis titulum legitimum a Johanne Comite in Sayn anno 1340. cujus vigore Archiepiscopus Cuno exercuisset aliquem superioritatis actum: 224. tum quod hoc diserte non probatur: tum 225. quod vehemens juris præsumptio est in contrarium, cum jam dudum, anno nimirum 1294. per fraternam divisionem & transactionem omne jus, quod Johannes illius pater vel avus in ea ditione sive Baronia habuit, transierit ad Engelbertum ejusque posteritatem, sola infeudandi potestate, & jure patronatus reservato. Ideoque id, quod non habuit, sed 226. jam alterius fuit, Archiepiscopo dare vel cedere non potuit, *L. nemo plus juris. ff. de reg. jur. l. traditio ff. de acquir. rer. domin. C. Dagobertum 1. quæst. 7.* Andr. Tiraquell. *de jure primog. quæst. 40. n. 148. & de retract. lignag. §. 32. gloss. 1. num.* 101. Et cum Gothfridus, Comes de, 227. Sayn, Dominus in Vallendar, Engelberti filius, tum temporis æque, ut pater ejus, in possessione totalis illius terræ cum omni suo jure ac potestate fuerit, non potuit uno vel altero actu Dn. Archiepiscopus Cuno superioritatis possessionem acquirere, Andr. Knichen de *sublim. territor. jur. cap. 3. n. 166. 167.* multoque minus eam, vel aliquam ejus particulam præscribere: tum quod habuisset rei 228. alienæ scientiam, *L. fin. C. unde vi. L. 7. §. qui sciens. ff. pro empt.* & sic malam fidem, *L. bonæ fidei emptor. 109. cum ibi annotat. ff. de verbor. significat. dict. L. 7. §. qui sciens. L. item veniunt. §. petitam ff. de petit. hæred. L. 2. C. eod.* Didac. Covarruv. *ad C. possessor. §. 6. num. 1. de regul. jur. in 6.* præscriptionem etiam immemorialem corrumpentem & 229. impedientem, *C. fin. ext. de præscript.* Tum quod probabile est, Engelbertum ejusque filium Gothfridum actui contradixisse, si quis processerit, & sic interrupisse & præscriptionem & conatum possidendi irritum fecisse: 230. Andr. Knichen *de sublim. territor. jur. C. 3. n. 166. 167.*

Tum

Tum etiam, quod duo ejusdem rei & juris poſſeſſores in ſolidum eſſe non queunt. *L.* 3. §. *ex contrario.* ubi *DD. ff. de acquir. poſſeſſ.* tum quod vacuam poſſeſſionem non fuiſſet nactus, ſine qua præſcriptio non procedit nec inchoatur, *L. furtum.* 37. §. 1. *ff. de uſucap. l.* 1. §. *per ſervum, qui in fuga.* ubi Bartol. *L.* 3. §. *ex contrario.* ubi Alex. *ff. de acquir. poſſeſſ.* Franciſc. Balb. *de præſcript. part.* 2. *part.* 3. *princip. quæſt.* 3. *n.* 1. Johann. Schneid. *Inſtit. de uſucap. in princ. num.* 48. & 49. Quam ob rem ante oppignorationem nihil juris ad ſuperioritatem territorialem ſpectantis ullus Archiepiſcoporum acquiſivit, vel habuit, aut exercuit, ſive poſſedit, ſed totum hoc Comitum de Sayn, Dominorum in Vallendar fuit.

232. Hoc ſecundo vel ex eo probabile fit, quod nullus Dux, Marchio, vel quis alius Princeps, ſive ſit Eccleſiaſticus, ſive ſecularis, nedum Comes aliquis, poteſt jura territorialia alicujus territorii, alii Principi, vel Duci, aut Marchioni concedere, Andr. Knichen *de ſublim. territor. jur. C.* 3. *n.* 124. Sed ſolius hæc poteſtas eſt Imperatoris, tanquam fontis omnis dignitatis & jurisdictionis, Andr. Knichen *de ſublim. territor. jur. C.* 1. *n.* 306. *d. c.* 3. *n.* 110. *& de jur. Duc. Saxon. in verb. Ducum Saxoniæ C.* 1. *fol.* 66. Roland a Valle *conſil.* 100. *n.* 3. 4. 5. 6. 7. *vol.* 4. Petr. Heigius
233. *quæſt.* 2. *n.* 7. ex quo ſolo omnis poteſtas territorialis, dignitas & Jurisdictio fluit, & ad eundem refluit. Bald. *ad C.* 1. *n.* 2. *de Allod.* Alex. *ad. L.* 1. *in fin. ff. de jurisdict. omn. Judic.* Henning. Goeden. *d. conſil.* 3. *n.* 24. Roland. a Valle *d. conſ.* 100. *n.* 3. *& ſeqq.* Menoch. *de præſumpt.* 2. *præſumpt.* 14. *n.* 4. *per C.* 1. *de feud. March.* Roſenthal *de feud. C.* 5. *concluſ.* 4. *n.* 1. *&* 2. Andr. Knichen *de jur. Duc. Saxon. verb. Ducum Saxoniæ. C.* 1. *per L.* 1. *ff. ad L. Jul. de ambit. L.* 1. *ff. de conſtit. princip. L.* 1. §. *cum urbem ff. de offic. præfect. urban.* Non potuit ergo Comes Johannes jus ſuperioritatis & territorii conſtituere, vel concedere Archiepiſcopo Trevirenſi, etiamſi maxime voluiſſet, quia id in ejus poteſtate non fuiſſet.
234. Ut enim actus aliquis humanus valeat & ſubſiſtat, hæc duo copulative requiruntur: & poteſtas & voluntas: Uno horum deficiente actus eſt irritus & inanis, *Gloſſ.* & Bald. *ad L. ſi filiæ C. de donat. ante nupt. Gloſſ.* & Panorm. *ad C. cum ſuper.* Abbat. *ext. de off. delegat.* Socin. jun. *conſil.* 95. *n.* 4. *&* 38. *vol.* 3. Tiber. Decian. *reſponſ.* 40. *n.* 21. *vol.* 3. Menoch. *conſil.* 75. *n.* 34. *conſil.* 108. *n.* 4. *conſil.* 157. *n.* 1. Marc. Mantua. *ſingul.* 251. Petr. de Anchor. *conſ.* 1. *in princ.* Hippolyt. Riminald. *conſ.* 179. *n.* 20. 21. *conſil.* 318. *n.* 9. *conſil.* 771. *n.* 12. Itaque etſi maxime voluiſſet, cum tamen tanta ei poteſtas jure conceſſa non fuerit, in vanum laboraſſet. Et licet hoc fortaſſe non multum urgeret, ex quo Comes Johannes hoc jus ſuperioritatis non primum
235. conſtituiſſet, id enim ſine Crimine Læſæ Majeſtatis non potuiſſet: *per L.* 2. *C. ut nemo privat.* Luc. de Penna *ad L.* 1. *n.* 37. *C. ut nemo ad ſuum patrocin. lib.* 11. *quia jus ſuperioris attigiſſet.* Camill. Borell. *conſil.* 86. *n.* 14.) idipſum tamen hoc probat, nec olim & ab origine, nec hodie hoc jus ſuperioritatis promanare ab Archiepiſcopis, quia ab iis hoc jus principium ducere non poſſit, ſed originem accepiſſe a beneficio Imperiali ante annos circiter quadringentos, vel quingentos, aut amplius: cum hæc terra in proprium quoddam territorium univerſale, ac dominationem, quam Baroniam, ſive **eine Herrſchafft** vocant, ab aliquo Imperatorum evecta ſit.

Nam cum nulla terra cum regali territorii 236.
Jure, quod eſt dignitas Ducatus, Marchionatus, Comitatus, Baronatus &c. fieri vel poſſideri a quoquam poſſit, niſi quam Imperator conſtituerit, conceſſerit, & ad eam dignitatem evexerit, juſſeritque univerſitate Dominii conſiſtere; Roſenthal *C.* 2. *de feud. concluſ.* 1. Tob. Paurmeiſt. *de jurisdict. C.* 8. *n.* 31. 39. *& ſeqq.* quod modo etiam ex Knichen *d. C.* 1. *fol.* 66. *de jur. Duc. Saxon. & de ſublim. territ. jur. C.* 1. *n.* 306. 307. *C.* 3. *n.* 110. 123. Roſenthal. *dict. C.* 5. *concluſ.* 4. probatum eſt: ex eo elicitur primo, hanc quoque terram, cum propriis univerſitatis ſuæ terminis conſtet, ab aliquo Imperatorum ita determinatam conſtituere; atque ideo non eſſe 237.
partem territorii Archiepiſcopatus Trevirenſis, ſed per ſe totum quiddam ex deſtinatione & conſtitutione Cæſaris, vel Regis illius, qui Baroniam, ſive **eine Herrſchafft** eſſe juſſit ac fecit, Roland. a Valle *Conſil.* 100. *n.* 2. 3. 4. *& ſeq. volum.* 4.

Deinde hinc elicitur, cum ſit & appelletur 238.
eine Herrſchafft, hoc eſt, Baronia, quod utique hanc regalem habeat dignitatem ab Imperatore aliquo antiquitus conceſſam, *C.* 1. *quis dicat. Dux vel March.* Tertio hanc regalem 239.
dignitatem habere jus ſuperioritatis annexam, ut cujus univerſitas hæc Dominii eſt, ejus quoque ſit territorii illius ſuperioritas, per *c. dudum. ext. de decim. C. cum perſonæ. de decim. in* 6. *c. omnes Baſilicæ* 16. *quæſt.* 7. *L. pupillus.* §. *territor.* ubi Rebuff. & alii Dd. *ff. de verb. ſignif. L. qui ex vico ff. ad municip.* Lau. Kirchov. *conſil.* 1. *n.* 18. *vol.* 5. *varior. JC.*
Ac denique cum Comites in Sayn hac dignitate 240.
Baroniæ inſigniti antiquitus ſint, ut nullus eam Baroniam poſſidere, vel habere jure Baroniæ potuerit, niſi Comes ſit vel origine fuetit Saynenſis; & Engelbertus de Sayn Comes fuerit, in quem hæc Baronalis dignitas non ſolum jure ſanguinis, ſed & poſſeſſionis tranſierit; rurſum elicitur inde, non potuiſſe hoc efficere Johannem, Comitem in Sayn, ut hæc ſuperioritas non fuerit Engelberto tota acquiſita, per fraternam diviſionem & aſſignationem: & ſic ſemel actu acquiſitam, non potuiſſe etiam Engelberto ejusque poſteritati ſine cauſa & facto ejus adimi, neque Archiepiſcopo dari vel attribui: qui actu non eſt Comes Saynenſis, neque de ſanguine ejus familiæ: ita nec actu poteſt ſibi ſuperioritatem in hanc Baroniam originarie aſſerere.

241. Quod autem nullus Principatus, nullus Comitatus, nulla Baronia sive **Herrschafft**, quæ hoc titulo insignitur, in universa Germania sit, vel occurrat, qui vel quæ territorio suo constituto, non ab aliquo Imperatore, vel Rege Romano ad eam dignitatem evecta sit, ut jure regali ab eo, cui concessa est, talis terra regatur, ac possideatur, & in ea omnia possit, quæ Imperator in universo Imperio; communis vox & opinio est omnium Historicorum, Jurisconsultorum & Politicorum. Roland. a Valle *Consil.* 100. *num.* 1. 2. 3. *& seqq. vol.* 4. Grammat. *decis.* 59. *n.* 14. 15. 17. Mart. Frecci. *de feud. lib.* 7. *tit. quis dicatur Comes. tit. quis dicatur Baro per tot.* Andr. Knichen. *passim de jur. Duc. Saxon. & subl. territor. jur.* Rosenthal. *de feud. c.* 2. *concluss.* 1. Tob. Paurmeister *de jurisdict. lib.* 2. *c.* 8. *per tot.* Munster. *in Cosmograph. part.* 3. *ubi de Principib.*

242. *Germaniæ.* Carolus enim Magnus nova Reipubl. forma introducta primum, mox etiam alii, inprimis vero Henricus Auceps, Otto Magnus, & Otto III. Ducatus initio paucos, Marchionatus, Comitatus & Baronias per Germaniam plures constituisse, definitisque territoriis distinxisse, & perpetua dignitate, eaque regali condecorasse, ac modo in allodium, modo in feudum dedisse dicuntur, attestantibus præcipuis quibuscunque Historicis, Abbate Urspergensi, Aventino, Munstero in *Cosmographia sua part.* 3. *ubi de origine & progressu Principum, Comitatuum, & Baronatuum in Germania.* Item Spangenbergio, Stumphio, Sebastiano Francken & multis aliis. Quibus ex JCtis accedunt plurimi, in *dict. c.* 1. *quis dicatur Dux, & c.* 1. *de feud. March.* Mart. Frecc. *de feud. lib.* 2. *tit. quis dicatur Comes.* Andr. Knich. *de sublim. territor. jur. c.* 1. *n.* 54. *& multis seqq. num.* 80. 81. 82. *& seqq. num.* 294. & facit text. *in d. c.* 1. *de feud. March. c.* 1. *quis dicatur Dux*, quos & sequentes Imperatores imitati sunt. Neque hodierno etiam

243. tempore exemplis caremus: nisi quod Anno 1548. *in Recessu Imperiali*, §. **Wiewohl auch in den Ringerungs-Händeln** ꝛc. cautum est, ut si quis jam Principi, vel Marchioni, aut Comiti alicui subjectus, in Baronem, Comitem, vel Principem promoveatur, ejusque castra, oppida & prædia regali dignitate initientur, non propterea fiant exemti ab ordinaria sua Jurisdictione & superioritate. Unde origo prodiit distinctionis inter veteres

244. & novos Comites ac Barones. Nam hoc, quod in §. **wiewohl auch in den Ringerungs-Händeln** ꝛc. agitur, est de novis Comitibus ac Baronibus: At nos hic de Baronia vetere, imo antiquissima agimus, at quæ ante annum 1294. jam dudum ultra centum, vel ducentos annos Baronia sive **eine Herrschafft** fuit, & quidem adeo diu, ut ejus memoria non extet, nec reperiri possit, ut ideo dubitandum non sit, hanc Baroniam sive **Herrschafft** esse & veterem Baroniam, & minime juxta *d.* §. **wiewohl auch in den Ringerungs-Händeln** ꝛc. censendum, sed quæ immediate sub Imperio sit & nulli Principi, qui superiorem recognoscit, ulterius subdita. Cui

245. antiquitati hominum tribuendum est, teste Zas. *ad l. generaliter ff. de in jus vocand.* qui dicit, quod vetustas in civitate sua semper veneranda habita est; neque permittit, ut hæc 246.
dignitas semel publicata amplius necesse habeat probari, Menoch. *de præsumt.* 2. *præsumt.* 14. *n.* 11. quia omnia solenniter & debito modo 247.
facta præsumi facit, Hippol. Riminald. *cons.* 6. *n.* 58. *&* 60. Quin etiam propter antiquitatem 248.
feudum censetur nobile, novum vero ignobile, Bald. *in prælud. feud. n.* 55. Fulv. Pacian. 2. *de probat. c.* 38. *n.* 1. Quod autem Baldus, 249.
Alvar. & alii *in d. cap.* 1. *in verb. capitanei. de his, qui feud. dar. poss. & c.* 1. *quis dicatur Dux*, nec non Curt. Jun. *de feud. part.* 2. *ubi de feud. Laicor. n.* 3. *&* 4. & Fulv. Pacian. *d. lib.* 2. *de probat. c.* 37. *n.* 1. *usque ad n.* 8. ac deinceps, etsi qui sunt alii, existimant, Barones non habere regiam dignitatem in suis territoriis: verum quidem esse potest in aliis regnis & populis: at non in Germania, uti post Zas. *de feud. p.* 2. *n.* 1. Baron. Schenck. a Tautenb. *ad d. c.* 1. *quis dicatur Dux*, & alios plures, monet Rosenth. *de feud. c.* 2. *concl.* 1. *num.* 4. 5. 6. & Tobias Paurmeist. *de jurisdict. lib.* 2. *c.* 8. *num.* 31. 39. *& seqq.* itemque Andr. Knich. passim *in lib. suo de sublim. territ. jur. per text. in c.* 1. *de feud. March.* Atque ideo hac in parte morem cujusque regionis ac populi inspiciendum esse, docuit Fulv. Pacian. *d. c.* 37. *num.* 9. 10. 11. 12. *& seqq.* ubi hoc exemplis declarat.

Quod etiam vox **Herrschafft**, a qua & 250.
Herrn zu Vallendar antiquitus nuncupantur, idem sit & sonet, quod est Baronia & Baro, idque antiquissimo seculo, nec differentia sit inter **Frey-Herrn und Herrn**, item inter **Frey-Herrschafft und Herrschafft**, multis probat Tob. Paurmeist. *d. lib.* 2. *de jurisdict. c.* 10. *n.* 31. *usque ad fin.* Et quod **Herrschafft** æque 251.
ut **Grafschafft** nomen sit universitatis collectivum, denotans & continens urbes, villas, agros, territorium, & similia omnia Baroni, **dem Herrn**, subjecta, post Johann. Sichard. *cons. feud.* 1. *num.* 22. observavit etiam Matth. Wehner *in suis observat. pract. verb.* **Herrschafft, Grafschafft**: atque ex eo, quod **Herrschafft** conceditur seb nomine universalis Dominii illius terræ cum omnimoda Jurisdictione, Henr. Rosenthal. *c.* 2. *d. concl.* 1. *n.* 4. concludit, eam intelligi oportere cum regali potestate ac dignitate competere, & omnia sibi vindicare, quæ & alia regalia feuda vel allodia sibi vindicant: & sic etiam jus superioritatis territorialis: cui accedit etiam Martin. Frecc. *de feud. lib.* 2. *tit. quis dicatur Comes, n.* 47. *vers. secundo modo.*

Itaque superioritas omnimodaque Jurisdictio 252.
& regalis dignatio illa antiquitus ita plantata est huic territorio, & in eo adeo fortes radices egit, ut ab eo divelli non possit, Andr. Knich. *de jur. Saxonic. verb. Ducum Saxon. c.* 4. *fol.* 121. ut cui terra ipsa, seu territorium ipsum olim cessit & assignatum est, vel nunc etiam restitui debeat, *per c. accessorium de reg. jur. in* 6. Andr. Knich. *de sublim. territ. jur. c.* 1. *num.* 195. *&* 200. *cum simil.*

Quod

253. Quod vel ideo etiam ita est, quia unaquæque res transit cum sua qualitate & causa & accidentibus, commodis & incommodis: idque de successione & hæreditariis rebus indubitatum est, *Text. in L. Pomponius* 8. §. 1. §. *fin. ll. seqq. L.* & post. 12. §. *res quæ L. item Labeo* 22. §. *fin. & L. seq. L. hæredes* 25. §. *curare debet. L. si pignori.* 29. *L. in Judicio* 47. & passim ff. *fam. erciſc.* Rip. ad *L.* 1. §. *si hæres. num.* 11. ff. *ad SCtum Trebell.* Hippol. Riminald. *cons.* 40. *num.* 10. Joh. Cephal. *cons.* 281. *n.* 7. Aym. Cravet. *cons.* 217. *n.* 5. *per L. alienatio ff. de contrab. emt. & vendit.* pro quo etiam est regula juris multiplex: veluti definitio hæreditatis, *in L. hæreditas ff. de reg. jur. & L. nihil est aliud* 24. ff. *de verbor. signif.* tum & quod est in *L. hæredem L. nemo plus commodi ff. de regul. jur.* Itaque cum per transactionem loco divisionis ad Engelbertum ejusque posteritatem tota Baronia Vallendar perveniret, simul etiam ad eum totum jus superioritatis pervenit, per ea quæ scribit Andreas Knich. *de jur. Sax. in verb. Ducum Saxoniæ. C.* 3. *per tot. maxime fol.* 102. *vers. quia vero Principes fol.* 103. 104. 171. Joh. Petr. Surd. *cons.* 47. *n.* 9.

254. Neque potuit Johannes frater ejus jus illud superioritatis in Vallendar retinere, toto territorio ad cohæredem Engelbertum per familiæ erciscundæ Judicium transeunte: tum quod hoc expresse neque dictum neque actum est, ne quidem in renunciatione Dn. Engelberti, ut Johannes retineret: ut ideo, quod Instrumentum renunciationis non dicit, nec nostrum sit dicere, *L. jubemus. C. ad SCtum Vellej.* Bald. *ad L. ad probationem. C. de probat. & ad l. lecta in 2. oppos. ff. de reb. credit. si cert. petat. & ad C. Rodulphus col. 2. ext. de rescript.* Jas. *cons.* 159. *num.* 2. *cons.* 220. *vol.* 2. Wesenb. *cons.* 4. *num.* 31. *cons.* 15. *n.* 42. *cons.* 22. *n.* 5. *vers.* & quod instrumentum sit stricti juris, ideoque stricte interpretandum, neque extendendum ultra expressa, *L. quicquid adstringendæ ff. de verbor. obligat. L. si extraneus ff. de condict. caus. dat. caus. non secut.* Roland. a Valle *cons.* 59. *num.* 25. *volum.* 3. tum quod tanta liberalitas in Engelberto non est præsumenda *per L. cum de indebito. ff. de probat. cap. cum super ext. de renunciat. cap. quia verisimile. ext. de præsumt. L. Nescennius*, ubi DD. *ff. de neg. gest.* tum quod hoc agi non debuit nec po-
255. tuit. Nam ita semel illi territorio plantata est, ut ab eo divelli non possit nec debeat. Bald. *ad c.* 1. *de feud. March.* Knich. *de jur. Ducum Saxon. fol.* 121. *cum similib.*

256. Quin etiam per obitum Gottfridi, Comitis in Sayn, stipitis utriusque lineæ patris, jus omne tam superioritatis & regalis dignitatis, quam Comitatus & Baronatus ipsimet, pro indiviso, æquali Jure ad Johannem & Engelbertum, fratres germanos, pervenere, *d. l. hæredem* 59. *l. hæreditas* 62. *l. omnia fere jura* 193. *l. seq. ff. de regul. jur.* Anton. Tessaur. *decis.* 5. *n.* 1. *per l. si ab eo. C. de legit. hæred. l. cum pater* §. *evictis. ff. de legat.* 3. Joh. Ciric. *de primogen. quæst.* 3. *n.* 7. *lib.* 1. Andr. Knich. *de jur. Saxon. verb. Ducum Saxoniæ. C.* 3. *fol.* 85. *per c. omnes filii. si de feud. defunct. controvers. fuer. int. dom. & agnat. cap.* 1. §. *item si duo, quemadmod. feud. amitt.* maxime nostris moribus, quibus etsi feuda, etiam dignitatum majora, & principatus, non attenta constitutione, *in c. Imperialem.* §. *præterea de prohibit. alien. feud. per Frider.* censentur dividua inter fratres, numero, vel etiam partibus pro diviso, si aliter æqualitas servari non possit, secundum Andr. Knich. *in d. verb. Ducum Saxoniæ. C.* 3. *fol.* 87. *vers. quarto sæpedicta, & fol.* 92. Hieron. Schurff. *cons.* 17. *n.* 5. *cent.* 1. *cons.* 37. *num.* 10. *& seqq. centur.* 2. Andreas Gail. 2. *pract. observ.* 153. *n.* 2. Inæqualitas 258. quippe parit discordiam, *l. fin. c. commun. utriusque Judic. l. cum oportet.* §. *non autem. C. de bon. quæ lib.* quam ideo jura detestantur, Roland. a Valle *cons.* 51. *num.* 80. *vol.* 4. Jos. Ludov. *decis.* 29. *num.* 15. tametsi dignitates ipsæmet singulorum omnium in solidum, administratione regiminis tantummodo divisa. Andr. Gail. *observ.* 153. *num.* 6. *&* 7. Et cum 259. Vallendar allodium tum temporis fuerit, tanto magis jus per omnia æquale in eo nactus est cum fratre Johanne, *Novell.* 118. *C.* 1. *L. si defunctus auth. in successione C. de suis & legit.* Fulv. Pacian. 2. *de probat. C.* 36. *num.* 58. *& seqq.* Imo etiam in Comitatu Sayn & Baronatu Homburg, cum appareat jus primogenituræ vel majoratus in neutro locum habere, Mart. Frecc. 2. *de feud. tit. quis dicatur Comes, n.* 45. Fulv. Pacian. *d. c.* 36. *n.* 20. Andr. Gail. *dict. observ.* 153.

Facta autem divisione, & vice ejus interpo- 260. sita transactione, quisque in ea parte, qua alter alteri cessit, hic in Comitatu, ille in Baronatu, singulis in suo rato totaliter jus superioritatis & territorii, ut reliqua omnia cesserunt, nihilque ejus apud alterum mansit, ita ut Johannes in Comitatu Sayn, Engelbertus vero in Baronatu Vallendar altero fuerit major, & is ut privatus ibi censendus, secundum Andr. Knich. *de jur. Saxon. verb. Ducum Saxoniæ. C.* 6. *fol.* 171. *in princ.* pro quo haud ineleganter allegat Surd. *cons.* 47. *n.* 9. Andr. Gail. *d. observ.* 153. *n.* 2. Quod etiam experientia rerum magistra approbat. Et cum Baronatus æque ut Comitatus Johannis fratris solius non fuit, utique nec totum retinere voluisse præsumendum est: quin potius, quod bonam fidem agnoverit, & fratri Engelberto cesserit, quod ejus fuit, ac jure summaque æquitate esse oportuit. Nec vero jus illud, 261. quod ipso Jure Engelberto erat, delatum & acquisitum, absque ejus facto ac voluntate ipsi tolli, nec id sibi Johannes appropriare potuit, *L. id quod nostrum ff. de regul. jur. l. cum maritus,* §. *fin. ff. de pact. dotal. l. in re mandata. C. Mandat.* Bald. *ad l. si constante c. de donat. ante nupt.* Dec. *cons.* 107. Wesenb. *cons.* 2. *n.* 95. *gloss.* Bart. Bald. *ad l. fin. C. si contr. jus vel util. publ.* Jas. *ad l. quo minus ff. de fluminib.* Alex. *cons.* 93. *lib.* 4. *cons.* 136. *lib.* 1. Felin. *ad C. quæ in Ecclesiarum, n.* 26. *ext. de constitut.* Corne *cons.* 68. *n.* 6. *&* 7. *vol.* 3. *per l. cum quasi ff. de fideic. libert. l. nec utilem ff. ex quib. caus. maj. in integr. restit.*

262. Nam nec Imperator hoc potuiſſet, ne quidem de plenitudine poteſtatis ordinata, niſi publicæ utilitatis cauſa. Dec. *num.* 3. Hieron. Cagnol. *num.* 15. *ad d. l. id quod noſtrum. ff. de reg. jur.* Bart. Bald. Ceſtrenſ. Jaſ. *in d. l. fin. c. ſi contr. jus vel util. publ. & in l. item ſi verberatum.* §. 1. *ff. de rei vindicat. l. Lucius ff. de eviction.* Zaſ. *conſ.* 10. *numer.* 4. *&* 5. *lib.* 2. Hippolyt. de Marſil. *ad l. unic. num.* 96. *de rapt. virg.* Ferdinand. Vaſqu. 1. *controv. jur. c.* 1. *n.* 7. Ant. Gabr. 3. *recept. ſent. tit. de jur. quæſit. non tollend. concluſ.* 1. Quæ hic nulla. Tanto minus igitur hoc potuit prædictus Johannes, Comes in Sayn, frater Engelberti: quia nihil de eo in transactione, nihil in re-
263. nunciatione, nihil in inveſtitura. Atque id eo minus: quia etſi per necognitionem feudalem directum Dominium reſtituit fratri Johanni, utilis tamen Dominus ipſe per omnia manſit, ita ut prorſum nihil ejus actu ſibi Johannes afferere potuerit.

264. Sed nec hoc ipſo, quod quis alicujus ſit vaſallus, & allodium ſuum ab eo recognoſcit, ſit ſubditus illius, a quo inveſtitur, & cujus ſit vaſallus. Andr. Gail. *de pignor. cap.* 15. *n.* 4. Natta *conſ.* 445. *n.* 9. Capyc. *deciſ.* 162. *n.* 12. Henric. Roſenthal. *de feud. c.* 5. *concluſ.* 69. *n.* 5. *& ibid. in gloſſ. lit. H. concluſ.* 74. *num.* 4. nec etiam in eo territorio Dominus ille jus ſuperioritatis conſequitur, *Clem. paſtoralis.* §. *denique de ſentent. & re judic. c.* 1. *de nova form. fidel. c.* 1. *qual. jura deb. vaſall.* Marian. Socin. *ad c. ex transmiſſa num.* 9. *ext. de foro compet.* Tobias Paurmeiſt. *d. c.* 8. *a num.* 40. *usque ad*
265. 47. *verſ. ad ea vero*; ubi teſtatur, eos, qui dicunt: Vaſallum fieri ſubditum Domini inveſtientis, quia juret ei fidelitatem, *cap.* 1. *qual. jura deb. vaſall.* non abſolute eſſe accipiendos, ſed adhibita diſtinctione homonymiæ, quæ
266. eſt in hac loquendi formula. Nam etſi Dominus aliquam conſequitur præeminentiam & jurisdictionem in vaſallum, ea tamen ſe extra controverſiam feudalem non extendit, nec Jure Domicilii vel territorii in eum, ejusque res quidquam poteſtatis habet, niſi quatenus domicilium vaſallus collocat in territorio Principis inveſtientis, aut ibi contrahat vel delinquat: quod & patet *ex d. cap. Imperialem* §. *penult.* & ibi Alvar. *de prohib. feud. alien.* per Frider. Alvar. *d. c.* 1. *num.* 5. *de controverſ. int. Epiſcop. & vaſall.* Roſenth. *de feud. c.* 12. *concluſ.* 1. *n.* 5. 6. 7. Nec enim hac recognitione hoc agitur, ut vaſallus cum ſuis fiat ſubditus, cujus ante non fuit. Tob. Paurmeiſt. *dict. c.* 8. *num.* 48. Andr. Knich. *de ſublim. territor. jur. c.* 1. *num.* 204. 205. quia ita ſibi ſuisque noceret: ſed ideo hoc fecit, ut ſibi ſuisque prodeſſet, ac rem poſteritati conſervaret, eoque melius rem ſuam tueretur, Andr. Knich. *d. c.* 1. *num.* 205. Actus autem agentium ultra intentionem eorum extendi non debent, *L. non omnis. ff. de reb. credit. ſi cert. pet.* Hippolyt. Rimin. *conſ.* 190. *n.* 48. *conſ.* 338. *num.* 59. *conſ.* 396. *n.* 6. *conſ.* 505. *n.* 8. Auguſt. Berous *conſ.* 67. *num.* 31. *conſ.* 177. *n.* 79. *volum.* 2.

267. Præterea Johannes, Comes in Sayn, in transactione illa loco diviſionis familiæ paternæ, *N.* 2. 1. cum in §. *hæc omnia bona* &c. dixiſſet, ſe omnia hæc prænominata bona, caſtrum Vallendar &c. aſſignaſſe fratri Engelberto in portionem ſuæ hæreditatis, ſcilicet paternæ &c. mox in §. *transferimus etiam* &c. confitetur teſtatumque facit, ſe transferre etiam in ipſum Engelbertum & ejus hæredes omne jus, quod in prædictis bonis ipſi aut ſuis hæredibus competit, aut competere videtur quomodolibet. Quæ verba adeo univerſalia, 268.
adeo effuſa ac ſimul geminata, Riminald. *conſil.* 413. *n.* 10. Jaſon. *conſil.* 161. *num.* 3. *vol.* 2. non permittunt, ut quidquam ejus, quod in hoc territorio & caſtro Johannes ſuo jure habere potuiſſet, non tranſierit: tum quod is, qui omne dicit, nihil excludit. *L. omnia* ubi Dec. *ff. de reb. credit. ſi cert. petat. L. Julianus. ff. de legat.* 3. *L. a procuratore. C. mandat.* Hippolyt. Riminald. *conſ.* 61. *n.* 36. *conſ.* 377. *num.* 24. *conſ.* 413. *num.* 10. *conſ.* 436. *n.* 28. *conſ.* 760. *n.* 2. Jaſ. *d. conſ.* 161. *n.* 3. Roland. a Valle *conſ.* 5. *n.* 16. *&* *conſ.* 17. *vol.* 4. Surd. *conſ.* 31. *n.* 27. *conſ.* 73. *n.* 63. tum quod vox: *omne in verb. quomodolibet* geminatur: quæ 269.
vox perinde eſt, acſi dicas, quolibet modo, quocunque modo, ſeu omni modo. Roland. a Valle *conſ.* 5. *n.* 15. 17. *&* 18. *volum.* 4. Geminata autem univerſalis nota latiſſimam po- 270.
ſtulat ſignificationem, & vim habet pleniſſimam, *gloſſ. in clem. verb. omnimodam de foro compet.* Jaſ. *d. conſ.* 161. *num.* 2. *&* 3. Et alias 271.
ſermo generalis nihil intactum relinquit, ſed omnia includit, Hippol. Rimin. *conſ.* 61. *num.* 37. eoque magis geminatus, Riminald. *dict. conſ.* 413. *num.* 10. Surd. *conſ.* 31. *num.* 27.

Qua de cauſa, ſi quid poſtea Anno 1340. 272.
Archiepiſcopo Balduino ceſſit Johannes, Comes in Sayn, filius Johannis I. aut nepos ejus anno 1386. Cunoni Archiepiſcopo nihil ultra id, quod habuit, in eos transferre potuit, *per l. nemo poteſt plus, de reg. jur. in* 6. *l. nemo plus juris. ff. eod. d. l. traditio. ff. de acquirend. rer. domin.* nempe directum tantummodo dominium illius territorii, & ſuperioritatem ſolummodo feudalem, non etiam territorialem & regiam in Vallendar, niſi forte in ſpe, non autem in
re & actu quis intelligere malit. Sed hoc in 273.
pendenti eſt, ac ideo non eſt pro eo, ac ſi ſit, *L. is damnum dat.* §. 1. *ff. de reg. jur.* neque de futuris contingentibus determinata eſt veritas, Hieron. Cagnol. *ad d. l. is damnum dat.* §. 1. *in pr.* ſiquidem actu & cum ſolida utilitate ſua hoc territorium & hæc ſuperioritas jam ante in Engelbertum ejusque poſteritatem translata fuit, *c. Imperialem.* §. *præterea Ducatus, de prohibit. alien. feud.* per Frider. Roſenthal. *de feud. c.* 2. *n.* 4. *&* 5. *&* *in gloſſ. lit. C.* ut actu & uſu jam amplius alii etiam dari vel competere non potuerit, Andr. Knich. *de ſublim. territ. jur. c.* 1. *n.* 114. *&* 115. At quamdiu aliqui 274.
ex inveſtitis & inveſtituræ capacibus ſuperfuerint, ſpes illa eſt ſine actu, & ſine re; quia durante hoc vaſallagio, omnis fructus omnisque utilitas & commodum, uſus & adminiſtratio omnium eſt vaſalli & ſucceſſorum ejus, nihilque eorum ad Dominum ſpectare poteſt, *c.* 1. §. *quamvis de inveſtit. de re alien. fact. c.* 1. §. *fin.*

fin. in quibus caus. feud. amitt. c. 1. ibi gloss. in verb. ipse solus, de controvers. inter vasall. & al. de benef. c. 1. §. 1. de capit. corrad.

275. Tertio in omni re ac negotio principium spectandum est, *L. Pomponius 15.* ibi Bart. *n. 2.* Castrens. *n. 5.* Bald. *col. 2. ff. de neg. gest. & ad L. si procuratorem. 8.* post *gloss. ibid. per illum text. ff. de mand. l. si filiusfam. 78. ff. de verb. oblig. l. si finita. §. Sabini. ff. de damn. infect. l. qui id quod ff. de donat. l. in ratione. §. si filio ff. ad l. Falcid. l. tutor datus. ff. de fidejuss. l. clam possidere ff de acquirend. possess. l. si uxorem. C. de condict. insert.* Tiber. Decian. *respons. 11. num. 4. & 5. volum. 1.* Andr. Tiraq. *in præfat. de jur. primogen. num. 52. & seqq. & ad l. hoc sermone. §. boves. N.*
276. *162. ff. de verb. signif.* Ex primordio enim tituli posterior formatur eventus, *l. unic. ubi gloss. C. de imponend. lucrat. descript. lib. 10. l. potior. l. qui balneum ff. qui pot. in pignor.* Roland. a Valle *cons. 76. num. 20. vol. 3.* Aym. Cravet. *cons. 1000. n. 33. per l. sed an ultro. §. fin. ff. de negot. gest. l. in venditionibus. ff. de contrab. emt. vendit. l. si hæres ff. de act. emt. vend. l. peto §. prædium. ff. de legat. 2.* Et prior
277. in tempore, potior quoque est in jure, Aym. Cravet. *cons. 951. n. 1. & seqq. per l. potior. l. qui balneum. ff. qui pot. in jur.* & plura alia.

Certum autem fit ex supradictis, & quæ *sub N. 1. 2. 3. & seqq.* sunt allegata, die Herrschafft sive Baroniam Vallendar plenissimo jure allodii fuisse Comitum in Sayn, & ad Comitatum illum pertinuisse: nec potuerunt Comites illi hunc titulum a nullo alio habere, quam ab Imperatore seu Cæsare aliquo Roma-
278. no, utpote a quo omnes dignitates, & titulata territoria promanant, & ad quem etiam reffluunt, Bald. *ad c. 1. n. 2. de allod. & ad c. 1. de feud. March.* Henn. Goed. *d. cons. 3. n. 24.* Andr. Knich. *d. c. 1. n. 306. 307. d. c. 3. num. 100. & de jur. Duc. Saxon. fol. 66.* Ab hoc igitur initio, & ab hoc primordio tituli hic formandus est eventus, & hic exitus spectandus, quod Comites in Sayn, & possessores hujus Baroniæ, ipsaque Baronia nulli alii quam Romano Imperatori subesse queunt, & antiquitus nihil superioritatis quisquam alius, ne quidem Archiepiscopus Trevirensis ante oppignorationem in hanc Baroniam Vallendar habuit vel exercuit, neque jure habere vel exer-
279. cere potuit. Et cum pertinens fuerit Comitatus Sayn, cui etiam proxime cohæret, quod per ocularem inspectionem patere dicitur, non potuit pariter etiam esse pertinens & pars ac-
280. cessoria Archiepiscopatus Treyirensis: tum ut a suo principio non degeneret, D. Petrin. Bellus *de re utilit. part. 10. tit. 2. num. 34.* tum
281. ut eadem res diverso jure non censeatur, *l. eum qui ædes ff. de usucap. c. majoribus ext. de præb.* DD. *in l. cives. C. de incol. lib. 10.* Wesenbec. *cons. 40. n. 18. cons. 78. num. 6.* propter diversitatem diversorum subjectorum sive princi-
282. palium: tum ut non duo principales Domini & superiores diversi ejusdem rei & dignitatis eodem tempore in eadem provincia in solidum constituantur, Johann. Bertachin. *in repertorio suo, in verb. dignitas. versic. dignitas una & eadem:* quod jura non permittunt, *l. si ut certo. §. si duobus. ff. commod. l. hæreditate. §. pater. ff. de castr. pecul.* Wesenb. *consil. 2. n. 82. vers. etenim est impossibile.* Andr. Knichen. *de sublim. territor. jur. cap. 3. n. 114.* tum etiam 283.
quod eadem res præsumitur esse & durare sub eodem Dominio, tanquam primo suo principio, *l. sive possidetis*, ubi *gloss.* & DD. *C. de probat.* Corne *consil. 244. n. 8. versic. ex quo in dubio, vol. 4.* tum quod Trevirensis nullo antiquiore titulo munitus est: qui tamen in 284.
hoc genere est necessarius ei, qui in alieno territorio sibi jus subjectionis & superioritatis asserere conatur, Andr. Knichen *de sublim. territor. jur. cap. 5. num. 45. 54.* & passim. At contra hic ex parte Comitum de antiquiore jure, titulo ac possessione apparet per Instrumenta, *N. 1. 2. 3. 4. 5. & seqq.*

Quarto antiquitus Comites in Sayn, ante fraternam divisionem transactione sopitam, *sub N. 2. 1. & 2. 2.* & post eam divisionem Comites de Sayn, Domini in Vallendar, omnis generis actus superioritatis exercuerunt, sibique asseruerunt in territorio Vallendar, sine ullius hominis, etiam Archiepiscopi cujusque Trevirensis contradictione & impedimento. Testatur enim Johannes, Comes in Sayn, *sub N. 1. anno 1292.* in festo B. Gregorii, primo felicis recordationis Comites de Sayne, prædecessores suos, favore gratiæ persecutos esse commendatorem & fratres domus Teutonicæ in Confluentia, concedendo eis privilegia & indulta circa villas, possessiones, domos, ædificia & ejus generis alia in Vallendar & Malendar &c. *§. nos itaque &c.* Deinde, se eisdem hæc a prædecessoribus suis Comitibus de Sayn privilegia & indulta, antiquitus in villis Vallendar & Malendar concessa, confirmare & approbare, *vers. omnia privilegia.* Tertio *in vs. & super hoc eos &c.* præcipit, ut nemo audeat eis contradicere aut impedire, vel se opponere sub prætextu & occasione cujuscunque juramenti præstiti vel confícti. Quarto prohibet eos in eorum homines, qui sunt de curte eorum in Malendar, hoc nomine accusari & denunciari, *vers. vel eos supra præmissorum.* Quinto prohibet, ut ab eisdem in eorum curte existentibus, & pro ovium pastu ibidem a quoquam subditorum nihil exigatur, ne quidem sub specie precariæ, banni vini, vel cujuscunque sublevaminis, ne quidem palatini.

Quæ omnia certe superioritatis sublimis ter-
ritorialis actus & argumenta sunt. Nam con- 285.
cessionem Franchisiæ & immunitatis, insigne esse superioritatis argumentum, testatur Andr. Knichen *de sublim. territ. jur. c. 3. num. 348.* Quis, quæso, privilegia & indulta concedet? 286.
is inquam, qui potestate suprema eo loci legibus soluta præditus est, Aym. Cravet. *cons. 640. n. 2. cons. 973. n. 19. post gloss. in c. decet de reg. jur. 6. per cap. in nostra ext. de injur.* Vasqu. *illustr. controvers. cap. 1. num. 6. & seq.* Octav. Cacheran. *decis. 139. n. 5. & 15. versic. non autem nocet, & decis. 155. num. 1.* Borcholt. *de feud. cap. 5. num. 37.* Nicol. Boër. *decis. 178. num. 9. & seq.* Baptist. a Villalob. *commun.*

commun. opin. lit. D. num. 192. *&* 193. Emanuel Soarez. *lit. D. n.* 376. Laurent. Kirchov. *cent.* 6. *commun. opin. concl.* 58. Erasm. Musc. *commun. opin. lit. I. num.* 16. *&* 9. *& lit. P. n.*
287. 12. *&* 13. Nemo autem ea potestate praeditus est, quam Imperator, *l. Princeps ff. de legib.* Ideoque nemo privilegia dare vel indulgere potest, nisi Imperator, *l.* 1. *ff. de constitut. Princip. vers. plane* & ibi DD. *institut. de jur. natur. gent. & civ.* & cui is regalem concessit dignitatem ac potestatem exercendi Principis jura, quoad subditos suos in suo territorio, Bartol. *in l. infamem.* 14. *ff. de publ. Judic.* Zas. *consil.* 1. *num.* 21. *lib.* 1. Schurff. *consil.* 18. *n.* 2. *cent.* 3. Andr. Gail. 1. *de pignorat. c.* 6. *num.* 10. Andr. Knich. *de sublim. territor. jur. c.* 1. *n.* 379. *qui ibid. num.* 380. subjicit, quod quilibet in suo territorio Imperator esse perhibetur, & *num.* 282. quod recte arguitur a potestate Imperatoris in universum ad potestatem Ducis, Marchionis, Comitis, Baronis &c. neque ab hac prærogativa regali excludi Barones, nimirum veteres, Germaniæ JCti fere omnes asserunt, præsertim Tobias Paurmeister *d. lib.* 2. *c.* 8. Rosenth. *d. concl.* 1, *num.* 4. 5. 6. post Baron. Schenck. & alios *ad c.* 1. *quis dicatur Dux, & ad cap.* 1. *de feud. March.* Et in genere ex Erasm. Muscul. *comm. opin. lit. D. n.* 8. *& lit. I. n.* 19. Nicol. Vigelius haud incelebris Jurisconsultus *in method. sua jur. controvers. lib.* 1. *c.* 5. *reg.* 115. communem receptamque esse omnium Interpretum opinionem asserit, quod Dominus alicujus territorii cum mera & mixta Jurisdictione pro se & descendentibus suis dicitur habere jura Prin-
289. cipis. Sed & mandare subditis vel prohibere, præsertim vero cum pœnæ comminatione, denegare accusationes, & quæ ejus generis sunt alia, non est cujusvis Jurisdictionem habentis, sed tantum majoris Magistratus, cujusmodi olim præfectus prætorio, præfectus urbi, proconsul, prætor erant, *ut in l.* 1. *de off. præfect. prætor. l.* 1. *ff. de off. præfect. urb. l.* 7. §. *fin. l.* 8. 9. *de off. proconsul. l.* 3. *&* 4. *l. ex omni-*
290. *bus. l. seq. ff. de off. præsid.* quibus Principes, Comites & Barones nostri ratione dignitatis & durationis longe præferuntur: quoniam non, ut illi, temporales, sed perpetui sunt, &c. monente hoc Andr. Knichen *de sublim. territor. jur. cap.* 1. *n.* 300. 301. 302. 304. 305. 306. *& de jur. Saxon. verb. Ducum Saxoniæ. C.* 4. *fol.* 119. *&* 120.

Nec objiciat aliquis, testimonium hoc Johannis, Comitis in Sayn, esse proprium ipsius in propria causa, ideoque nihil urgere *L.* 3. *l. omnibus* 10. *C. de testib.* Respondetur: Imo Johannes ille in propria causa pro se testatus non est, neque hoc propositum habuit, sed contra se de concessione privilegiorum pro commendatore & fratribus Teutonicis, qui sunt Confluentiæ. Quæ vero ad hanc causam spectant, in eam dispositionem veniunt, partim ut causa efficiens & materia, vel ut subjectum, partim ut medium perficiendi & ad effectum perducendi id, quod privilegiis & indultis conceditur. Atque ideo hæc ut basis ac fundamentum concedendorum confirmandorumque privilegiorum atque indultorum illorum ex necessitate antecedentis præsupponuntur, ut efficaciter ex iis consequens, nempe concessio & confirmatio ipsa privilegiorum existere possit: Argumento a consequente concessio ad con- 291.
cedendum antecedens. Everhard. a Middelb. *in loc. legal.* 126. *a concess. conseq. anteced. n.* 1. 3. 4. cum jam consequens concedatur, nempe privilegiorum & indultorum concessio atque confirmatio, necesse est, ut & antecedens, potestas sc. & jus dandi concedatur, *per l.* 1. *ff. de offic. ejus cui mand. est jurisdict.* ac propterea hoc testimonium in ea parte suspectæ fidei prorsum argui non potest, maxime in negotio
292. tam antiquo, in quo etiam verba enunciative posita vim probationis dispositivæ habent, Aym. Cravet. *consil.* 434. *n.* 11. Imo vero hæc 293.
verba etsi enunciative posita, cum tamen propter se, tanquam dispositi fundamenta posita sint, plenam fidem faciunt, Aym. Cravet. *consil.* 832. *num.* 1. 2. 3. *consil.* 950. *n.* 6. *versic. fraternitatem.* Quia disponendi effectum præstant, Cravet. *consil.* 564. *num.* 3. maxime hoc casu, ubi observatio illorum privilegiorum usque in hodiernum diem concurrit. Non etiam hoc documentum producitur ex Comitum in Sayn domo, sed ex Archivo Domini Commendatoris, & fratrum Ordinis Teutonici Confluentiæ, ut ideo *dict. l.* 3. *& d. l. omnibus, C. de testib.* hic locum non habeant. Probatur itaque hoc instrumento sufficienter, antiquitus & ante fraternam divisionem Comites in Sayn sine ullius impedimento in hoc territorio exercuisse, quæ superioritatis & dominii territorii superioris sunt, & sic nihil ejus Archiepiscopos sibi unquam vindicasse. Post fraternam divisionem, & subsecutam in feudum recognitionem Baroniæ Vallendar, de qua *Anno* 1294. convenit sub *Num.* 2. 1. & 2. 2. hæc eadem privilegia prædicto Domino Commendatori & fratribus ejus ordinis Teutonici Confluentiæ renovarunt ac confirmarunt Gothofridus, Comes de Sayn, Dominus in Vallendar, filius Engelberti, & ejusdem Gothofridi filii, Engelbertus ac Salentinus, in die D. Margarethæ, anno 1339. qui etiam fatentur, eadem Privilegia a patre & avo suo Engelberto, Johannis fratre & hujus familiæ, Dominorum in Vallendar, ac Comitum de Sayn in Wittgenstein, Principe & stirpis conditore data, renovata ac confirmata fuisse, ut videre est supra *sub N.* 10. ubi insuper etiam eis potestas conceditur in Vallendar & Malendar, eorumque locorum terminis ac districtu, pascendi pecora, lignandi, & rivulos, & aquarum fluctus, qui prope Malendar in Rhenum influunt, flectendi & derivandi, prout ipsis placuerit, ut est videre *d. N.* 10. §. **Wir wollen auch, daß sie zu Vallendar.** Ex quo colligitur, Comitem in Sayn, Johannem, ejusque descendentes, post factam divisionem fraternam, ac subsecutam investituram superioritatis jura in Vallendar non exercuisse, sed una cum ipso Baronatu Vallendar Engelberto ejusque descendentibus totaliter resignasse ac concessisse. Quod & inde evidenter probatur: quia Johannes, Comes in Sayn, Johannis primi filius, fidei gratia hanc confirmationem & renovationem una cum aliis,

non

non ut territorii illius Dominus, sed veluti testis sigillo suo munivit, ut *Num.* 10. §. **zu Urkund**, *versic.* **und zu mehrer Urkund**, videre est. Sigillando autem & appprobando contractum confessus est, eas res nihil ad se pertinere, nec sua esse, alioquin impedire po-
294. tuisset: quod cum non fecerit, plene sibi approbando præjudicavit, per *l. fidejussor.* §. 1. *ff. de pignorib. l.* 2. *C. si res alien. pignor. dat. l. sæpe* ibi Zas. *ff. de re judicat.* Petr. Costal. *ad l. Gajus Sejus.* 39. *ff. de pignorat. act.* Post præ-
295. dictam divisionem fraternam & feudalem recognitionem, de qua *sub N.* 2. 1. *&* 2. 2. anno nimirum 1328. die proxima post purificationem Mariæ, Engelbertus Comes de Sayn, Dominus in Vallendar, ut est *sub N.* 4. Rulmannum aureatum equitem, vocatum **Waldpott**, in Virum Castrensem Vallendarensem recipit: **Nimmt ihn samt allen seinen Erben zum Burgmann zu Vallendar an, neben Versprechung jährlichs Weins von der Kelter**, ut pluribus constat *sub N.* 4.

Deinde Anno 1333. in crastino conversionis Divi Pauli, prædictus Comes Gothofridus, Engelberti filius, Judæum quendam, Leben Gallicum, cum matre, liberis, familia & ejus bonis in tutelam & defensionem seu protectionem suam, ut in Vallendar per triennium habitaret, suscepit, eique literas tutelares dedit, ut est supra *sub N.* 5. Idem fecit Anno 1559. Wilhelmus, Comes de Sayn in Wittgenstein, recipiendo Judæum quendam, Salomonem nomine, ut sub *N.* 6. indicatur.

Docetur similiter *sub N.* 7. 8. *&* 9. quod tam ante, quam post fraternam transactionem Comites de Sayn, tanquam Domini in Vallendar, jus cudendæ monetæ exercuerunt: Imo etiam de eo jure privilegium Imperatorium speciale habent, quod hæc moneta sub insignibus ipsorum Comitum de Sayn, tanquam Dominorum in Vallendar, fabricari debeat.

296. Etsi vero, quod Engelbertus Rulmannum **Waldpotten** inter Burgmannos sive Castrenses suos viros recepit, exemplum superioritatis forte videri non possit, per ea quæ scribit Henric. Rosenthal. *cap.* 2. *de feud. concluss.* 78. cum tamen hac receptione vel subinfeudatione simul etiam in clientelam & protectionem suam in Vallendar eum Engelbertus receperit, saltem eo respectu exemplum superioritatis moribus Germaniæ censebitur, secundum Andream Knich. *de jur. Duc. Saxon. fol.* 168. *vers. de-*
297. *nique usus & observantia.* Nam etsi alias etiam clientela & protectio non tribuat jurisdictionem nec superioritatem, quatenus ea non subditis & alterius territorii hominibus confertur, Andr. Knichen *ibid. fol.* 167. *vers. cæterum jus protectionis.* Andr. Gail. 2. *pract. observat.* 54. Si tamen quis intra proprios territorii sui fines alicui protectionem & clientelam promittat & præstet adversus quemcunque, usu & moribus ad superioritatis jus refertur, ut in *dict. vers. usus & observantia.* Andr. Knich. *d. fol.* 168. indicat.

298. Quinimo **Geleyd**, sive securitatis concessionem Andr. Knich. *de jur. Duc. Saxon. fol.* 132. inter regalia & superioritatis jura refert, ejusque symbolum, ut & salvaguardia, & salvus conductus jure superioritatis datus. Cujusmodi dedit fullonibus & lanariis Confluentiæ congregatis Comes Georgius, 5. Martii, Anno 1444. cum eos investiret de molendino poliendis pannis idoneo, *in versic.* **allewege zu Vallendar** &c. ut videre est *sub N.* 16. Inprimis autem **Juden Geleyd**, & recipiendi 299.
eos in subjectionem, inter regalia & superioritatis jura refertur *in aurea Bulla Caroli IV. tit.* 9. *&* **in der Policey-Ordnung zu Augspurg** *Anno* 1548. *sub tit.* **von Juden und ihrem Wucher** &c. *& in ejus Reformatione Francofurtana, Anno* 1577. *tit. eod.* 20.

Quamvis autem Matth. Wehner *in practic.* 300.
observat. in verb. **Juden, Judenscheid**, §. *an Judæi inter Christianos, versic. quod quibusdam in locis &c.* asserat, jus recipiendi & protegendi Judæos quibusdam in locis non Domino superiori, sed inferiori, **den Vogtey-Herren**, attribui: monet tamen, hoc esse contra constitutionem & moribus de facto magis, quam Jure fieri. At cum antiqua hæc sint facta, ea 301.
juri consentanea esse, per acta præsumendum est, per ea quæ respondet Hippolyt. Rimin. *d. consil.* 6. *n.* 58. 59. *&* 60. *consil.* 86. *n.* 15. *& cons.* 413. *n.* 52. Nam & alias quilibet actus 302.
eo modo factus præsumitur, quo fieri debuit, *l. quædam mulier. ff. de rei vind.* Bartol. & alii *ad l. cum servum. ff. de verbor. obligat.* Aym. Cravet. *consil.* 762. *n.* 26. *per l.* 2. *C. de acquir. possess. l. final. C. de alien. pupill. præstand.* Hipp. Rimin. *cons.* 492. *n.* 28. *consil.* 607. *n.* 43. & 303.
quidem ad eum finem, qui est verisimilior, magisque convenit rei, quæ in eo tractatur, Tiber. Decian. *resp.* 18. *n.* 353. *vol.* 1. Hipp. Rimin. *consil.* 814. *n.* 52. & in quo magis incalescit, *l. quæritur. ff. de statu homin.* Hipp. Rimin. *consil.* 736. *n.* 84.

Dicitur quidem ex parte Archiepiscopi Trevirensis, in Cancellaria occurrere indicia & annotationes, quibus certum fit, quandoque Comites de Sayn in Wittgenstein de recipiendis Judæis scripsisse, interdum etiam consensum postulasse: quid autem ex Cancellaria responsum sit, ignorari. At hoc non obstat: Primo, quia non probatur: deinde, quod si probatur, non tamen docebitur, hoc factum esse ante oppignorationem: Eoque minus probabit, jus recipiendi & protegendi Judæos ad Comites in Sayn & Dominos in Vallendar solos ibidem non pertinere. Nam si quid ejus factum est, postquam Dominus Johannes, Comes de Sayn in Wittgenstein, Anno 1392. Vallendar Archiepiscopo oppignorasset, id docebit, ad investitos hoc pertinere jure ipsorum proprio, Archiepiscopi consensum tantummodo, ut Domini temporalis, jure oppignorationis requisitum esse: quod jus & dominium tem- 304.
porale ejus omne resolvetur, resoluta ejus causa, nempe obligatione pignoris per reluitionem, *arg. d. l. fin. c. de luit. pign. cum simil.* de quibus in reluitione primæ quæstionis. Neque potuit 305.
sibi Archiepiscopus causam & titulum possessionis suæ mutare, & ex hoc retrovenditionis pacto sive oppignoratione facere contractum perpetuum & acquisitionem immutabilem, *L.* 3. §. *illud quoque. ff. de acquirend. possess.*

l. non ſolum 33. §. 1. *ff. de uſucapion. l.* 6. §. *Julianus ait. ff. de precar. l.* 5. *c. de acquirend. poſſeſſ.* Hippolyt. Riminald. *conſil.* 100. *n.* 13.

306. Neque ita ſcribendo vel denunciando Comites de Sayn in Wittgenſtein, Domini in Vallendar, Archiepiſcopis novum titulum novamque cauſam poſſeſſionis ſuæ, quoad ſuperioritatem, dederunt: quia nec dare vel attribuere voluerunt. Actus autem agentium ultra eorum intentionem non extenditur, neque operatur quicquam ultra, quam agentes voluerunt, *l. non omnis*, ubi DD. *ff. de reb. credit. ſi cert. petat.* Pariſ. *conſil.* 118. *num.* 11 *vol.* 4. Weſenbec. *conſil.* 52. *n.* 48. Hippol. Rimin. *conſ.* 31. *n.* 93. *conſil.* 190. *n.* 48. *conſil.* 386. *n.* 6.

307. *conſil.* 505. *n.* 8. *conſil.* 612. *n.* 48. Jus ac poteſtatem fabricandi monetam inter regalia feudiſta refert *in c.* 1. *quæ ſunt regal.* & ſuperioritati territorii regali annumerat Andr. Knich. *de jur. Saxon. in verb. Ducum Saxoniæ, c.* 5. *fol.* 152. *& ſeqq.* quia multi ex numero majorum regalium eſſe dicunt, Roſenthal. *de feud. c.* 5. *concluſ.* 48. *n.* 1. *& ibi in gloſſ.* Ægid. Boſſ. *de monet. in princ.* Imo vero ſecundum Boſſ. & Claud. Seyſell. *ad ſpeculat. de his qui feud. dar. poſſ.* præter jus ſublime territorii requiritur ſpeciale privilegium, vel præſcriptio. Tametſi Peregrino *de jur. fiſc. lib.* 1. *c.* 1. *n.* 25. aliud videatur, ſed utut ſit, hi Comites de Sayn, Domini in Vallendar, antiquitus privilegium cudendi monetam in Vallendar ab Imperatoribus, etiam ante fraternam diviſionem habuerunt, idque ſibi Salentinus, Comes de Sayn in Wittgenſtein, a Carolo Quarto, Anno 1359. rurſum etiam Anno 1566. a Maximiliano II. Georgius & Ludovicus Comites de Sayn in Wittgenſtein renovari ac confirmari curaverunt, ut eſt *ſub N.* 8. quo ipſo etiam probabile fit, cæteras quoque regales dignitates ac regalia multa ante ſecula ipſius majores in Vallendar ab Imperatoribus per privilegium æque, ut jus rei monetariæ, impetraſſe.

308. Rurſum flumina non ſolum navigabilia, ſed & quæ in navigabilia influunt, & ea augent, quæve per alveum publicum currunt, una cum piſcationibus, Jacobin. de S. Georg *in inveſtitur. ſua verb. & cum piſcationibus, n.* 1. *&* 2. ad jus territorii ſuperius pertinere, tam *ex dict. c.* 1. *quæ ſint regal. & interpp. ibid.* præſertim Johann. Borcholt. *n.* 30. Roland. a Valle *conſil.* 97. *volum.* 3. quam Andr. Knichen *de jur. Saxon. in verb. Ducum Saxoniæ, c.* 5. *fol.* 135. liquet: idque moribus Germaniæ conſentaneum eſſe ſcribit H. Roſ. *de feud. c.* 5. *concl.* 24. *n.* 3.

Quia autem hæc jura habuiſſe & exercuiſſe Comites in Sayn, ante fraternam diviſionem per plures generationes, & poſt eam continuaſſe eadem Engelbertum Comitem de Sayn, Dominum in Vallendar, ejusque poſteritatem, & quidem ſolos ſuo jure, nempe Anno 1328. 1333. 1334. 1339. & deinceps, quando nondum oppignoratio Archiepiſcopo Wernhero facta fuit, ex proxime allegatis Inſtrumentis conſtat. Qua igitur conſcientia, quo colore potuerunt Archiepiſcopus & Capitulum prætendere, jus ſuperioritatis ſe habuiſſe vel exercuiſſe in Dominatione Vallendar etiam ante oppignorationem?

309. Quinimo nihil ejus ante oppignorationem habuiſſe vel exercuiſſe, ſed omnia illa ſibi Gottfridum & Salentinum, patrem ac filium, utrumque filium majorem & minorem Salentini, omnes Comites de Sayn in Wittgenſtein, Dominos in Vallendar & Homburg &c. in hanc Baroniam Vallendar vindicaſſe, aſſeruiſſe & exercuiſſe, præter ſuperiora probatur evidentius per Inſtrumenta *ſub N.* 11. *&* 12. allegata. Nam cum nondum a Johanne Comite in Sayn, ejusque nominis ſecundo vel tertio, Trevirenſes nacti eſſent ceſſionem directi dominii & juris inveſtiendi Wittgenſteinenſes de hoc feudo Vallendar, nempe 6. Auguſti Anno 1363. inter Salentinum & Archiepiſcopum Trevirenſem convenit, ut pro decem millibus aureis minoribus, ſub pacto de retrovendendo, quandocunque placeret venditori, Archiepiſcopo ejusque capitulo, **die Veſte zu Vallendar, mit Herrſchafft und Gerichte, hohe und tieffe, mit Mannen und Burgmannen, Dienſtleuten, Leuten, mit dem Kirchſatz** ꝛc. **mit Wälden, Weyden, Wieſen, Heuwachs, Weyhern, Waſſern, Fiſchereyen, Mühlen, Waſſerläuffen, Wegen, Stegen, Straſſen, Bannen, Bergen, Thalen, Buſſen, Gebotten, Folgen, und allen andern Rechten** ꝛc. vendita eſſent, ut eſt *ſub N.* 11. Et cum forte hic contractus non procederet, vel res paulo poſt rurſum liberaretur, Anno 1386. Dominica Quaſimodogeniti, & quidem circa idem tempus, quo 4. Aprilis ejusdem Anni, prædicto Cunoni, Archiepiſcopo Trevirenſi, Johannes Comes in Sayn jus ſuum inveſtiendi de Vallendar ceſſit & reſignavit, ſcripſitque prænominato Comiti Salentino, ut deinceps Archiepiſcopum recognoſcat pro ſuo Domino, & ab eo Vallendar in feudum accipiat: idem Salentinus, Comes de Sayn in Wittgenſtein, ejusque natu major filius Johannes & Junior Johannes, genero & affini ſuo **Dietherichen, Herrn zu Runckel, und Jutten ſeiner ehelichen Haußfrauen** ꝛc. prædictam Baroniam Vallendar pro parte dimidia ſex millibus aureis minoribus vendunt, enumerantes ordine illa omnia, quæ etiam ſub *N.* 11. erant expreſſa, uti ſub *N.* 12. ſtatim a principio apparet, nempe **Veſte und Dorff Vallendar halff, mit Herrſchafften und Gerichten, hohe und tieffe, geiſtlich und weltlich, mit Mannen und Burgmannen, Dienſtleuten, Leuten, Dienſten** ꝛc. **und mit Dörffern, Waſſern, Fiſchereyen, Mühlen, Waſſerläuffen, Wegen, Stegen, Straſſen, Bannen, Bergen, Thalen, Renten, Gülten, Gefällen, Buſſen, Gebotten, Folgen und allen andern Nutzen** ꝛc. Etſi quædam ibidem enumerentur, quæ ad ſuperioritatem per ſe non ſpectant, neque omnia etiam, quæ ei cohærent, recenſeantur, conſtat tamen, præcipua quæque hic recenſeri.

Et ut nihil dicamus **von Waſſern, und Fiſchereyen, & Waſſerläuffen**, de quibus modo actum eſt, perpendamus primo verba, **Veſte und Dorff Vallendar, mit Herrſchafft.**

Quæ verba, ut & totus contextus, univerſitatem bonorum territorialem deſignant, maxime cum ex ſequentibus & aliis conſtet, caſtrum & pagum Vallendar habere Jurisdictionem annexam.

Quam-

Quamvis quidem castrum, prædium, villa & jurisdictio disparata seu separata sint, nullamque inter se necessariam cohærentiam vel cognationem habeant, Menoch. *de præsumt.* 3. *præsumt.* 97. *num.* 2. *&* 6. Andr. Gail. 2. *practic. observat.* 62. *n.* 1. Henric. Rosenthal. *de feud. c.* 5. *concluſ.* 6. *num.* 6. *&* 7. Andr. Knichen. *de sublim. territor. jur. c.* 1. *num.* 247. Si tamen castro competat jurisdictio, vel concedatur nomine universalis territorii, intelligitur per se constituere provinciam & territorium universale per prius esse, hoc est, ea significatione, qua jus superioritatis regalis, & omnimodam Jurisdictionem ac potestatem significat, autore eodem Andr. Knich. *d. c.* 1. *n.* 260. *&* 261. pro quo faciunt illa omnia, & omnes casus ac considerationes cum suis distinctionibus, de quibus Henric. Rosenth. *in d. c.* 5. *concluſ.* 6. *n.* 1. 2. 3. 4. *concluſ.* 7. 8. *&* 9. quo nos brevitatis causa remittimus. At certum est, in castro & pago Vallendar ab antiquissimo tempore Jurisdictionem exercuisse omnem Comites de Sayn, tam ante quam post
311. fraternam divisionem. Et cum hic districtus evectus sit **zur Herrschafft**, procul dubio per se est territorium quoddam universale, *per l. pupillus* 239. §. *territorium*, ubi DD. *ff. de verbor. significat.* Camill. Borell. *consil.* 86. *num.* 7. Andr. Knichen *de sublim. territor. jur. n.* 176. 179. 180. 189. 190. 191. 195. Hanc universitatem territorii designat etiam enarratio reliquorum pagorum **Wittersberg, Hurle, Veldershausen, Rudelbach, und Hirscheid.**
312. Ac denique adjicitur, **mit Herrschafft und Gerichte.** Quæ verba certe Jurisdictionem non infimam aliquam, sed territorialem indicant. Atque hoc eo magis, quod **Herrschafft** nihil aliud est & denotat nostra lingua, quam Baroniam & dominatum cum dignitate regali per se & sua natura universale territorium indigitantem, ut supra admonebamur, & constat ex his, quæ ex recessibus Imperii aliisque collegit Clar. JC. Tobias Paurmeist. *in eruditiss. suo tractat. de jurisdict. lib.* 2. *c.* 10. *per tot.* Wehner *in pract. observ. verb.* **Herrschafft, Grafschafft,** post Johannem Sichard. *consil.*
313. *feud.* 1. *n.* 22. Neque simpliciter dicitur, **mit Herrschafft und Gerichte,** sed insuper etiam additur **hohe und tieffe.** Quæ verba non solum copulantur cum proximo, **Gericht,** sed etiam cum verbo **Herrschafft.** Nam sicut **Herrschafft & Gericht** immediate copulantur: ita cum utroque illo copulato substantivo utrumque connectitur adjectivum, **hohe und tieffe** &c. sicut ergo his verbis: **hohe Gericht,** indicatur superior jurisdictio, merum mixtumque Imperium, & per verba, **tieffe** sive **niederste Gerichte,** simplex & inferior Jurisdictio, atque ita omnimoda: Andr. Knichen. *de Jur. Sax. verb. Ducum Saxoniæ. C.* 5. *fol.* 124. 125. *&* *de pact. vestitur. lib.* 2. *c.* 1. Wesenb. *consil.* 95. *n.* 19. 20. 21. 22. Gylmann. *Symphorem. Cameral. tom.* 2. *part.* 1. *fol.* 22. *num.* 4. *tom.* 3. *decis.* 33. *n.* 113. *fol.* 1027. Mynsing. *resp.* 3. *n.* 20. 21. *in fin. n.* 23. *versic. ergo sub illis, n.* 24. 33. 34. *cent.* 2. *decad.* 13. Matth. Coler. *de processib. executiv. part.* 2. *c.* 1. *a num.* 105. Tobias Paurmeister 1. *de jurisdict. c.* 1. *num.* 14. *c.* 16. *num.* 8. *&* 9. Matth. Wehner. *in observat. suis, verb.* Gericht, **Ober-Gericht, und Unter-Gericht:** Ita 314.
quoque per verbum, **hohe Herrschafft,** intelligenda est non simplex aliqua dominatio, eaque inferior, sed superior seu ipsa Baronia, quæ est dignitas regalis, per ea quæ respondet Johann. Sichard. *d. consil. feud.* 1. *num.* 22. & scribit Wehner *d. verb.* **Herrschafft, Grafschafft.**

Sequitur **mit Mannen und Burgmannen** &c. 315.
quæ verba, etsi per se superioritatem non probent, sed significent tantum directum dominium, quod habet in iis rebus, de quibus alii sunt subinfeudati: cum verba **Manne, Burgmanne,** simpliciter prolata interpretari soleant de vasallis; conjuncta tamen cum aliis multo magis universitatem rerum describunt talem, quæ jus superioritatis dignitatisque quoddam annexum habet; quia vasalli sint & Burgmanni, sive Castrenses viri, ad hanc universitatem etiam pertinentes; quod quandoque in Principum ac Comitum investituris his verbis solet exprimi: **mit Leuten, Lehenschafften** &c. ut est apud Andr. Knich. *de jur. Duc. Saxon. fol.* 120.

Additur porro, **mit Dienstleuten, Leuten,** 316.
quo describuntur tam cæteri subditi, quam etiam fructus jurisdictionis & superioritatis, sive angariæ & parangariæ: quæ procul dubio regalium numero censentur, *d. c.* 1. *quæ sunt regal.* Et licet hæc vox in nostra vernacula quælibet servitia significet, ac **Dienstleute** sint etiam, qui vel ex conventione vel moribus etiam inferioribus ad servitia obstricti sunt, uti plerumque adscriptitii & coloni nostri esse solent: cum tamen hic conjungatur **Herrschafft & Gerichte, hohe und tieffe,** ac pars sit descriptionis juris illius, quod hoc territorium habet, vix est ut non etiam accipiatur de angariis & parangariis, seu de servitiis jurisdictionalibus, non solum propter inferiorem, sed & superiorem jurisdictionem debitis, *juxta d. c.* 1. Rosenth. *de feud. d. c.* 5. *concl.* 70. *&* *seq.*

Quod dicitur, **mit Wälden, Weyden,** 317.
Wiesen, Heuwachsthum &c. non solum de sylvis, pascuis ac pratis, sed etiam de venatione, servitiis præstandis ad colligendos fructus & fœnum intelligendum est, ut in primæ quæstionis resolutione obiter.

Molendina multi hodie etiam ad territorii su- 318.
perioritatem referunt: quod ex eo originem habet; quia in publico flumine navigabili non licet ædificare sine licentia Principis, aut regalia eo loci habentis, *l. quo minus,* ubi DD. communiter *ff. de fluminib.* Ros. *d. c.* 5. *concl.* 28. *n.* 5. 6. *&* 7. ubi & hanc ejus rationem esse indicat, quod flumina ipsa sunt regalia, *d. c.* 1. *quæ sunt regal.* Itaque regalia habentes difficulter permittent, ut in iis sine ipsorum autoritate molendinum aut aliud fiat. Quod & experientia probat, quæ vix etiam permittit in proprio ædificare & ex fluviolo aquam ad id derivare, nisi regalia eo loci habenti quotannis aliquid solvatur pro usu aquæ, **vom Wasserfall** &c. Igitur Comes de Sayn, Domini seu Barones in Vallendar, molendinorum structuram & prohibitionem antiquitus sibi ut regale vindicant:

quia quoslibet fluvios & alveos intra fines territorii illius sibi eodem jure antiquitus asseruerunt, ut ex his documentis *N.* 11. *&* 12. manifestum est. Et sic etiam ipsis solvendum est vectigal pro usu aquæ & ejus derivatione, nisi cui ejus gratiam fecerint: sicut in renovatione privilegiorum Commendatori Confluentiæ residenti, Gottfridus Comes de Sayn, Dominus in Vallendar, Anno 1339. *sub N.* 10. immunitatem tribuit a vectigali pro pascuis, lignationibus, & usu ac derivatione fluminum. Nam ejusmodi permissio & immunitatis largitio omnino arguit & probat in Comite quasi possessionem superioritatis, ut ex Menoch. *cons.* 1000. *num.* 6. statuit Andr. Knichen *de sublim. territor. jur. c.* 3. *num.* 297.

Atque hinc etiam est, quod *sub N.* 16. producitur investitura Molendini, quod lanariis, pannariis & fullonibus Confluentiæ collegialiter degentibus, Georgius Comes de Sayn in Wittgenstein 5. *Martii*, *Anno* 1444. concessit, tum etiam, quod Wilhelmus & Johannes Comites de Sayn in Wittgenstein sese opposuerunt Electori Johanni ædificanti in territorio Vallendar molendinum ad conficiendum pulverem tormentarium, eoque illum adegerunt, ut *sub N.* 19. *Anno* 1550. 23. *Junii*, caveret, ne quid præjudicii ratione superioritatis ipsis ex eo nasceretur.

319. Idem Judicium esto de eo, quod tam in prædicto privilegio, quam in his instrumentis mentio fit **der Wälde, Weyde, Wiesenwachs, Berge, Thalen** &c. Nam etsi quid vectigalis ex his cogi potest, id etiam ad Comitem pertinebit jure regalium & superioritatis, *per d. c.* 1. *quæ sunt regal.*

320. Sed & saltuarios & campestres custodes constituendi, & ut sint, jubendi, damna data vindicandi potestas, & quæ ejus generis alia, his includuntur verbis, secundum ea, quæ ea de re proposuit Andr. Knich. *d. c.* 3. *num.* 300. 301. 302. & **Weyde-Geld**, sive *vectigal ex pascuis*, inter superioritatis jura referre videtur Andr. Knich. *de sublim. territ. jur. c.* 3. *n.* 325. 326. *&* *c.* 4. *n.* 426. Quin etiam saltus, nemora & sylvæ cum suis proventibus regaliis adscribuntur, & venationes, præsertim majorum ferarum juri superioritatis attribuuntur, teste Andr. Knichen *de jur. Duc. Sax. fol.* 139. Pruckman *de regalib.* §. *venatio.* Ludolphus Schrader. *de feud. part.* 3. *c.* 4. *num.* 47. Noë Meurer *de jur. venand.* Henric. Rosenthal. *de feud. c.* 5. *concl.* 94. *per tot.* aitque Andr. Knichen *d. c.* 3. *de sublim. territ. jur. c.* 3. *n.* 326. si pro usu pasculandi & lignandi, **Wald mit zu betreiben, hüten und zu beholtzen**, penditur census loci controversi, Jurisdictio dicitur probata.

321. Post hæc adscribit sibi Salentinus, Comes de Sayn, **Wege, Stege, Strassen**, sive *vias tam publicas, quam vicinales.* Esse autem has de jure regali, & inter regalia recenseri, palam fit *ex dict. c.* 1. *quæ sint regal.* & ibi post DD. Joh. Borcholt. *n.* 24. *ac seqq.* ac diserte inter superioritatis jura refert Andreas Knich. *de jur. Sax. in verb. Ducum Saxoniæ. C.* 5. *fol.* 138. nec abhorret Rosenth. *d. c.* 5. *concl.* 20. *num.* 1. 2. 3. 5.

Sequitur **Bannen**, hæc vox æquivoca vel 322.
dubia esse potest. **Baan** etiam de viis publicis dicimus, Wehner. *in observ. lit. B. verb.* **Bann.** *vers. sed Germaniam.* **Bannen** autem non tantum de viis publicis, sed & de potestate animadvertendi in facinorosos, & coërcendi, tum & de in exilium ejiciendi jure proferimus: unde dicimus, **Zwing und Bann**, Rosenth. *d. c.* 5. *concl.* 6. *num.* 3. & bannum pro eo, quod est proscriptio & ejectio in exilium, de quo Andr. Gail. 2. *de pace public. cap.* 1. Wehner. *in obs. suis, verb.* **Acht, Bann, Verfestung,** *& lit. B. vers. interdum vocabulum*, quandoque etiam significat judicium sanguinis, sive criminale, unde **Blut-Bann**, uti in **Weichbild & Land-Recht.** An itaque in orthographia erratum sit, & pro **Banen**, scriptum **Bannen**, nobis incertum est. Sed cum viarum regale satis sit descriptum per verba, **Wege, Stege, Strassen**, quibus omnis generis viæ comprehenduntur, ut vox illa otiose non stet, neque sit superflua: id enim 323.
jura non permittunt, Bald. *ad rubr. C. de contrahend. emt. vendit. quæst.* 9. Paris. *cons.* 66. *num.* 9. *vol.* 2. Alexand. *consil.* 51. *col.* 2. *lib.* 2. Dec. *cons.* 1667. *n.* 7. Tiber. Decian. *resp.* 30. *num.* 23. *vol.* 1. Roland. a Valle *cons.* 67. *num.* 24. *vol.* 1. *cons.* 61. *n.* 47. *volum.* 2. *cons.* 61. *n.* 4. *vol.* 3. Menoch. *cons.* 373. *num.* 81. malumus interpretari de potestate coërcendi, per interdicta, exilia & id genus alia. Potest itaque etiam ad banna foresti, & ejus generis 324.
alia referri, de quibus Noë Meurer *in tractat. suo de jur. venand.* Frider. Pruckmann. *de regal. in* §. *venatio.* unde etiam **Wild-Bannen**, nomen accepisse videntur, & sylvæ bannitæ, **gebannete Wälde** &c.

Verbum **Bussen**, generaliter accipi solet 325.
de emenda & mulcta pecuniaria: Tametsi quandoque stricte accipiatur pro mulcta fisco solvenda, de qua voce plura in speculo Saxonico, quod si simplex emenda sit, plerumque ad inferiorem jurisdictionem refertur: quia fisco debeatur, quive jus fisci in eo loco habet: atque ita **Bussen** quandoque censebitur etiam
inter jura superioritatis. Subrogatum quippe 326.
sapit naturam ejus, cui subrogatum est, *l.* 1. §. *hæc actio*, ubi Bart. *ff. si quis testam. liber. esse juss. fuer. l. si eum.* §. *qui injuriarum*, ubi Jas. *ff. si quis caution. Judic. sist.* Rol. a Valle *consil.* 21. *num.* 24. *volum.* 4. Everhard. a Middelburg *in loc. legal. a vi surrog.* Moller. 1. *semestr.* 41. *num.* 1. *&* 2. Sic itaque hac voce 327.
aliquid indicatur, quod tam est meri, quam mixti Imperii, quodque tam est regale, quam non regale, & quod quandoque ad superioritatem spectat. Verba autem in potentiore significatu sunt accipienda, utpote pleniore, *l. filiusfamil.* §. *fin. ff. de donat. l.* 1. §. *qui in perpetuum. ff. si ager vectigal. cap. si quem ext. de sentent. excommun.* Dec. *consil.* 276. *n.* 9. Roland. a Valle *consil.* 100. *n.* 38. *volum.* 2. Jas. *consil.* 24. *n.* 17. *volum.* 1. Cephal. *consil.* 82. *num.* 20. Hippolyt. Riminald. *consil.* 534. *num.* 25. Ideoque etiam hoc loco de utroque mulctarum

ctarum & emendarum genere intelligi debet.
328. Quoniam hæc potentior cenſetur ſignificatio, quæ utrumque caſum & utramque ſpeciem includit, autore Sapia *ad rubric. & ad l. Imperium num.* 15. *de jurisdict. omn. Judic.* poſt Bart. *ad l. ſi mater. §. eandem ff. de except. rei judic.* Alciat. *ad c. quod ad ſedem, n.* 17. *ext. de offic. ordin.* Menoch. *de præſumt.* 3. *præſumt.* 97. *n.* 26. Hippol. Riminald. *conſ.* 248. *num.* 12. quatenus non verſamur in odioſis, ſed favorabilibus, juxta declarationem Panorm. *in c. Rudolphus num.* 3. *in fin. ext. de reſcript.* Menoch. *d. præſumt.* 97. *num.* 16. *in fin.*

329. Quin etiam mulctæ & pœnæ, **Buſſen und Straffen**, ſunt fructus meri Imperii, Bart. & Bald. *ad l. fin. ff. ſolut. matr. & ad l. 5. C. de modo mulctar.* Jacobin. de S. Georg *in ſua inveſtit. verb. de caſtro Rubei montis, verſ. quarto etiam & verb. Marchio in Italia, num.* 2. Nicol. Boër. *dec.* 180. *n.* 1. Joh. Koppen *deciſ.* 30. *num.* 35. Joh. Garſ. *de expenſ. & meliorat. c.* 21. *num.* 22. Andr. Gail. *de arreſt. c.* 8. *n.* 45. *c.* 13. *n.* 18. Frider. Huſan. *de propr. hominib. quæſt.* 4. *princ. part. poſt n.* 68. 69. & regalibus adnumerantur, ſicut ipſa Jurisdictio, merumque Imperium, *c.* 1. *quæ ſint regal.* Henric. Roſenthal. *d. c.* 5. *concluſ.* 4. *num.* 4. 5. 6. Ideoque cum conſtet, hic agi de Baronatu, cujus proprium eſt habere annexa regalia, & regalem dignitatem, tanto magis in hac potentiore ſignificatione accipietur hæc vox, qua arguit & probat meri Imperii regalis dignitatis
330. fructum. Siquidem verba quæque pro re ſubjecta ſunt ſemper accipienda, amplianda vel coarctanda, *l. ſi oleo c. locat. conduct. l. ſi uno ff. eod. l.* 4. *ff. de uſur.* Weſenb. *conſ.* 85. *n.* 37.
331. quia talia ſunt prædicata, qualia ſunt eorum ſubjecta: & contra, inquit Weſ. *d. conſ.* 85. *num.* 17. cum ſint convertibilia, *per gloſſ. fin. in c. dudum verb. prohibemus ext. de decim.*

332. Pari modo **Gebott** generaliter hoc loco accipi debet, ut tam ad merum & mixtum Imperium, quam ſimplicem jurisdictionem referatur, *per l.* 1. *l.* 2. *l. jubere.* 4. *l. qui jurisdictioni. ff. de jurisdict. omn. judic. l. ait Prætor.* ubi Duaren. *ff. de re judic. l. ex omnibus in fin. ff. de off. Præſid.* Nec enim hic verſamur in quæſtione, quænam pertineant **zur Ober oder Nieder-Vogteylichkeit**? ſed utrum Comites de Sayn in Wittgenſtein antiquitus ſibi in hoc caſtro & Baronatu Vallendar aſſeruerint ſuperioritatem, ejusque annexa? quod af-
333. firmatur non tam ex hac voce, quæ uſu diverſarum regionum eſt æquivoca, ut innuit Wehner *in pract. obſerv. in verb.* **Gebott**, *& in verb.* **Vogteyliche Obrigkeit**, quam ex eo, quod univerſale territorium hic quoddam eſt regalia annexa habens, & dignitatem regalem,
334. quibus etiam annumeratur **Gebott**. Quo fit, ut pro re ſubjecta ſit in potentiore, hoc eſt, generaliore ſignificatu accipiendum, ſecundum Sapiam *ad d. l. Imperium* 3. *n.* 15. Abbat. *ad d. c. Rudolphus n.* 3. *ext. de reſcript.* Rimin. *conſ.* 248. *n.* 12. Menoch. *de præſumt.* 97. *n.* 26. Atque hoc eo magis, quia apparet, Comites de Sayn antiquitus in univerſali poſſeſſione illius territorii fuiſſe: & ſic præſumtionem pro ſe habere univerſalis Jurisdictionis, Weſenb. *conſ.* 95. *num.* 17. 21. 23.

Expreſſe etiam adſcribunt ſibi Salentinus 335.
ejusque filii **Folge**, quæ ſimiliter plures ſub ſe ſpecies comprehendit, nempe **Lands- und Heers-Folg, Gericht- Jagd- Amts- und andere Folge**, *ꝛc.* cui & luſtratio & mandandi poteſtas, **Muſterung und Aufforderung** annexa ſunt, Andr. Knich. *de ſubl. territor. jur. c.* 3. *numer.* 351. 359. 360. *&* 361. ubi ſimiliter hæc inter ſuperioritatis jura refert, & iis probatis probari ſuperioritatem contendit: quod etiam tradit *in tract. ſuo de jur. Duc. Saxon. fol.* 151. 152. *&* 169. *in fin. d. cap.* 5.

Hæc inquam, omnia ac ſingula vehemen- 336.
ter probant, quod poſſeſſionem vel quaſi omnis juris ſuperioritatis in Vallendar poſt fraternam diviſionem ac ſubſecutam inveſtituram non retinuit Comes Johannes, inveſtiens Engelbertum, ſed eam actu habuit & exercuit ipſe Engelbertus ejusque deſcendentes, & quidem ſoli, donec oppignoratio facta fuerit: atque ideo nihil ejus anno 1340. Balduinus Archiepiſcopus a Johanne, Comite in Sayn, conſecutus eſt, nec conſequi potuit, quia nihil ejus is habuit.
Quin etiam fructus rei eſt & argumentum poſ- 337.
ſeſſionis, rem pignori dare licere, *l. fin. ff. de uſur. l. fructus ff. de reg. jur.* Pignori dare potuerunt hæc jura Comites de Sayn in Wittgenſtein, Domini in Vallendar, tametſi non prorſum invito & ignorante Johanne, Comite in Sayn, agnato eorum, tanquam Domino inveſtiente juxta *c. Imperialem §. præterea de prohibit. feud. alien. per Frider.* Ipſi igitur hæc jura omnia in Vallendar una cum caſtro & territorio toto poſſederunt & exercuerunt, non autem Johannes inveſtitor. Quid? quod hac in parte confitentem habemus reum Archiepiſcopum Cunonem, qui hæc omnia a Salentino pignori accipere voluit: Imo fortaſſe etiam actu pignori habuit, ſed non diu, *Num.* 11.
probabile autem non eſt, hunc Archiepiſco- 338.
pum aliquid pignori ſibi obligari vel vendi voluiſſe, quod jam ſuum eſſet, *L. neque pignus ff. de reg. jur.* Hippol. Rimin. *conſ.* 521. *n.* 24. *conſil.* 527. *n.* 57. Quod autem ita in hunc ca- 339.
ſum facto, oreque ſuo conteſtatus eſt, non debet ipſe vel ejus ſucceſſor iterum in eundem infirmare, *per d. l. generaliter in fin. c. de non num. pecun.* ſed & in contractu, vel inſtrumen- 340.
to nullo, vel invalido facto confeſſio probat Caſtrenſ. *in l. ſi ita ſtipulatus §.* Chryſogonus *n.* 4. *ff. de verbor. oblig.* Bartol. *ad l. certi condictio §. ſi nummos colum. penult. verſic. de uno dubito. ff. de reb. credit. ſi cert. petat, & in l.* 1. *§. ſi quis ita, circa fin. verſic. & idem dicerem. ff. de verbor. obligat.* Alexand. *conſil.* 184. *n.* 2. *lib.* 7. Tametſi non validum reddat id, 341.
quod in eo nullum eſt, per *l. nemo poteſt. ff. de legat.* 1. *l. ſi is cujus, l. in confeſſionibus ff. de interr. action. l. inde Neratius. §. final. & l. ſeq. ff. ad l. Aquil.* Quanto igitur magis hæc confeſſio, quæ per hoc Inſtrumentum in ſe validum & antiquum indicatur, probabit, quod nimirum ipſemet Archiepiſcopus Cuno hoc

facto confessus sit, jura illa omnia quasi possedisse & exercuisse & habuisse Salentinum, non Johannem in Sayn, nec Balduinum hæc anno 1340. a Johanne nactum esse: alioqui pignori non accepisset: Cum nemini res sua jure pignori dari possit, aut vendi, *L. neque pignus. 45. de regul. jur. L. si rem alienam. 29. ff. de pignor. action.* 342.

Quinto, jam succedit ipsa emptio venditio cum pacto de retrovendendo pro duodecim millibus minoribus aureis, anno 1392. 18. Decembris inter Johannem Comitem de Sayn in Witgenstein, Salentini filium, & Wernherum Archiepiscopum Trevirensem, *sub Num.* 14. celebrata: in qua nominatim singula & omnia illa, & ipsam Baroniam & jura regalia & superioritatem sonantia, eodem ordine, iisdemque prope verbis enarrantur, quæ Comes Johannes pignori Wernhero obligat, seu revocabiliter, quod moribus idem est, vendit sub pacto reluitionis, quæque etiam pro tribus quadrantibus, seu usque ad dodrantem ea conditione & pacto vendita recipit, ac se recepisse fatetur, quadrante reliquo apud Johannem Comitem ejusque posteros remanente, cum annexa generali clausula: **Und allen andern Rechten und Nutzen, die zu der Veste, zu dem Dorff, und zu der Herrschafft Vallendar gehörend, und gehören sollen, wie die genannt sind, ersucht und unersucht, nichts mit all ausgenommen.** Qua clausula approbante Archiepiscopo eam recipiente aperte fit attestatio, longe plura, majora & minora jura ad hanc Baroniam pertinere, visa & non visa, quam quæ in hoc Instrumento nominatim expressa sunt, quæ pariter pignori data, sive revocabiliter vendita esse debeant. Hoc Instrumento non tantum probatur Archiepiscopi Wernheri non minus, quam *sub Num.* 11. Cunonis confessio, adeoque geminata, quod jura illa omnia, iisque similia & expressis forte majora, adeoque ipsam Baroniam & regalia ejus annexa, regalemque dignitatem pro tribus illis portionibus non habeat, nec possideat suo jure, neque etiam pro se, capitulo ac successoribus suis in hoc a Johanne acquisivisse, ut ipsi ejus quid suo jure irrevocabiliter, sed solummodo revocabiliter jure pignoris, vel revocabilis emptionis titulo interim, donec redimatur, in communi cum Comite ejusque posteritate habeant possideant & exerceant: & sic nihil superioritatis apud ipsos mansurum, facta ex pacto reluitione. 343. 344. Ejusmodi enim Instrumentum antiquum acceptatum, approbatum, & in quo ipsimet Archiepiscopi se fundant, plene probat, contra ipsos in hoc nominatos, ut consultus respondit Jason *cons.* 36. *vol.* 3. & docuit Bald. *ad L. generaliter. per illum text. C. de non num. pecun. per L. desiderium. C. depos.* & ibi idem Bald. & Castrens. Et sicuti hæres in Instrumento nominatus censetur, nominato eo, cujus hæres est, utpote cujus personam repræsentat, & eadem cum defuncto persona, ejusdemque juris esse dicitur, *L. hæredem. L. hæreditas. ff. de reg. jur.* Ita quoque Archiepiscopus, Episcopus, & si quis alius Prælatus antecessoribus suis prædefunctis nominatis in Instrumento succedens, Bald. *ad C. qui successor. tene. & ad L. emptorem, col. 1. vers. quæro quid in successore. C. locat. conduct.* Anton. de Butr. *ad C. quia Gu. col. 3. vers. venio ad primum ext. de judic. per C. dilecti ext. de foro compet. C. significavit. ext. de rescript.* Anton. Natta *Cons.* 122. *n.* 10. *cons.* 517. *n.* 4. Menoch. *cons.* 1. *n.* 228. *per C.* 1. *ext. de probat.* ubi DD. quia eadem persona significatione officii esse videtur, inquit Hippol. Rimin. *cons.* 355. *n.* 17. 345. 346. Atque hoc eo magis, quod non solum pro se, sed & pro capitulo & Archiepiscopatu suo, Dn. Cuno, & postea Dn. Wernherus contraxerunt: Cujus vita censetur adeo firma & immota, ut nunquam mori credatur, *c. liberti.* 12. *quæst.* 2. 347.

Accedit sexto Archiepiscopi Jacobi Confessio, *sub Num.* 15. quando post liberatum unum quadrantem totius, qui fuit triens ejus, quod oppignoratum erat, ita ut semissem tantum jure pignoris usque in hodiernum diem retinuerit, super eo quadrante Georgium Comitem de Sayn in Witgenstein, quietem de ea summæ parte facit, & se obligat, si & reliquam pecuniam ipse vel successores ejus reddant, se reliquum quoque castri & villæ Vallendar cum cæteris pagis, **mit Herrschafft,** restituturum: quod factum est die Veneris post conversionem D. Pauli anno 1440. ubi omnia & singula illa enarrantur initio, quod scilicet tres quadrantes sibi suisque antecessoribus fuerint oppignorati, nunc se unum quadrantem restituere, **der Herrschafften, Vesten und Dorffs zu Vallendar, mit einem Drey-Theil der Herrlichkeit, Gericht, Hohe und Tieffe** &c. quæ geminatio, imo triplicatio enixam probat voluntatem & scientiam, Surd. *consil.* 10. *n.* 54. *consil.* 75. *n.* 64. *vol.* 3. etiam circa singula & omnia, *per L. si chorus. ff. de legat.* 3. *L. si duo ff. de administrat. tutor.* tollitque omnem suspicionem deceptionis & erroris, *Gloss. in cap. ex literis. vers. admonita. ext. de divort.* Hippol. Riminald. *d. consil.* 480. *n.* 10. *&* 12. ubi *Num.* 13. addit, quod geminatio, multoque magis triplicatio, imo quadruplicatio confessionis inducit omnino veritatis præsumptionem, ex Felin. *& Num.* 19. quod geminata confessio extrajudicialis vim habet confessionis Judicialis. 348.

Accedit septimo, quod in eadem quietatione die Veneris post D. Pauli conversionem, *sub N.* 15. *in* §. **warum heissen, befehlen** &c. prædictus Jacobus Archiepiscopus &c. vult, committit & mandat omnibus vasallis, castrensibus hominibus, subditis, adscriptitiis ad prædictam Baroniam Vallendar pertinentibus, **zu der dickgenannten Herrschafft von Vallendar gehörend,** ut prænominato Georgio Comiti in Wirgenstein, ejusque hæredibus, **mit Mannschafften, Diensten, Mühlen, und andern Stücken, wie ihr jeglichem dann der Herrschafft Vallendar zu thun gebührt, zu ihrem halben Theil hulden, geloben und gewarten, ohn allerley Wiederrede,** sive homagium præstent

non

non ſolum fidelitatis & ſervitii, ſed etiam ſubjectionis: quod vocamus **Lands- oder Erb-Huldigung**, de quo Wehner. *in obſervat. verb.* **Lands- oder Erb-Huldigung**, quod
349. homagium profecto ſymbolum eſt infallibile **der Land-Obrigkeit**, ſive ſuperioritatis, inter quæ ſymbola & argumenta refertur ab Andr. Knichen *de jur. Saxon. fol.* 168. & 169. ubi dicit, hoc jus, velut ſuperioritatis inſigne Principibus (intellige & Comitibus ac Baronibus) Germaniæ, tanquam facultatis ac poteſtatis conſuetudine immemoriali quæſitum eſſe: quod rurſum urget *de ſublim. territor. jur. cap.* 3. *n.* 238. & *ſeqq.* cui accedit Wehner. *in obſerv. ſuis in d. verb.* **Lands- oder Erb-Huldigung.** Si vero ſuperioritas in Vallendar non eſſet Comitum de Sayn in Witgenſtein, veluti Dominorum, ſeu Baronum in Vallendar, procul dubio Archiepiſcopus Jacobus non conceſſiſſet, neque mandaſſet, nec permiſiſſet, ut Comiti Georgio ejusque ſucceſſoribus homagium illud, **die Erb-Huldigung**, a ſubditis & incolis ejus Baroniæ exigentibus præſtaretur, *arg. L. cum*
350. *de indebito. in fin. ff. de probat.* Nec etiam præſumendum eſt, negligenter vel voluntarie & ſine neceſſitate juris Archiepiſcopum permiſiſſe, ſed potius ex cauſa neceſſitatis, juris ſcilicet & obligationis, per ea quæ ſcribit Bartol. *in L. cum ſervus & in L. triticum ff. de verbor. obligat.* & reſpondit poſt Corn. *conſ.* 316. *colum.* 5. *vol.* 1. Riminald. *conſ.* 9. *n.* 19. *conſ.* 31. *n.* 100. *conſ.* 23. *n.* 150. *conſ.* 257. *n.* 56. *conſ.* 541. *n.* 32. Roland. a Valle *conſ.*
351. 2. *n.* 72. *vol.* 1. Quia ad id permittendum Judicis autoritate cogi ſe poſſe putavit, *L. noviſſime. ff. quod falſ. tut. autor. geſt. eſſe dic.* Hieronym. Cagnol. *ad L. ſi quis major. N.* 67. *C. de transact.* Hippolyt. Riminald. *conſ.* 384.
352. *n.* 42. 44. 45. Cum tale hoc ſit negotium, quod non ſolet facile & ſponte concedi, Hippolyt. Riminald. *conſ.* 747. *n.* 105. *conſ.* 697. *n.* 3. quod ſi igitur ad id jure cogi potuit Jacobus Archiepiſcopus, utique etiam hodiernus Archiepiſcopus ad id jure cogitur, ut reluitione facta in ſolidum relaxet caſtrenſibus, vaſallis & ſubditis in Vallendar homagium ipſi præſtitum, eosque libere remittat ad Comites in Sayn & Witgenſtein, tanquam Barones in Vallendar, ut ipſis ſolis deinceps pareant,
353. & homagia debita præſtent. Quod enim juris eſt in anteceſſore, eſt & in ſucceſſore ejus, *L. hæredem. ff. de reg. jur. L. ſi mulier.* §. 1. *ff. ad SCtum. Vellejan.* Riminald. *conſ.* 369. *n.* 4. Canoniſt. *ad d. C.* 1. *ext. de probat.* Roland. a Valle *conſ.* 1. *num.* 40. 41. 42. 43. & *ſeqq. vol.* 2. magisque notum eſſe potuit ei, quæ lex eſſet contractus, & quid Archiepiſcopi ac capitulum olim a Comite Johanne de Sayn in Witgenſtein per oppignorationem illam acceperint, quam hujus ſeculi hominibus, quia ab anno 1392. 18. Decembris, quo oppignoratio contracta eſt, usque ad diem Veneris poſt converſionem D. Pauli, anno 1440. quo triens ille oppignorati redemptus eſt, vix ultra annos quadraginta octo & duo menſes tranſierint & ſic memoria & Archiepiſcopi Jacobi, & plurium Dominorum ſeniorum de capitulo notitiam hujus rei optimam etiam de propria ſcientia habere potuerunt. Et ſicuti hæres præſumitur habuiſſe 354.
notitiam de facto defuncti arduo, Hippolyt. Riminald. *conſ.* 381. *n.* 110. ob id, quod ſolet ejusmodi factum in notitiam pervenire. *c. quanto ext. de translat. prælat. C. illud ext. de cleric. excommun.* Ita quoque propter eandem rationis identitatem ex hujus negotii qualitate arguitur, D. Jacobum rei geſtæ viciniorem tempore una cum capitularibus ſuis & conſiliariis optimam ejus notitiam habuiſſe, per ea quæ reſpondit Corne. *conſ.* 268. *col.* 2. *vol.* 4. Horum igitur veſtigiis ut hodierni quoque inſiſtant, & conſcientias ſuas & anteceſſorum ſuorum exonerent, æquiſſima ratio poſtulat.

Octavo, etſi quidem ſubditi & incolæ in Vallendar Archiepiſcopo Electori, quoties opus eſt, & novus introducitur Archiepiſcopus, homagium ſive **Landshuldigung** præſtiterint, non tamen ipſi ſoli hoc præſtiterunt, ſed inſuper etiam Comitibus de Sayn in Witgenſtein, toties, quoties cauſa poſtulaverit: illi quidem ut Domino pignoris, **als dem Pfand-Herrn**: his vero ut Dominis, ſeu Baronibus ſuis propriis, ad quos jure Dominii Baronia ac territorium illud ſpectet. Quæ res in propoſito facto pluribus narratur, & ſi opus ſit, probari etiam aliis poteſt. Sed non arbitramur, hoc in facto controverſiam pati: quod cum & nuper moderno Archiepiſcopo & Electori homagium illud a ſubditis in Vallendar renovandum eſſet, eoque nomine in arcem Ernbreitſtein ſubditi Vallendarenſes vocarentur, Comites in Witgenſtein noluerunt id permittere, donec Archiepiſcopus & Elector modernus ſcripto caveret, quod citra Dominorum Comitum præjudicium, juris pignoratitii tantum cauſa hic actus ibi peragi debeat. Quæ propria oris confeſſio proba- 355.
tio eſt probata & omnium fortiſſima, Menoch. *de præſumpt. in præfat. n.* 37. & 38. & *lib.* 2. *præſumpt.* 51. *n.* 39. *per l. generaliter* §. *ſed juramento. C. de reb. cred. & jurejur. d. L. generaliter in fin. C. de non numer. pecun. l. fin. C. de fideicommiſſ.* Et hic actus ſequens exa- 356.
cti homagii omnes priores declarat & arguit, qualis cauſa, animus & propoſitum fuerit in præcedentibus, & in præteritis, §. *pravorum. Inſtitut. de rer. diviſion. L. ſed & Julianus.* §. *proinde. ff. ad ſenatusconſult. Macedon.* Bartol. *ad L. cæteræ* §. *fin. ff. de legat.* 1. Hippo- 357.
lyt. Riminald. *conſil.* 404. *n.* 61. *conſil.* 417. *n.* 12. ſed & alias omnes actus præcedentes exacti homagii præſumuntur facti ſecundum cauſam præcedentem. Hippolyt. Riminald. *conſil.* 774. *n.* 46. *per L. quædam mulier. ff. de rei vindic. L.* 2. *C. de acquirend. poſſeſſ.* poſt Aym. Cravet. *conſil.* 91. *n.* 9. & ab ea etiam determinantur, ob quam geruntur, *L. Sejo amico.* ubi Bartol. *ff. de annuis legat.* Burſat. *conſil.* 174. *n.* 29. Hippolyt. Riminald. *conſil.* 362. *n.* 6. Cujus hanc quoque rationem eſſe 358.
dicit idem Riminald. *d. conſil.* 774. *n.* 47. quia ex actu præcedenti declaratur ſequens, *L. Fulcinius.* §. *quid ſit latitare. ff. ex quib. cauſ.*

eauſ. in poſſeſſ. ea L. apud Celſum. §. 1. *ff. de dol. mal. except.* Cauſam exigendi hoc homagium nullam præcedentem aliam Archiepiſcopos habuiſſe, quam oppignorationem adhuc pro ſemiſſe durantem illius Baroniæ Vallendar probatur per Archiepiſcopi Jacobi quietationem, ſub *Num.* 15. 1. per aliquot Epiſtolas hinc inde inter Archiepiſcopos & Comites de Sayn in Witgenſtein homagii illius cauſa transmiſſas: & quod ut plurimum in præſentia utriusque partis, vel legatorum, alteri parti urgenti, cauſa ita poſtulante, præſtitum eſt, maxime Archiepiſcopis. Secundum hanc ergo cauſam præcedentem, ac nullam aliam, & factum eſſe dicetur, & determinabitur: ut
359. ſublata ea tollatur etiam Archiepiſcopis hæc homagii præſtandi neceſſitas, per *C. cum ceſſante. ext. de appellat. C. etſi Chriſtus. ext. de jurejur.* Everh. a Middelb. *in loc. legal.* 80. *a ceſſation. ration. n.* 1. *&* 3. *verſ.* ſecundo argumentum ex hoc loco Andr. Tiraquell. *in ampliſſimo commentario ad regul. ceſſante cauſa ceſſat effectus.* Atque hoc eo magis, quod ſublata per reluitionem hac cauſa, nullæ remanſuræ ſunt ejus reliquiæ: quo caſu prædicta regula indubitato procedit, teſte eodem Everh. a Middelb. *d. loc.* 80. *a ceſſation. ration. n.* 5. *verſ.* tertio iſtud limitatur *per L. unius* §. *ſervus. ff. de quæſt. L. fin. ff. de decur.* poſt Dyn. *ad c. decet. de reg. jur.*

Nono ex documentis ſub *Num.* 4. 5. 7. 9. & 10. liquidum fit, & procul dubio, ſi opus ſit, innumerabilibus aliis oſtendi poteſt, Engelbertum, Gothfridum filium & Salentinum nepotem ejus, Comites de Sayn ſe nuncupaſſe, & intitulatos fuiſſe Dominos in Vallendar, **Graffen von Sayn, Herren zu Vallendar:** Contra vero neque Comes Johannes in Sayn ejusque poſteritas, qui inveſtiendi tantum jus ac poteſtatem ſibi anno 1294. reſervavit, neque etiam ullus Archiepiſcoporum ſibi hunc titulum aſſeruit.

360. At olim quisque Princeps, Comes & Baro in Germania ejus terræ ſeu ditionis, quam poſſidebat, aut cujus jura ipſe defendebat, quæque jure regali inſignita erat, nomen aſſumpſit. Andr. Knich. *de ſublim. territ. jur. C.* 1. *n.* 192. 193. ex Fabric. *de orig. Saxon. lib.* 3. & Douſa. *lib.* 5. *annalium Holland.* Itaque hoc ipſo certum ſit, nihil dominationis & ſuperioritatis ſibi retinuiſſe Johannem Comitem in Sayn, qui inveſtiendi ſibi tantum jus retinuit, nihilque ejus pertinuiſſe vel ſpectaſſe ad Archiepiſcopos, niſi quod ab anno 1394. pignoris jure, initio dodrantem, ab anno 1440. ſemiſſem tantum pro indiviſo una cum Engelberti poſteris poſſederunt. Quod
361. eo magis hoc caſu urget, quia ejusmodi dignitatem nomina & appellationes ſive inſcriptiones antiquæ non leve indicium faciunt, & in antiquis ac dubiis multum probant. Felin. *cap. cum cauſam n.* 2. 3. 4. *ext. de probation.* Weſenb. *conſ.* 13. *n.* 72. *conſ.* 34. *n.* 54. *&* 55. *per L. penult. ff. de reb. dub.* Inprimis vero quando de ipſo dignitatis jure ac territorio quæſtio eſt, quod ab ipſo ejusque majoribus originem habet, multaque ante ſecula, ut hoc caſu, ea dignitate & jure poſſeſſum eſt: cum nomina dignitatum imponantur ac aſ- 362.
ſumantur ſecundum originalem rationem, Bald. *ad L. humanitatis n.* 2. *C. de impub. & aliis ſubſtitut.* Weſenb. *d. conſil.* 34. *n.* 56. actalia ſint ſubjecta, qualia a ſuis prædicatis de- 363.
monſtrantur, *L.* 3. *L. de fundo inſtruct. inſtrum. legal. l. ſi defenſor.* §. *qui interrogatus. ff. de interrog. action.* §. *præterea. in fin. Inſtitut. de util. ſtipulat.* Everhard. a Middelburg *in loc. legal.* 113. *a nomine dignitatis officii, vel appellativo. n.* 8. eoque argumento ad eam rem utitur Rein. de Forlivio *in L. unic. n.* 23. *C. de ſentent. quæ pro eo quod intereſt.* Quin etiam hoc videntes, audientes & legentes Johannes ejusque deſcendentes, Comites in Sayn, Domini feudatarii, & poſt hos Archiepiſcopi Trevirenſes, quam plurimum cum hiſce Dominis in Vallendar converſantes, contrahentes, & vicini, & nihil contradicentes, tacite approbaſſe, & verum eſſe confeſſi ſunt, nihil ad ſe, ſed inveſtitos omnem illam dominationis poteſtatem & dignitatem ſpectare: quippe cum a potiore fiat denominatio, *L. quæ-* 364.
ritur ff. de ſtat. homin. L. repetundarum. §. 1. *de teſtib.* confeſſi ſunt hoc ipſo, inveſtitos in hoc jure, dignitate ac poteſtate eſſe ipſis potiores: & ſic recte ſibi hanc denominationem aſſeruiſſe, ipſis vero non licere: quia jus vel nullum, vel longe infirmius ac poſterius habeant, vel quod interim ſilet, dum inveſtitorum viget floretque ſtirps & generatio maſcula.

Decimo, in quacunque cauſa mores & con- 365.
ſuetudines regionis cujusque attendi oportet, quia actus ſunt practici, ſecundum Bald. *ad L. quicunque C. de ſerv. fugit.* & vim ſolennis decreti habent, Bald. *ad cap.* 1. *colum.* 3. *de his qui feud. dar. paſſ.* Roland. a Valle *conſil.* 32. *n.* 22. *&* 23. *volum.* 2. & vim legis, *L. diuturna. ff. de legib.* Roland. a Valle *conſil.* 52. *n.* 22. *volum.* 3. *per cap. ſuper quibusdam, cum ibi annotat. ext. de verbor. ſignificat. & L.* 1. *C. quæ ſit long. conſuetud.* Georg. Lopez. *animadverſ. cap.* 5.

Ideoque minime mutanda ſunt, quæ lon- 366.
gam conſuetudinem habuerunt, inquit Jurisconſultus, *in L. minime. ff. de legib.* qui & monet, in ambiguitatibus inſpiciendum eſſe quid retro in ejusmodi caſibus obſervatum ſit: cum conſuetudo optima ſit legum interpres, 367.
L. ſi de Interpretatione. L. ſeq. ff. de legibus. Neque hoc ſolum ſic ſe habet, ſi conſuetudo legibus & conſtitutionibns ſit conformis, vel non contraria, ſed & ſi eis deroget, *L. de quibus. ff. de legibus*, vel etiam ab initio non ratione, ſed errore primum inducta, ſi modo continuo uſu firmata ſit, *L. quod non ratione.* 39. *ff. eod.* Sed & a loci obſervantia non eſt 368.
diſcedendum, utpote per quam tollitur omnis dubitatio, *cap. dilectus. ext. de conſuetud.* Tiber. Decian. *reſponſ.* 124. *n.* 41. *volum.* 3. Hippolyt. Riminald. *conſil.* 696. *n.* 35. 37. *&* 38. Et ex obſervantia ſimilium caſuum fit, 369.
ut idem ſervandum ſit in cæteris ſimilibus, Hippolyt. Riminald. *conſil.* 48. *n.* 180.

Atque indubitatum eſſe dicitur in diœceſi 370.
Trevirenſi, maxime illa parte, quæ circa Rhe-

Rhenum eſt, & in vicinis locis, non habere locum **die Landſäſſerey**, quam ſibi alii Principes, puta Saxones, Bavari, Brandeburgici, Megapolitani, Brunovicenſes, Haſſiæ Principes & alii in nobilitatem ſuam, eorumque caſtra, territoria & homines vindicant jure ſuperioritatis illius, quam vocamus **Lands-Fürſtliche Hohe- und Obrigkeit**, quod & probabile eſt; Nam nobilitas Sueviæ, Franconiæ, & ſuperioris tractus Rheni, cenſetur illius ſubjectionis neſcia, & comparatur liberis Imperialibus civitatibus, quoad ſua caſtra & territoria Andr. Gail. 2. *pract. obſ.* 62. *n.* 21. Wehner. *in obſerv. ſuis pract. verb.* **Ritterſchafft, Adel,** *&verb.* **Stände des Reichs.**

Quanto magis igitur Comites de Sayn in Witgenſtein, eorumque caſtrum & Baronia Vallendar iſtius ſuperioritatis, quam Archiepiſcopus ſaltem in genere prætendere conatur, neſcii erunt: Cum nobiles Rhenani tantum ex eo hac libertate gaudere geſtiunt, quod certa quædam ſunt caſtra Imperii libera, quibus aſſignati ſunt, & quorum municipes facti, ſeu **Gan-Erben und Burgmanne**, uti exemplo inter cætera eſt caſtrum **Friedberg**, in Wetteravia & ſimilia. Quæ caſtra a territoriali jure Imperatores & Reges Romani exemerunt, & regali quadam di-
371. gnitate muniverunt. Atque ita ſingulorum nobilium caſtra non gaudent proprie territoriali jure, ab aliquo Imperatore conceſſo, ceſſove, niſi forte ex conſequente. Unde & titulata non ſunt eorum caſtra, nec ullis ornata regalibus.

372. At hæc Baronia, hoc caſtrum Vallendar per ſe eſt territorium, & immediate ornatum regali dignitate ac jure territorii antiquitus, & ultra hominum memoriam ab aliquo Imperatorum. Ut ideo magis probabile ſit, hoc caſtrum, hoc territorium nulli alii, quam ſuo Domino immediate, ac mediate ſoli Impe-
373. ratori Romano ſubeſſe. Sicut enim ſe habet unum proportionale ad aliud, ita etiam aliud ad reliquum. *L. ſufficit ff. de condict. indebit. L. ſi filiusfam. ff. de reb. credit. ſi cert. petat.* Eberhard a Middelburg *in loc. legal.* 17. *a pro-*
374. *portione. Num.* 1. Et ſi id, de quo magis videtur ineſſe, non ineſt, multo minus id, de quo minus videtur, *L.* 1. ubi Caſtrens, & alii *C. de negot. geſt. L. nec ex vera C. de acquir. poſſeſſ. C. ſi ergo* 8. *quæſt.* 1. Eberhard a Middelburg *in loc. legal.* 16. *a majore. n.* 1. Hieronym. Cagnol. *ad l. non debet cui.* 21. *per illum text. ff. de regul. jur.*

Undecimo: etiamſi quoad nobiles eorumque Caſtra in territorio Archiepiſcopali Trevirenſi forte ſecus eſſet, agnoſcerentque jus ſuperioritatis regale, quod vocant **Lands-Fürſtliche Obrigkeit**: Tamen ne ſic quidem conſequens eſſet, quod hoc caſtrum Vallendar cum ſuis pagis & pertinentiis eandem etiam ſuperioritatem Trevirenſem agnoſcere teneretur: Quoniam Domini in Vallendar ultra quadringentos, quingentos vel ſexcentos & longe plures annos liberi ſunt Comites Imperii, non ſolum quoad Comitatum Sayn & Witgenſtein, ſed etiam quoad ipſam Baroniam Vallendar, ac nunquam ſuperioritatem Trevirenſem agnoverunt, niſi forte feudalem Jurisdictionem, quæ, ut ſupra probatum eſt, nul- 375.
lam ſuperioritatem tribuit, ne quidem territorialem; ſed ſolummodo fidelitatis obligationem & quæ ei annexa ſunt, *C.* 1. *de nov. form. fidelit. jur. C. Imperialem. de prohibit. feud. alien.*

Deinde, quia hæc Baronia deterioris conditionis eſſe non poteſt (etiamſi intra territorium Trevirenſe exiſteret, quod tamen modis omnibus negatur) quam ſunt aliæ Baroniæ & Comitatus antiquitus conſtituti, etiam in medio principatu Trevirenſi exiſtentes, cujusmodi ſunt **Veldentz, Trarbach, Winningen** & alii. In pari quippe cauſæ æqui- 376.
tas paria jura deſiderat, *L. illud* 32. *ff. ad L. Aquil.* Everhard. a Middelburg *in loc. legal.* 14. *a pari. n.* 2. Sicut enim illa habent antiquitus dignitatem territorialem ab Imperatore aliquo, tametſi is hodie ignoretur: Ita & hæc ditio habet. Et ſicut illa diſtinctis ſuis terminis ſunt ſeparata: ſic & iſta. At **Veldentz, Trarbach, Winningen**, ac aliæ Baroniæ in meditullio Trevirenſi ſitæ absque controverſia ſunt liberæ ab omni ſubjectione Trevirenſi, tum propter antiquitatem: tum quod hanc dignitatem ab Imperatore aliquo habent: tum quod propriis ſuis finibus & univerſali jure conſtant: Ergo & hæc erit easdem ob cauſas libera. Nec obeſt, hanc Baroniam Comites de Sayn in Witgenſtein primum a fratre & ab agnatis ſuis Comitibus in Sayn, poſtea ab Archipræſulibus Trevirenſibus in feudum accepiſſe & recognoviſſe.

Nam nihilominus ſunt & manſerunt imme- 377.
diate Imperio ſubditi, etiam quoad Vallendar, per ea, quæ de notiſſima Germaniæ conſuetudine ſcribit Henric. Roſenth. *de feud. d. c.* 2. *concluſ.* 1. *Num.* 4. *&* 5. *& in Gl. lit. C. & in ſeqq. gl.* Atque tanto minus ſubjectionem ex hac feudali recognitione inferre licebit: quia ſi initio conſtituti feudi illius ſuperioritas territorialis Johanni inveſtienti reſervata eſſe debuiſſet, frater in fratrem, par in parem ibi Imperium & ſuperioritatem vindicaſſet. At hoc jura non permittunt, *L.* 4. *ff. de recept. arbitr. l. ille a quo §. tempeſtivum eſt. ff. ad SC. Trebellian.* niſi ſua ſponte ſe ſubmiſiſſet, *L. eſt receptum ff. de jurisdict. omn. Jud.* At quod Engelbertus ſe, Baroniamque ſuam Johanni fratri ſubmiſiſſet, non probatur. Ideoque nec factum eſſe credendum eſt: quia veriſimile non ſit, quod ſe & ſua fratri ſubjecerit. Et quorſum ſe Dominum in Vallendar nuncupaſſet & ſcripſiſſet, ſi ſuperioritas non ipſius, ſed fratris Johannis, aut Archiepiſcopi fuiſſet, ſeque ſubmiſiſſet?

Duodecimo, tam ex fraterna diviſione ac ſubſecuta renunciatione Engelberti *ſub N.* 2. 1. *&* 2. 2. quam etiam ex inveſtituris, quas Engelbertus ejusque filius ac Nepos, Gothfridus & Valentinus, a Johanne ejusque poſteritate, agnatis ſuis acceperunt, notum fit, caſtrum & Baroniam Vallendar, & ſemiſſem caſtri & Baroniæ Homburg, una eademque diviſionis hæreditariæ feudalique determinatione comprehendi.

379. Juris autem eſt, ut quæ una eademque determinatione concluduntur ac terminantur, pariter determinata eſſe in dubio intelligantur, *L. jam hoc jure* ubi Jaſ. *num.* 8. *ff. de vulg. & pupill. ſubſtit.* Corn. *conſ.* 305. *num.* 6. *vol.* 1. Roland. a Valle *conſil.* 74. *n.* 2. *vol.* 2. *per L. in teſtamento. C. de teſtam. milit. l. fin. C. de ſent. & interlocut. omn. Jud.* Weſenb. *conſ.* 41. *n.* 146. maxime eo caſu, quo per eam determinationem inæqualitas evitatur, & æqualitas ſecundum juris æquitatem introducitur, ut nullus inæqualitate læſus eſſe appareat, per ea, quæ pro declaratione hujus regulæ adducit & deducit Roland. a Valle *d. conſ.* 74. *n.* 12. 13. *& ſeqq.* Ant. Natta *conſ.* 14. *n.* 19. Menoch. *conſ.* 88. *n.* 19. Surd. *conſ.* 150. *n.* 17. Itaque hæc duo, **Vallendar** & dimidia pars Baroniæ **Homburg**, intelliguntur etiam æqualiter determinata, eademque ipſis qualitas attributa. Bald. *ad l. ſed etſi quis §. quæſitum. n.* 4. Jaſ. *n.* 13. *ff. ſi quis caution. jud. ſiſtend.* Canon. *ad c.* 1. *ext. de comm.* Circa Baroniam autem **Homburg** indubitatum eſt, totoque illo tempore, quo utræque illæ lineæ Johannis & Engelberti fratrum ſuperſtites fuere, citra omnem controverſiam obſervatum eſt, ut utræque Lineæ Baroniam illam non ſolum quoad Jurisdictiones, fructus, reditus, aliaque omnia emolumenta, ſed etiam quoad omnia ſuperioritatis jura, nequidem minimo excepto, pariter poſſiderent, uſurparent, regerent. Et quamvis Caſtrum **Homburg** inter ipſas lineas diviſum eſſet, ſingulæ tamen ſuam partem cum omnimoda poteſtate ac Jurisdictione, adeoque ſuperioritate Engelberto ejusque lineæ attributa ac determinata intelligetur, ut inæqualitas evitetur, quæ alioquin hinc eſſet emerſura, non ſolum quoad ipſas ditiones earumque qualitates inter ſe, ſed etiam quoad fratres Johannem & Engelbertum reſpectu diviſionis hæreditariæ. Hæc igitur inæqualitas ut evitetur, concedendum eſt, ut ſit æqualis utriusque Baroniæ determinatio in fraterna diviſione ac ſubſecuta inveſtitura.

380. Quod argumentum augetur & corroboratur ab obſervantia, quæ optima interpres eſt cujusque contractus, actus & diſpoſitionis. Bald. *ad l. ſi certis annis. C. de pact. & ad c.* 1. *de feud. ſine culp. non amitt.* Tiber. Decian. *reſp.* 31. *n.* 152. *&* 153. *vol.* 1. Aym. Cravet. *conſil.* 687. *n.* 12. *conſ.* 828. *n.* 11. *conſil.* 942. *n.* 35. *conſil.* 592. *n.* 22. Menoch. *conſil.* 104. *n.* 13. *per L. ſi de Interpretatione. l. minime. ff. de legib. l. certi juris. C. de judic. c. cum dilectus. extr. de conſuetud.* Idque eo magis ſtringit, quod in ditione **Homburg**, ultra quadringentos annos ita ſervatum eſt, plus quam in millies mille actibus.

381. Ubi tamen ad obſervantiæ probationem & firmitatem ejus pauciores actus ſufficiunt, nec tantum temporis, quantum ad præſcriptionem vel conſuetudinem introducendam requiritur; ſed ſatis eſt, ſemel atque iterum ita ſervatum eſſe. Teſte Tiber. Decian. *d. reſponſ.* 31. *n.* 10. *vol.* 4.

Decimo tertio videamus, quomodo, quibus verbis, qua forma & ad quid Comes Johannes in Sayn, primi illius nepos, Salentinum Comitem de Sayn, Dominum in Homburg & Vallendar 4. Aprilis Anno 1386. a Juramento & Vaſallagio, quo hactenus ipſi juxta primam inveſtituram obſtrictus fuerat, liberet, ac cum ejus poſteritate ad Cunonem Archipræſulem Trevirenſem dimittat, und anweiſet, ut eſt *ſub Num.* 13. primo ait: **Als ihr bißher die Burg, Dorff, Herrſchafft und Gerichte von Vallendar, mit ihren Zugehörungen, von uns und unſer Grafſchafft von Sayn zu Lehen hat gehabt und gehalten ꝛc.** En, quid in feudum acceperit Engelbertus, ejusque poſteritas, his verbis exprimit: non nudum caſtrum, non nudum pagum, ſed inſuper etiam **die Herrſchafft und Gerichte von Vallendar ſelbſt**, ſive ipſam Baroniam olim evecta, cum omnimoda Jurisdictione & ſuis pertinentiis in feudum habuit & retinuit. Quid autem ſit **Herrſchafft**, ſupra vidimus. Dominus etiam & Baro nemo 382.
ſine ipſo territorio univerſali eſt, Andr. Knichen *de ſublim. territor. jur. c.* 1. *n.* 191. 192. 193. cui ſuperioritas ratione dignitatis illius regalis materialiter & paſſive, tanquam nebula ſuper paludem, Bartol. *ad l. fin. C. ubi & apud quos.* Natta *conſil.* 149. *n.* 19. & ſervitus fundo cohæret. Aym. Cravet. *conſil.* 411. *n.* 35. *recte dicitur, c.* 1. ubi Bald. *de feud. Marchiæ. c.* 1. *quis dicatur dux.* Andr. Knichen *de jur. Duc. Saxon. fol.* 102. *&* 120. Et cui competit territorium, ei etiam hæc ipſa inhærens 383.
Jurisdictio. Camill. Borell. *conſil.* 86. *n.* 11. Johann. Koppen *quæſt.* 42. *n.* 10. Et ejus in jure cenſetur eſſe ſuperioritas, penes quem eſt territorium, Aym. Cravet. *d. conſil.* 411. *n.* 35. quia una cum territorio tranſit, Felin. *ad d. C. Rudolphus. n.* 16. *ext. de reſcript.* Bald. *ad c.* 1. *§. ex eadem n.* 2. *&* 4. *de legat. Corrad. & ad c.* 1. *de capitan. qui curiam vend.* Imo & cum regali dignitate ac poteſtate: Cum Engelbertus non fuerit plebejus, ſed cohæres hujus dignitatis, quæ vocatur **Herrſchafft und Herrlichkeit**, utpote quæ ſingulis cohæredi- 384.
bus competere dicitur. Auguſtin. Berous. *conſil.* 385.
56. *n.* 29. *vol.* 3. Et ne ſtet vox **Gerichte** otioſe, quod jura non permittunt, Bald. *ad Rubr. C. de contrah. empt. vendit. quæſt.* 9. Tiber. Decian. *reſponſ.* 30. *n.* 23. *vol.* 1. Aym. Cravet. *pro Genero. n.* 46. *& n.* 312. *&* 346. *cum ſeqq. per l.* 3. §. 1. *ff. de jurejur. gloſſ.* & Bald. *in l.* 1. *ff. de dol. mal.* Auguſt. Berous *conſil.* 129. *n.* 19. *conſil.* 130. *n.* 29. *vol.* 2. neceſſe eſt, ut **Herrſchafft** intelligamus de ipſa Baronia ac territorio per prius, quod eſt cum
regali dignitate. Siquidem **Gerichte**, omni- 386.
modam jurisdictionem, ſuperiorem ac inferiorem, merum & mixtum imperium in ejusmodi inveſtituris ſignificare, ex Weſenb. *conſ.* 95. *Num.* 19. 20. 21. 22. & pluribus aliis probatum eſt.

Quin etiam cum caſtro illi Vallendar Juris- 387.
dictio cohæreat, ac in eo exerceri ſolita ſit in totum hoc territorium, conceſſo caſtro, etiamſi nihil amplius dictum fuiſſet, utique etiam omnis illa jurisdictio conceſſa intelligeretur, adeoque etiam merum & mixtum Imperium.

Bald.

Bald. *in d. c.* 1. *n.* 5. ibi Alvar. *n.* 4. *præpoſ. n.* 5. *de Capitan. qui curiam vend.* Jaſ. *ad L. quo minus. n.* 125. *ff. de fluminib. & conſil.* 45. *n.* 5. *conſil.* 102. *vol.* 1. Burſat. *conſil.* 46. *num.* 26. Menoch. *de præſumpt.* 97. *n.* 15. *& ſeqq. multis*, quod late Henric. Roſenthal. *de feud. d. c.* 5. *concluſ.* 6. 7. 8. *&* 9. proſequitur & explicat. Ideoque cum per verb. **Veſte und Dorff**, ipſa Jurisdictio & quidem omnimoda ſatis expreſſa videatur, eoque amplius etiam per verb. **Gerichte**, tam active quam paſſive, ſupereſt, ut per **Herrſchafft**, ſignificetur ipſa ſuperioritas Baronalis ſive regalis illa territorii poteſtas & dignitas, ut nullum horum ſtet
388. otioſe & ſine ſingulari virtute operandi. Nam ne minimum quidem verbulum, imo ne ſyllabam quidem in Inſtrumento extare decet ſine ſingulari myſterio & operandi virtute. *C. ſi Papa de priv.* 6. *L. ſi quando. ff. de legat.* 1. Dec. *n.* 6. Ripa. *n.* 42. Felin. *n.* 4. *ad C.* 1. *ext. de reſcr.* Aym. Crav. *conſ.* 272. *n.* 2. *conſ.* 983. *n.* 50. Quod autem ex eo, quia Caſtrum, territorium, pagus, Jurisdictio, ſuperioritas nihil inter ſe adfine habent, cum diverſa ſint, quidam inferunt: conceſſo caſtro vel pago aut territorio, neceſſario non intelligi oportere Jurisdictionem, multoque minus ſuperioritatem
389. tem conceſſam eſſe; huc non quadrat. Verum id quidem eſt in inferioris notæ feudis, non autem in regalibus, cujusmodi ſunt Ducatus, Marchionatus, Comitatus & Baronatus, ſecundum Andr. Knich. *de jur. Duc. Saxon. fol.* 121. etiamſi in feudum recognoſcantur ab inferioribus Imperatore Henr. Roſ. *d. c.* 2. *de feud. concl.* 1. *n.* 4. *&* 5.

Deinde hæc ipſa verba, **Burg, Dorff, Herrſchafft und Gerichte von Vallendar, mit ihren Zugehörungen** ꝛc. repetuntur in
390. eadem ſcriptura *ſub Num.* 13. *&* 14. ut ideo tanto minus de enixa & prægnante ſcientia ac voluntate ſit dubitandum. Bald. *ad. C. eam te ext. de reſcr.* Tiber. Decian. *Reſponſ.* 5. *n.* 27. *vol.* 1. *Reſponſ.* 1. *n.* 133. *Reſponſ.* 73. *n.* 10. *vol.* 2. *Reſp.* 1. *n.* 42. *vol.* 3. Simon Piſtor. *conſil.* 20. *n.* 80. *vol.* 1. *inter conſ.* Modeſtin. Piſtor. *per L. Baliſta.* ubi Bar. *ff. ad SC. Trebell.*
391. nec poſſit ullus error, vel ſimulationis ſuſpicio prætendi. Tib. Decian. *Reſp.* 46. *n.* 36. *vol.* 2.
392. Et hæc geminatio, imo triplicatio & quadruplicatio adeo ſtringit & probat, ut etiam cenſeatur comprehendere expreſſis majora & diſſimilia, Jaſ. *ad L.* 1. §. *nunc videmus n.* 5. *verſ. ego limito ff. de nov. oper. nunciat.* Menoch. *conſ.* 282. *n.* 17. *conſil.* 289. *n.* 25. his, quæ Johannes hac feudali conceſſione habeat. Translato
393. itaque utili Dominio in Engelbertum ejusque hæredes, certe omnis illius Jurisdictionis, ſuperioritatis, poteſtatis & dignitatis uſus & utilitas in Engelbertum tranſiit, & reſpectu uſus omnisque utilitatis & fructus hoc dominium utile directo longe præfertur, Henric. Roſenth. *d. C.* 5. *de feud. concluſ.* 5. *n.* 3. *&* 4. *C.* 3. *concluſ.* 2. *&* 3. Præmiſſa jam propoſitione ejus, quid in feudum Engelbertus & ejus poſteritas a Comitibus in Sayn acceperit & habeat, ſequitur, quidnam Johannes Comes in Sayn ceſſerit prædicto Cunoni Archiepiſcopo, nempe **die Lehenſchafft deroſelben Burg, Herrſchafft, Dorffs und Gerichts von Vallendar, mit allen ihren Zugehörungen** ꝛc. Non ergo ceſſit ei ipſum caſtrum, ipſum pagum, ipſam Baroniam, ipſam Jurisdictionem & pertinentias, ſed tantum **deroſelbigen Lehenſchafft.** Quid ergo? nempe ut Salentinus ejusque poſteritas deinceps **die vorgeſchriebene Burg, Dorff, Herrſchafft und Gerichte von Vallendar, mit ihren Zugehörungen, von dem ehegenanten Herrn von Trier, ſeinen Nachkommen und Stifft zu Mann-Lehen empfahe, bekenne und halte, und die verdiene, vermanne, als ſolcher Lehen Recht und Gewohnheit iſt:** Non autem, ut ſuperioritas vel ſaltem in genere ſit penes Archiepiſcopum & Capitulum, vel ſola, vel cumulative, ſed privative: prout etiam apud concedentem cumulative non fuit, ſed privative, ut ex ſupra dictis conſtat. Nec enim hoc Inſtrumentum ceſſionis dixit, neque dicere debuit, propter regulam juris, in *L. id quod noſtrum ff. de regul. jur.* Et quod jus quæſitum nemi- 394.
ni ſine cauſa adimendum. Anton. Gabriel. 3. *commun. opin. tit. de jur. quæſit. non tollen. concluſ.* 1. 2. 3. Et cum nihil ejus Inſtrumentum ceſſionis dixerit, nec dicere debuerit, neque Archiepiſcopi vel Capituli erit hoc dicere vel ſupplere, nec cujusquam alterius. Weſenb. *conſil.* 15. *n.* 7. *&* 42. *conſil.* 52. *n.* 42. *&* 44. *per L. jubemus. C. ad SC. Vellejan.* Roland. a Valle *conſil.* 39. *num.* 5. *vol.* 1.

Decimo quarto, cum anno 1457. Georgius, Comes de Sayn in Witgenſtein, Philippo Comiti in Naſſaw & Sarbrücken &c. pro 600. aureis pignori daret, **Läger, Oeffnung und Folg in Vallendar**, ut eſt *ſub Num.* 17. conſenſum ab Archiepiſcopo Johanne impetravit, non tanquam a Domino ſuperiore, ſed feudi, **als Lehen-Herrn**, quem etiam Archiepiſcopus dedit, **als Lehen-Herr**, ut expreſſa ejus verba habent *ſub Num.* 18. Ex quo, duplici ratione a commu- 395.
niter accidentibus ſumpta, quæ fortis in materia probationis eſſe dicitur, Bald. *in c. final. extr. de cauſ. & propriet. & ad c. Vaſallus ſi de feud. fuer. controverſ.* Cyn. *ad L. cum oportet in princ. C. de bon. quæ liber.* Jaſ. *in L. non hoc. n.* 18. *C. unde legitim.* conſequens eſſe oſtenditur, ſuperioritatem actu non ſpectare ad Archiepiſcopum, ſed Comitis de Sayn in Witgenſtein eſſe. Quarum prima eſt a communiter accidentibus, quod Domini vendunt 396.
& pignorant, non autem non Domini, Hippolyt. Riminald. *conſil.* 578. *n.* 11. Cum nemo rem pignori dare vel obligare poſſit, quam ipſe non habet, *L.* 1. *L.* 3. *L. & quæ nondum* 15. §. 1. *L. ſi Titio.* 22. *ff. de pignorib. L.* 2. *L. fin.* 6. §. *ſi res alien. pignor. dat.* Quod Argumentum itaque pariter etiam eſt a defectu cauſæ ſive potentiæ: Quod ipſum etiam eſt fortiſſimum, *C. cum ceſſante. ext. de appellation. L. quod dictum. ff. de pact.* Andr. Tiraquell. *in tract. a cauſa*

cessant. per tot. Nicol. Everhard a Middelb. *in loc. legal.* 80. *a cessatione rationis. n.* 3. *in fin.*

397. Altera a communiter accidentibus est, quod si **Läger, Oeffnung und Folg**, pleno jure fuissent Archiepiscopi, non ut Dominus feudatarius, **als Lehen-Herr**, sed simpliciter ut Dominus territorii quilibet consensisset, absque qualitate feudali. At non hoc: ergo plenum non fuit Dominium **des Lägers Oeffnung und Folg**, Archiepiscopi, sed utile Dominium fuit Comitis cum consensu directi Domini, *juxta C. Imperialem*, §. *præterea. de prohibit. feud. alien. per Frideric. pignori obligantis.*

398. Inter fructus autem superioritatis referuntur **Läger, Oeffnung und Folg.** Quod quoad **Folg** prorsum nihil dubii habet, ut supra vidimus & apud Andr. Knichen *de sublim. territor. jur. C.* 4. *n.* 413. & 422. Nam hoc & jurisdictioni omnimodæ adhæret, teste eod. Knichen *d. loc.* & quoad præsentem quæstionis statum est aliquis salvus conductus & securitatis præstatio, seu **Geleit**, pertinens ad jus superioritatis. Andr. Knichen. *c.* 3. *de sublim. territor. jur. n.* 35.

399. At vero **Oeffnung** in dubium vocari potest. Nam sæpe ex pacto vel investitura etiam alterius subdito data, potest quis in suo vel alieno territorio habere **die Oeffnung.** Verum magis est, ut **Oeffnung** etiam adnumeremus regalibus & territorii Juri, quia & inter superiorem Vogtejam, quæ jure principatus est, refertur, secundum Andr. Knichen *de sublim. territor. jur. c.* 4. *n.* 354. 394. 395. & ad munitiones ac jura belli spectat, quæ non nisi superiori competere queunt, *per d. C.* 1. *quæ sunt regal.* Et quod hæc superioritatis jura attingunt, potestatemque majorem consequenter annexam habent, evidentius colligitur ex eo, quod est *sub Num.* 18. ubi Philippus Comes in Nassaw & Sarbrücken &c. Creditor, testatur, sibi hoc nomine Schultetum, Quæstorem, Scabinos, & totam universitatem Vallendar de hoc **Läger, Oeffnung und Folg**, præstitisse juramentum subjectionis, in verb. **gehorsam zu seyn.** Andr. Gail. *de arrest. c.* 7. *n.* 11. tum etiam, quod promittit Comiti Georgio, **die von Vallendar bey Gnaden, altem Herkommen, und Freyheiten zu lassen** &c. Probant igitur hæc quoque duo Instrumenta *Num.* 17. & 18. superioritatis jura omnia esse Comitum de Sayn in Witgenstein, non etiam Archiepiscopi, ne quidem in genere. Atque hoc eo magis contra Archiepiscopum & capitulum stringit: quia hæc oppignoratio **des Lägers, Oeffnung und Folg zu Vallendar**, ipsis scientibus ac patientibus, quin etiam consentientibus ac volentibus facta est, jam nunc durante hoc retrovenditionis contractu: ut tanto minus errorem, vel sub- & obreptionem quandam Archiepiscopus & capitulum prætendere possint, *arg. L.* 1. *l.* 2. *cum ibi annotat.* a Bald. Castr. *& aliis C. de servit. & aquæ.*

400. Nam & qui alii consentit, jura sua perdit, & aliena corroborat. Mynsing. *cent.* 4. *obs.* 83. ex Alvarott. *ad C.* 1. §. *præterea. quib. mod. feud. amitt.*

Decimo quinto non desunt plura Documenta, & inter cætera, quæ sub *Num.* 18. 20. 21. & 23. sunt producta, quibus perspicue probatur, Archiepiscopos prope omnes, & inter hos etiam Jacobum & Johannem epistolis & obligationibus suis confessos esse, si quid ad superioritatem spectans, & quod eo pertrahi potuisset, fecissent, vel facere voluissent, se id non suo jure, neque in præjudicium Comitum & superioritatis ipsorum fecisse, vel facere velle, sed tantum jure pignoris, quod in Vallendar haberent. Confessi igitur hoc ipso quoque sunt, jus superioritatis nullum ad se in Vallendar spectare, nisi quod pro semisse jure pignoris detinerent. Cujus confessionis toties iteratæ ac geminatæ quanta vis sit, supra aliquoties indicatum est.

401. Neque quisquam negat, Instrumentum, scripturam & epistolam contra scribentem, mittentem, & instrumentum conficientem, seu sigillantem, plene probare, etiamsi scriptura sit privata, *L. publica. ubi Dd. ff. depos. L. cum de indebito.* §. *fin. ff. de prob. L. cum antiquitus. C. de testam. C. per tuas. extr. de probat.* Hieron. Magon. *decis.* 25. *n.* 9. & 10. Johan. Cephal. *cons.* 562. *n.* 7. 8. 9.

402. Quanto magis igitur, si sit alicujus Archiepiscopi & Principis. August. Berous. *cons.* 65. *n.* 7. & 8. *vol.* 1. Corn. *cons.* 312. *vers. & maxime, vol.* 1. Gloss. *in C. si Papa. de privil. in* 6. *& in C. nonnulli. ext. de rescr.* Matthæ. de Afflict. *decis. Neapol.* 345. *n.* 15. etiamsi verba essent enunciative posita. Aym. Crav. *de antiqu. temp. part.* 1. §. *ampliatur. n.* 1. 2. 3. & 31. Castr. *cons.* 202. *n.* 4. *vol.* 1. Wesenb. *cons.* 21. *n.* 62. maxime in antiquis. Johan. Gallic. *tom.* 1. *cons. feudal. n.* 14. Aym. Crav. *d.* §. *ampliatur. n.* 10. & *seqq.* Tib. Decian. *Resp.* 64. *n.* 9. *vol.* 5. vel si recognita sit scriptura. Aym. Crav. *de antiq. tempor. part.* 1. §. *viso de verbis enunciativis. n.* 15. aut ex publico Archivo producta. Natta. *cons.* 283. *n.* 8. Cacheran. *decis. Pedemont.* 69. Hier. Magon. *decis. Lucens.* 93. *n.* 10. probat hæc ipsa non solum contra ipsum scribentem, sed etiam contra ejus successorem. Rol. a Valle *cons.* 1. *n.* 40. *vol.* 2. Nam & contra hæredem scribentis vel sigillantis probat, *arg. L. hæredem. ff. de reg. jur.* Et quæ vis hac in parte attribuitur scripturæ, eadem & sigillo, & contra sigillantem, omnesque eos, qui ab eo causam habent, ac hæredes ei sunt, plenam fidem facit de his, quæ sigillo approbata reperiuntur, Bald. *ad L. contractus. C. de fide instrum.* Felin. *n.* 37. *vers. sed contra ipsum scribentem*, & Dec. *ad C.* 2. *ext. de fide instr.* Hier. de Monte *in tract. de finib. regund. C.* 63. Carol. Molinæ. *de consuetud. Paris. tit.* 1. §. 8. *gl.* 1. *verb. denombrement. n.* 13. quin & contra successorem in dignitate, Bald. & Dec. *n.* 7. *ad c.* 1. *ext. de prob.* Cyn. *ad L. digna vox. C. de legib.* Hippolyt. Rimin. *cons.* 68. *n.* 7. Accedit decimo sexto nuper defuncti Johannis Archipræsulis & Electoris Trevirensis attestatio emissa in Epistola subscripta & sigillata de dato 7. Oct. Anno 1597. ad consiliarios Confluentiæ residentes *sub. N.* 35. in qua hæc ponit verba: **Was sich verlittenen Jahrs in unserer mit Witgenstein habender Hochheit zu Vallendar, durch die Issenburgische Beamten.**

403. 404. 405.

Atque

Atque ita fatetur, ſuperioritatem in Vallendar ſe cum Wittgenſtein communem habere. At quo jure? pignoris tantum ſive jure contractus retrovenditionis debitæ. Nullum enim alium ejus communionis titulum proferre poteſt. Ti-
406. tulus autem immediatus & proximus attendendus eſt, debetque prævalere, *l. ſocium quis §. 1. pro ſoc. l. conſilii §. ſocii. ff. de reg. jur.* Baldus *in l. fin. c. de indict. viduit. tollend. col. 1.* Cephal. *conſil.* 313. *num.* 35. Hippolyt. Rimi-
407. nald. *conſil.* 747. *n.* 72. Atque omnino credendum eſt, indubitata & certa ſcientia hoc ſcripſiſſe Archiepiſcopum Electorem, cum tale negotium ſit, quod ad ipſum pertineat, Hippolyt. Riminald. *conſil.* 640. *num.* 36. nec veriſimile eſt, id ſcripſiſſe hunc admodum cautum & acutum Principem Electorem, ſi certitudinem ejus rei nullam habuiſſet. Atque hanc ſcientiam ac certitudinem ex ſola veriſimilitudine probatam cenſeri oportere tradit Bartol. *ad l. 2. c. ſi ſerv. vel liber. ad decurion. lib.* 10. Mandell. *conſil.* 64. *num.* 40. *lib.* 1. Aym. Cravet. *conſil.* 958. *n.* 20. Quam eo minus hodiernus Archiepiſcopus impugnare poteſt: quia convenit hæc confeſſio cum præcedentibus Archiepiſcoporum ſuperiorum factis & confeſſio-
408. nibus, tantoque magis arguit ſcientiam rei alienæ, ut nec præſcriptio vel uſucapio prætendi poſſit, *per cap. fin. extr. de præſcriptionib.*

Decimo ſeptimo & ultimo notiſſimum eſt, & negari non poſſe aſſeritur, ac ſi opus ſit, poſſe probari dicunt, nullum actum ſuperioritatis ſolum exercuiſſe ullum Archiepiſcopum in Baronia Vallendar, ſed ſemper Comites in Wittgenſtein, eorumve Commiſſarios ſeu Mandatarios & Officiarios una adhibuiſſe, aut de conſenſu ac voluntate eorum egiſſe: niſi quod aliquid circa appellationes, collectas & propoſitionem edictorum monetalium ac citationem publicam interdum tentatum ſit. Quod certe argumento magno eſt, ſuperioritatem jure proprio in hac Baronia Archiepiſcopos Electores Trevirenſes non habere, ſed totam illam eſſe Comitum de Sayn in Wittgenſtein, cum quibus eam tantummodo ex pignoris ſive venditionis per reluitionem mutabilis titulo pro ſemiſſe communem habeant & exerceant.

409. Nam hæc magnorum Principum, imo quorumcunque hominum natura eſt, ut res ſuas, & quas ad ſe pertinere ſuo jure putant, aliis non communicent, *per d. l. cum de indebito ff. de probat.* Abb. *ad c. providentiam §. ſexta, col. 2. ext. de offic. deleg.* neque obligent extra neceſſitatis cauſam, maxime vero illas, quæ difficulter concedi ſolent, *l. obligatione generali, ll. ſeqq. ff. de pignor.* nec facile familiaritatis jure permitti vel concedi ſolent, cujusmodi ſunt regalia & ſuperioritatis jura, *arg. l. 1. ff. de offic. ejus cui mandat. eſt jurisdict.* Petr. de Petr. *in tractat. de fideicomm. quæſt.* 13. *n.* 555. Mandell. *conſil.* 222. *num.* 1. *lib.* 2. Ce-
410. phal. *conſil.* 539. *num.* 50. A conſuetis autem & communiter accidentibus circa probationem firmum ducitur argumentum, *l. non hoc*, ubi Jaſ. *n.* 18. *C. unde legit. l. certi condictio. §. quoniam ff. de reb. credit. ſi cert. pet.* Felin. *ad C. in præſentia ext. de probat.* Alex. *conſil.* 36. *in fin. lib.* 5. Riminald. *d. conſil.* 322. *n.* 6. *conſil.* 384. *n.* 64. *conſil.* 578. *num.* 11. *conſil.* 585. *n.* 57. Abſurdum itemque eſt, eundem ejusdem 411.
rei Dominum eſſe, & ſimul non eſſe, Hippol. Riminald. *conſil.* 630. *n.* 2. Id autem eveniret, ſi non attento illo communi uſu ac quaſi poſſeſſione, velimus aſſerere, Archiepiſcopum quidem in communione omnium actuum ſuperioritatis eſſe cum Comitibus jure ac titulo pignoris, attamen ſuperioritatem hanc ipſam vel ſaltem in genere eſſe Archiepiſcopi & Capituli, ut facta reluitione ea non debeat ad Comites redire, ſed ſolius Capituli manere. Ita, inquam, Comites ejusdem rei nempe ſuperioritatis Domini ſimul & non Domini conſtituerentur. Domini reſpectu communionis ex obligatione pignoris præcedente; non Domini, quatenus reluitione facta non debeant ſuperioritatem plene recipere. Idem vice verſa de Archiepiſcopo & Capitulo ſtatuendum eſſet. Abſurdus quoque eſſet, eam rem Archiepiſco- 412.
pum a Comite Johanne Wittgenſteinio pignori accepiſſe, nec tamen redemtione facta reſtituere teneri, contra *l. final. C. de luit. pignor.* Abſurdiſſimum vero, diſſoluta communionis cauſa, recipere debere quidem Comites omnia illa, quæ ad ſuperioritatem ejusque fructum ſpectant, non tamen ipſam ſuperioritatem: & ſic defendere ejus retentionem, cujus cauſa ab Archiepiſcopi conſcientia non proceſſiſſet, & quam neque conceſſit, neque concedere potuit, Anch. *conſ.* 292. *in fin. per c. quoniam frequenter. §. quod ſi ſuper ext. ut lit. non conteſt.* Ut in ſimili de Immiſſione per ſub- & obreptionem impetrata reſpondet Rolandus a Valle *conſ.* 5. *num.* 19. *&* 20. *vol.* 2. Abſurditas autem in omni cauſa vitanda eſt, Clem. 413.
2. *de Magiſt. & ne aliq. exig. c. in geneſi. ext. de Elect. c. quemadmodum, ext. de jurejur.* Hippol. Riminald. *conſil.* 322. *n.* 7. *conſ.* 351. *num.* 67. *conſil.* 448. *num.* 12. *conſil.* 502. *num.* 87. *conſil.* 642. *n.* 8. Roland. a Valle *conſil.* 24. *num.* 10. *conſ.* 61. *n.* 20. *vol.* 3. *conſ.* 71. *num.* 30. *vol.* 2. Proinde nemo præſumitur in plus, 414.
vel aliter voluiſſe ſe obligare, aut rem in communionis commercium perducere, quam neceſſe ei erat, & ad cujus communionem jure cogi poterat, ut in ſimili declarat Bald. *conſil.* 417. *num.* 3. *vol.* 5. & ſequitur Hippolyt. Riminald. *conſ.* 679. *num.* 43. 44. 45. Quin po- 415.
tius cum communio hac in re, quæ durat, quamdiu durat contractus ille revocabilis venditionis, ex contractu illo procedat, utique hæc obſervantia & uſus ejus infallibiliter omnem ambiguitatem tollit & declarat, quid & quantum, & quæ res in hunc contractum venerit ac reſtitui debeat, *d. l. ſi de interpretatione. ff. de legib.* Johann. Cephal. *conſ.* 347. *num.* 32. Aym. Cravet. *conſ.* 102. *conſ.* 173. Hippolyt. Rimin. *conſil.* 352. *num.* 83. *conſ.* 413. *n.* 24. *conſil.* 470. *n.* 45. *conſil.* 696. *num.* 39. plenumque conſenſum inducit, concurrente tam longiſſimo & immemoriali prope tempore, Hippol. Riminald. *conſil.* 614. *num.* 51.

Quod autem appellationes ſibi Archiepiſcopus ejusque dicaſterium, quod Confluentiæ eſt,

durante hac oppignoratione aſciſcere tentavit, & collectas quasdam exigere conatus eſt, & quod controverſiam de affigendis edictis monetariis & citationibus movet, argumentum
416. non tollit: tum quod hæc quidem ad poſſeſſorium pertinere poſſint: hic autem in petitorio verſamur, quæ inter ſe nihil commune habent, *l. naturaliter §. nihil commune ff. de acquirend. poſſeſſ.*
417. tum quod durante oppignoratione, & ſic communionis cauſa non potuit quidquam ejus præſcriptione acquirere, propter defectum juſti tituli, qui per reluitionem reſolvitur, Andr. Gail. *2. practic. obſerv.* 18. *num.* 4. 5. 6. *obſerv.* 73. Mynſing. *cent.* 1. *obſerv.* 16. *cent.* 6. *obſerv.* 70. *n.* 21. Cuj. *ad l.* 13. *ff. de uſucap. & in paratit. l. C. de præſcr.* 30. *vel* 40. *annor.* Joh. Borcholt. *de uſur. c.* 6. *num.* 10. & propter ſcientiam rei alienæ, ſeu malam fidem, *C. fin.* ubi DD. *omn. ext. de præſcr. c. poſſeſſ.* ubi DD. *de reg. jur. in* 6. An-
418. dreas Gail. *d. obſerv.* 18. *n.* 7. tum quod cauſam poſſeſſionis ſuæ ſibi Archiepiſcopus mutare non potuit, *l.* 3. §. *illud quoque ff. de acqu. poſſeſſ.* tum quod ei contradictum eſt, quoties ejus aliquid in notitiam Comitum venit, ut
419. ex propoſita facti ſpecie liquet. Per quam proteſtationem & contradictionem extrajudicialem etſi per ſe forte præſcriptio impediri non potuiſſet, Jaſ. *ad l. fin. n.* 6. *verſ. limita iſtam concluſionem primo, ff. de eo per quem fact. erit.* Franciſc. Balb. *de præſc. part.* 3. 6. *& ult. part. princ. n.* 18. *&* 19. Conſervatum tamen eſt jus Comitum illæſum, *l. non ſolum §. morte*, ubi *Gloſſ.* Bart. Jaſ. *num.* 50. *ff. de nov. oper. nunciat. C. cum M. Ferrarienſ.* ubi Felin. *ext. de conſt.* Cephal. *conſ.* 296. *num.* 9. *& ſeq.* Hippolyt. Riminald. *conſil.* 321. *num.* 18. *conſil.* 346. *num.* 30. *conſil.* 427. *num.* 20. *conſil.* 570. *num.* 34. Johann. Vincent. Honded. *conſil.* 89. *n.* 11. *vol.* 1. Cravet. *conſil.* 662. *num.* 29. Roland. a Valle *conſil.* 51. *n.* 17. *conſ.* 54. *n.* 15. *conſ.* 69. *n.* 20. *vol.* 4. *per gloſſ. in l. ſi debitor. §.* 1. *verſ. ſalva pignoris cauſa ff. qui potior. in pign. hab. d. l. non ſolum. §. morte.* Dicitur enim proteſtatio jus proteſtantis & actui contradicentis in tuto collocare. Benintend. *deciſ.* 72. *num.* 5. Cephal. *d. conſil.* 696. *n.* 9. *& ſeq.* Franc. Burſat. *conſ.* 16. *in fin. &*
420. *conſ. ſeq.* Quin etiam in his incorporalibus, in quibus quaſi poſſeſſio nihil aliud eſt, quam patientia ejus, contra quem quis poſſidere, & & poſſidendo acquirere, ſeu præſcribere vult, *per l. quoties ff. de ſervitut. l.* 1. *l.* 2. ubi Bart. Bald. Caſtrenſ. Alex. *C. eod.* Franciſc. Balb. *de præſcr. part.* 3. *part.* 6. *& ult. princ. num.* 4. *verſ. cum enim in incorporalibus.* Poteſt videri naturaliter hæc quaſi poſſeſſio interrupta: quia ea ſtatim hoc ipſo, quod quis deſinit pati, interrumpitur, & conſequenter etiam præſcriptio. Franciſc. Balb. *de præſcript. d. part.* 3. *part.* 6. *& ult. princ. num.* 40. *verſ. cum enim in incorporalibus*, qui teſtatur, Bartolum hoc non ſolum circa ſervitutem, ſed etiam circa alia incorporalia jura prædiis non cohærentia, ut ſunt jurisdictiones & ſimiles, aſſeverare; Nam ſtatim quando fit unus actus, per quem quis prohibetur uti illo jure, videtur interrupta quaſi poſſeſſio & præſcriptio, & ad hoc dicit textum eſſe optimum ſecundum Bartol. *in c. auditis, ext. de præſcript.* & ibi Innoc. *& in C. cum Eccleſia Sutrina, ext. de cauſ. poſſ. & propriet.* Et ex eodem Innoc. *ad dict. c. auditis* ſtatuit Franciſc. Balb. *d. n.* 4. *verſ. quinimo plus ſentit.* quod eo ipſo, quod is, ad 421.
quem ſpectat Jurisdictio, de jure exercet eam, ſeu utitur illo jure ſuo, vel ſaltem una vice ante completam præſcriptionem, cenſeatur interrupta præſcriptio. Imo vero, cujus eſt ju- 422.
risdictio, ſi eam in uno atque altero actu exercuiſſet, nihilominus retinuiſſe ac conſervaſſe eam dicitur, etiam quoad cætera omnia, *per l. Stillicidii* 8. §. *final. ff. quemadmod. ſervit. amitt.* Maſcard. *de probat. concluſ.* 1053. *num.* 22. Mandell. *conſ.* 34. *num.* 2. *lib.* 1. Menoch. *conſil.* 1000. *num.* 2. *&* 3. Weſenb. *conſil.* 32. *num.* 17. adeo, ut qui ignorante eo occupare eam cœpit, actumque unum atque alterum exercuit, turbaſſe, non acquiſiviſſe dicatur poſſeſſionem, quæ alterius eſt, nec eam ignorans amittat, Corn. *conſil.* 334. *n.* 41. *vol.* 1. qua de cauſa hoc etiam caſu per illam Archiepiſcoporum quorundam inquietationem non amiſiſſe, ſed manendo in communione, quoad cæteros, tam ſuperioritatis territorialis, quam reliquam jurisdictionem Comites jus & jurisdictionem ſuam omnimodam retinuiſſe ac conſervaſſe, maxime interpoſitis aliquot proteſtationibus ac contradictionibus tam re, quam verbis, præſcriptionem, ſi quam tentati ſunt Archiepiſcopi, interrumpentibus.

Quodſi ergo neque origine prima, neque 423.
conceſſione aliqua imperiali, ſeu privilegio, neque ex contractu vel communione ipſorum Comitum, neque præſcriptione, jus ſuperioritatis ſibi Archiepiſcopus & Capitulum aſſerere ac defendere queunt, a ſufficienti hac partium enumeratione recte infertur, *arg. l. patre furioſo*, ibi DD. *ff. de his qui ſunt ſui vel alien. jur.* Abbas *ad c. cum dilectus ext. de jur. patron.* Everhard. a Middelb. *in loc. legal. a partium enumeratione.* H. Rim. *conſ.* 645. *n.* 17. *&* 18. *conſ.* 676. *n.* 74. *conſ.* 697. *n.* 8. Superioritatem territorialem reluitione facta, neque pro parte aliqua Dn. Archiepiſcopum & Capitulum retinere poſſe, præter nudum jus directum feudatarium, ſeu quod Dominus feudi habet, conſiſtens in mutua fidelitate, de qua *in c.* 1. *qual. vaſall. dom. jur. ten. & c.* 1. *de nov. form. fidel.* & quæ ejus generis alia.

Non obſtant itaque illa, quæ difficultatem 424.
non levem movere poſſe videbantur. Nam quod primum umbonem Trevirenſem, & quidem præ cæteris fortiorem, attinet, de ſitu & inclavatione per ſuperiora, inprimis vero per ocularem inſpectionem & regionis morem, tum & conditionem hujus Baroniæ, ejusque originalem dignitatem & poſſeſſionem vehementer repellitur, & prorſum proſternitur. Nam & in principio facti propoſiti aſſeritur: Hic Baronatus non eſt ſitus intra fines & terminos Archiepiſcopalis territorii, quantumvis aliqua parte id attingat: atque ita, quæ de oculari inſpectione, ejusque certitudine ex Caſtrenſ. *conſ.* 4. *num.* 2. *vol.* 2. Jaſon. *ad l. eum*

qui

qui §. in popularibus de jurejur. Gozadin. *dict. cons.* 34. *num.* 10. Natta *cons.* 269. *n.* 6. Fulv. Pacian. 1. *de probat. c.* 45. Montan. *fin. reg. c.* 30. *&* 31. Hippol. Riminald. *d. cons.* 415. *n.* 2. & aliis ejus generis adducta sunt, & alias adduci queunt, in adversarium convertuntur, ut ideo bis pereat, qui suis ipsius armis perire dicitur. Deinde supra quoque exemplo **Veldenz, Winningen, Trarbach** & similium, tum etiam exemplo generalis consuetudinis, quam nobiles Trevirenses prope Rhenum prætendunt omnes, quæque etiam ex *Symphorem. supplic.* Meichsn. Wehnero & aliis, magnam probabilitatem acquirit, hoc argumentum diluitur. Nam etsi constet, prædictos illos Comitatus & Baronatus indubitato circum circa includi in territorio Trevirensi: ex quo tamen per se sunt territoria, jura regalia habentia, suisque terminis finita, propria nituntur superioritate, neque Trevirensem territorialem agnoscunt: imo neque nobiles volunt esse territoriali superioritati Trevirensi subjecti, **wöllen keine Landsassen seyn**: quanto minus igitur cogetur eam Baronia Vallendar agnoscere, cum & illa per se sua dignitate & potestate constet, nec in meditullio Trevirensi, ut illæ, existat: imo olim nec finibus suis attigerit, per jura & rationes supra allegatas.

425. Imo vero ejusmodi Comitatus & Baroniæ per se feuda dignitatum & territoria regali dignitate prædita existentia, etiamsi alterius Principis vel Electoris territorio includantur, pro eo tamen habentur, acsi ibi non existerent, ad exemplum castrorum, aliorumque locorum & Monasteriorum exemtorum, *c.* 1. *juncta gloss. de privileg. in* 6. Philipp. Franc. *ad c.* 1. *in fin. princip. de statu regular. in* 6. Roland. a Valle *cons.* 33. *n.* 25. 26. 27. *& seqq. vol.* 3. *ubi n.* 28. *ex Abbat.* concludit, quod loca, quæ sunt de provincia vel diœcesi, habentia dominium separatum, non dicuntur esse de illo regno vel diœcesi: ut magno consensu docent Castrens. Angel. Jas. Dec. Marsil. *ad l. fin. ff. de jurisd. omn. judic.* Exemtio autem horum locorum seu territoriorum hoc ipso probatur, quia Comites sunt in antiquissima possessione, & eo ipso, quo **Veldenz, Trarbach, Winningen, Vallendar**, & ejus generis alia territoria in Comitatus & Baronias erecta sunt, **zu Graff- und Herrschafften gemacht und erhöhet sind**, simul etiam hac exemtione donata, cum hoc ante quingentos annos factum sit ab his, qui jure potuerunt dignitatem territorialem in Co-
426. mitatus ac Baronatus conferre, ideoque fundatam habent intentionem, secundum Andream Knich. *de sublim. territor. jur. cap.* 2. *num.* 3. allegantem Alciat. *resp.* 12. *n.* 11. *lib.* 3. Joh. de Amic. *cons.* 25. *n.* 28. & alios, nec non *de jur. Duc. Saxon. fol.* 176. *&* 178. *& de subl. territor. jur. c.* 3. *num.* 395. *&* 396. asserit, tametsi in regno Neapolitano non transeant in investitum regalia cum Ducali, Marchionali, Comitali, Baronali dignitate, nisi specialiter exprimantur, secus tamen in Imperio Romano: quia in hoc Imperio, concesso territorio aliquo universali, concessa existimantur omnia regalia cum omnimoda jurisdictione, *& eod. c.* 1. *num.* 300. 301. 303. testatur, quod Comitibus & Baronibus eo ipso, quod ditio eorum in Comitatum vel Baronatum cum regiis juribus est erecta, non minus ac Principibus competit jus superioritatis, ut Comes in suo Comitatu, ac Baro in sua Baronia dicatur Princeps, ut Dux in suo Ducatu, cui ipse respectu sui Comitatus vel Baroniæ æquiparatur, de qua re late differit Ludolph. Schrader. *de feud. part.* 10. *sect.* 1. *n.* 22. 23. 24. *usque ad num.* 39. & Facultas Juridic. Ingolstad. *consil.* 1. *num.* 20. *vers. & ratio est, volum.* 1. *varior. in* 4. *editor.* Sicut ergo regula, quod omnia, quæ sunt intra confines principatus, præsumuntur subesse superioritati illius Principatus, fallit, quoad loca & castra exemta: ita quoque fallit, quoad ejusmodi Comitatus & Baronatus, utpote qui ipsi hac regali dignitate ac potestate præfulgent, Schrader. *d. part.* 10. *sect.* 1. *num.* 24. 25. 26. 33. 34. *& seqq.* Ex eo jam parata est responsio ad alteram objectionem de loci vicinitate & continentia. Primo enim respon- 427.
detur, imo hoc multos negare & contrarium defendere, nempe in dubio non præsumi, pertinere ad territorium & principatum, cui proxime cohærent, nec esse de pertinentiis, sed liquido hoc probari oportere, Cephal. *consil.* 230. *num.* 13. post Bart. *ad l. si sit. §.* 1. *in fin. ff. de legat.* 1. Alex. *consil.* 43. *lib.* 1. *& cons.* 55. *n.* 19. *lib.* 4. Deinde respondetur, posito, 428.
quod hæc præsumtio sit extra controversiam, tamen ipsemet Henning. Goed. *d. num.* 16. se explicat, quod loquatur de re vicina & conjuncta, quæ pars totius est, ut & allegata indicant, & exemplum est *in l. lines* 15. *ff. de act. emt. vendit.* in quo genere hic non versamur. Tertio, *d. n.* 16. *vers. item cum villa,* se ipsum explicat, ut procedat, si villa immediata territorio juncta sit, & in medio non fuerit aliquid, quod unitatem ipsorum territorii scilicet & villæ, impediat, sed totum eidem Domino inserviat, *per d. l. qui sella. §. fin. ff. de serv. præd. rusticor.* Atque hic aliquid in medio est, certi nimirum fines, & constat non eidem Domino servire, sed diversis. Quarto hoc ita in dubio est, quando non constat de alio superioritatis possessore, secus si de Domino & possessore constet alio, secundum Joseph. Mascard. *de probat. concl.* 217. *num.* 16. hanc Henning. Goed. *d. cons.* 42. *n.* 16. assertionem & qui eandem tradunt declarantem, quod & innuit Andr. Knich. *de sublim. territ. jur. c.* 3. *num.* 100. 101. 102. 103. At hic de alio Domino hujus Baroniæ constat, tum & de possessore: & quod Archiepiscopus tantum in communione est cum Comitibus solummodo jure pignoris. Cessat itaque hæc præsumtio.

Ad tertium respondetur: primo hoc, quod 429.
Matth. de Afflict. & alii in eam sententiam differunt, ad regnum Neapolitanum spectat, sicut quod Alvar. Valasc. *de emphyt. quæst.* 8. *n.* 34. *& per tot.* habet, in regno Lusitaniæ procedit, Andr. Knich. *de sublim. territor. jur. c.* 1. *num.* 250. 251. *& seq.* 394. 395. 396. in Germania his longe alia indoles est, *ut d. c.* 1. *num.* 300. 301. 302. 322. 359. 379. 380. 397. Ludolph. Schrader. *de feud. p.* 10. *sect.* 1. *num.*

430. 152. *& ſeqq.* Deinde hoc ita eſt in ſupremo & eo Principe, qui ejus rei ſuperioritatem jam ante habebat, priusquam terram illam erexit in Ducatum, Marchionatum, Comitatum, vel Baronatum, ſecus quoad illum, qui neque evexit, neque evehere potuit ad eam dignitatem, nec etiam rei proprietarius & ſuperior ante ita erat, ut in eam terram & ſubditos, adeoque in eum, quem regalibus ornat, ſuperioritatem haberet. Nam in eo, qui ante ejus rei ſuperior non fuit, & a quo tanquam a fonte dignitas & ſuperioritas non promanat, textus *in d. c. dudum §. nos igitur*, locum obtinere non poteſt, nec etiam quod Afflict. *ad c. 1. §. ad hæc num. 15. de pac. juram. firm.* & reſpondit Bald. *dict. conſ. 326. in fin. vol. 1.* quodque Alber. *ad dict. l. fin. C. de jurisdict. omn. judic.* aſſeruit, nec quod Bald. *in l. qui ſe patris, C. unde liber.* locum reperire poteſt: quia hi omnes loquuntur de Rege, vel Principe ejus ſuperiore, quem inveſtit de re, in quam jam ante jus territorii ſummum habet. Quod cum non facile ſoleat ab eo alienari, recte dicitur, in dubio non præſumi ſuperioritatem tranſtuliſſe, ſed retinuiſſe, *per d. l. obligatione generali, cum ll. ſeqq. ff. de pign.* Quo fit, ut cum Imperator Rom. olim hanc provinciam Vallendar in Baroniam erexerit, ac jure allodii alicui Comitum in Sayn conceſſerit, nihilominus ſub Imperatoribus & Imperii Rom. ſuperioritate manſerit. Ut vero non etiam ſubierit Trevirenſi, nec nunc etiam ſubeat Trevirenſem ſuperioritatem, niſi quatenus pro ſemiſſe pignus eſt, donec redimatur, ejus rei jam evidens ratio adeſt: quia ſuperioritatem illam nunquam ante erectionem illam in hanc terram, & hos Comites habuit: neque etiam ab Archiepiſcopo aliquo & Capitulo Trevirenſi originem hæc terra, conceſſio & dignitatis aſſignatio habet: ut ex ſuperioribus & facti ſpecie manifeſtum eſt. Non ergo hæc jura, ut nec reliqua, quæ ex Jacob. de S. Georg. Ant. Capyc. Alciat. Didac. Covar. Andr. Knich. adducta ſunt, & ulterius ex aliis adduci poſſunt, ex eadem cauſa in Archiepiſcopum Trevirenſem cadere valent. Nam ubi diſparitas cauſæ & facti eſt, diſparitas quoque juris deſideratur, *l. ut reſponſum, l. interpoſitas C. de transact.* Cacheran. *deciſ. 99. n. 34.* Dec. *ad l. precibus 2. notab. C. de impub. & aliis ſubſtitut.* Joſeph. Ludovic. *deciſ. Lucenſ. 44. num. 61. &* 62. Hippolyt. Riminald. *conſil. 81. n. 19. conſil. 694. num. 6. conſ. 251. n. 74.* & ex diverſitate factorum diverſum redditur conſilium. Baldus *conſ. 12. (in quibusdam conſ. 178.) vol. 2.* Hippolyt. Rimin. *conſ. 246. n. 115. conſ. 483. n. 133. conſ. 694. num. 7.* Non ergo obeſt, quod hodie hanc Baroniam ab Archiepiſcopo Electore, Comites de Sayn in Wittgenſtein in feudum recognoſcunt: quia jam ante multa forte ſecula dignitate Baroniæ regali inſignitam allodialem ſuam Comites in Sayn poſſederunt, ac nudum tantum jus inveſtiendi ceſſerunt, ut ſupra pluribus: atque ita ex allodio ſuo Trevirenſe feudum fecere. At ſupra probatum eſt ex eruditiſſimo nobiliſſimi JCti Tob. Paurmeiſteri *tractatu lib. 2. de jurisdict. Rom. c. 8. n.* 47. *&* 48. And. Knich. *de ſublim. territor. jur. c. 1. num. 205.* quod ſi quis allodium ſuum alicui cedat, ut ab eodem in feudum recognoſcat, non videri ſe ei ſubditum facere voluiſſe, nec etiam hoc egiſſe, ut ſuperioritas, quam habuit, ita a ſe tranſeat, ut maneat deinceps apud inveſtientem, nec ea in feudum ipſe recipiat, quam una cum caſtro vel terra illa ante allodiali jure habuit. Non enim hac ceſſione id actum eſt, ut ſibi noceret, ſed potius prodeſſet. At ita noceret ſibi, non etiam prodeſſet. Quo fit, ut hic etiam non quadrent jura, quibus probatur, quod majora expreſſis, & ab iis diverſa, ad vaſallum non tranſeunt, & quod ſuperioritas eſt ſacroſanctorum, nec in marſupio Principis: quia hæc pariter procedunt in ſupremo Principe, cujus ante inveſtituram res & ſuperioritas erat, quæ etiam nunc eſt & manet ſuperioris, nempe Imperatoris.

Ex hiſce etiam infirmitas quarti argumenti patet. Primo enim hoc procedit, quoad Imperatorem, qui hanc territorialem ac regiam dignitatem primum in hanc ditionem contulit, eamque Baroniam fecit: at non quoad alios, per modo dicta. Secundo non procedit, quando quis allodialem ſuam ditionem alii, qui nihil juris nihilque ſuperioritatis ante in ea re habuit, facit feudalem, præſtando Juramentum fidelitatis, hanc ob cauſam, quia hoc ea conventione non agitur, ut minus recipiat, quam de allodio ſuo ceſſit, quem feudi Dominum vult deinceps agnoſcere: idque per ea, quæ ad tertiam rationem dicta ſunt.
434. Atque hoc etiam ideo, quia actus non debet ultra intentionem agentium operari, *l. non omnis. ff. de reb. credit. ſi cert. pet.* Weſenb. *conſ. 52. num. 48.*
435. Imo vero niſi diſerte convenerit, quod etiam ſuperioritatem & jurisdictionem, quam allodialem ante habuit, una cum fundo in feudum recognoſcere velit, intelligitur ſolum fundum feudalem feciſſe, ſed ſuperioritatem & jurisdictionem allodiali jure retinuiſſe, aut hoc actum eſſe aliunde conſtet, ut liquet ex his, quæ Roſenth. *de feud. c. 5. concl. 9.* diſtinguendo cumulat, & obiter *c. 6. concl. 68. in fin. in gloſſ. 99. verſ. ſed hic ubi conſtat*, ubi cenſet, quando conſtat, Baroniam ante fuiſſe allodialem, præſumtionem non militare contra vaſallum, quod abſolute & ſine ullis pactis feudalem fecerit, ſed pro ipſo, quod ſervitutem, quam fieri poteſt, minimam illi impoſuerit vaſallus: atque ita præſumtio eſt, ſuperioritatem & jurisdictionem non feciſſe feudalem, nec quod ſe ſuamque Baroniam ſuperioritati Domini illius ſubjecerit. Quod certe evidentem rationem in jure libertatis fundatam habet, *arg. l. altius l. ſi in ædibus & ibi annot. C. de ſervit. & aqu.* cum
436. feudum ſit quaſi quædam ſervitus, Hieron. Garz. *de fœmin. ad feud. recip. paſſim.* Caccial. *ad c. 1. part. 5. num. 38. de feud. cognit.* Andr. Gail. *2. pract. obſervat. 69. num. 5.* Et quod
437. quisque in dubio, quam minime poſſit, ſe ſuaque cenſetur gravare velle, *l. ſemper in ſtipulationibus, ff. de reg. jur.* ſuumque jactare, *d. l. cum de indebito. ff. de probat.* maxime quoad illa, quæ non ſolent facile alienari, vel abdi-

abdicari, ut ſunt dignitates, jurisdictiones & ejus generis alia. Itaque niſi nominatim *ſub N. 14. & 15.* de eo conſtaret, Comites de Sayn in Wittgenſtein non ſolum fundum, ſed & regalia, & quidem ea quoque, quæ ad ſuperioritatem ſpectant, ab Archiepiſcopo in feudum recognoſcere, eaque recognita pro ſemiſſe pignori eidem dediſſe, in neutro contractu intelligerentur comprehenſa, *per l. obligatione generali, cum ll. ſeqq. ff. de pignor.* Reſpondetur itaque tertio, hoc quidem in dubio procedere poſſe, ſed hic nos non eſſe in caſu dubio: quoniam ex prædictis Inſtrumentis & multis aliis, de quibus ſupra, apertum eſt, hoc actum eſſe hac inveſtitura & feudali recognitione, ut non ſolum territorium cum omnimoda jurisdictione, ſed & cum ſuperioritate, cæterisque regalibus Comites in feudum habeant, & utili jure utantur, fruantur, modis omnibus, quibus jura feudalia jubent,
438. & volunt, & permittunt. Hanc autem volunt, jubent & permittunt, ut vaſallus omni jurisdictione & utilitate gaudeat, utatur, fruatur, nec Dominus ſe in aliquo intromittere poſſit, Jacob. de S. Georg. *in inveſtitur. ſua verb. vicariusque perpetuus num.* 7. Henric. Roſenthal. *dict. c. 5. concluſ. 5. num.* 3. & 4.
439. Ideoque quarto reſpondetur, procedere hoc quidem argumentum, ſi quæſtio ſit de Magiſtratibus temporalibus & vicariis & ſimilibus officiariis, quos quis conſtituit in ſua provincia vel territorio, de quibus diſerte Grammat. Bald. Panorm. Felin. Dec. Mynſing. agunt. Weſenbec. *conſ. 95. num.* 18. Andr. Knichen. *de ſublim. territor. jur. c. 1. numer.* 354. 355. 356. 357. 359. Secus ſi in feudum regalia & jurisdictiones una cum territorio dentur: Nam tunc privative regalia & jurisdictiones tranſeunt ad vaſallum, & Dominus prorſum in nihilo ſe intromittere poteſt, Jaſon. *conſ.* 70. *n. 1. vol.* 3. Weſenbec. *dict. conſ. 95. numer.* 18. *verſ. hodie vero & ſeqq.* Roland. a Valle *conſ.* 88. *num.* 26. 27. 28. *vol.* 1. Ludolph. Schrader. *de feud. p.* 10. *ſect. 1. num.* 131. Menoch. *de præſumt.* 18. *num.* 1. & 5. Pariſ. *conſil.* 2. *num.* 18. *vol.* 2. Aym. Cravet. *conſil.* 411. *numer.* 36. Andr. Knichen. *dict. c. 1. num.* 359. 360. 374. Hartmann. Piſtor. 2. *quæſt.* 45. *numer.* 14. Henric. Roſenthal. *dict. c. 5. concluſ. 5. num.* 2. 3. 4. *concluſ.* 15. *num.* 3. & 4. *qui num.* 1. & *ſeqq.* hoc declarat, omnino in his ſic ſe habere, per quæ vaſallo uſus jurisdictionis & regalium ſuorum impeditur, tametſi in cæteris putet concedi poſſe, quæ ſunt de reſervatis Principis, ut creatio tabellionis, legitimatio ſpurii, reſtitutio natalium, quo & Andr. Knichen. *de ſublim. territor. jur. c. 1. n.* 317. 318. 319. digitum intendit. At, inquam, hæc ſunt ſolius Imperatoris, cui conceduntur hoc caſu illa omnia, ut immediate ſuperiori; At neque de his jam quæſtio eſt, neque forte illa regalia ſoli ſupremo Principi reſervata Archiepiſcopus ſibi arrogat; niſi quod de appellatione in quæſtionem venit, ſecundum Roſenthal. *dict. concluſ. 5. num. 5. &*
440. *ſeqq.* de qua infra. Nam ubicunque utile Dominium transfertur, dicitur privative translata jurisdictio, & quæ ejus generis alia ſunt regalia, Menoch. *dict. præſumt.* 18. *numer.* 6. Et ejusmodi Comites ac Barones in ſuo Comi- 441.
tatu & Baronatu dicuntur jura Principis habere, Schrader. *dict. ſect. 1. num.* 22. & *ſeqq.* Andr. Knichen. *de ſublim. territor. jur. c. 1. num.* 301. 302. maxime ſi perſona illa ſit illuſtris & non privata, quæ Baroniam ejusmodi habet. Nam jura in diverſam partem allata, teſte eodem Andr. Knichen. *dict. c. 1. num.* 374. & *ſeqq.* locum habent in Ducibus, Comitibus & Baronibus temporalibus, non etiam in perpetuis, ut ſunt Germaniæ Principes, Comites & Barones. Non tollunt objec- 442.
tionem, quod hæc Baronia non origine ſua ab Archiepiſcopatu deſcendit, ſed pars & pertinens fuit Comitatus Saynenſis, illa quæ videntur ad diſcuſſionem ejus objectionis reſponderi poſſe. Nam prima ad hanc objectionem reſponſio ſupra *Num.* 94. introducta per ſuperiora ſublata eſt, ex quo per ocularem inſpectionem conſtare dicitur, non eſſe hoc territorium Baroniæ incluſum, & quaſi inclavatum Archiepiſcopalis Principatus territorio, tanquam univerſali.

Deinde, etſi ſitu exiſteret intra confines Principatus Trevirenſis, aut conjuncta fuerit provincia, non tamen poſſe ſubjici ſuperioritati ſublimi Trevirenſi, exemplo **Veldentz, Trarbach, Winningen**, & ſimilium, oſtenſum eſt: tum & quod circa Rhenum in hac parte non eſt in uſu **Landſaſſerey.**

Tertio, etſi caſtrum Sayn eſt feudum Trevirenſe, ejusmodi quoque ex allodio Saynenſium factum, territorium tamen reliquum, ſolo caſtro **Frewsberg**, cum vico **dem Thal** ꝛc. excepto, notorie eſt feudum Electorale Palatinum, ut ſuo loco & tempore diſputatum eſt. Ideoque etſi pars & portio fuiſſet olim Comitatus Saynenſis, prorſum nihil tamen ejus jure directi Dominii ad Trevirenſem ſpectaſſe, quia nec principale, nec totum illud, cujus pars fuiſſet, ad ipſum pertinuiſſet: ut ideo axioma illud; quod juris eſt in toto, quoad totum, etiam juris eſt in parte, quoad partem, *L. quæ de tota. ff. de rei vindicat.* adverſus Archiepiſcopum urgeri queat. Præterea conſtat, non partem Comitatus Saynenſis fuiſſe integrantem, ſed tantum ejus pertinens & acceſſionem, propriis tamen ſuis finibus, forma & dignitate conſiſtentem, ut ita ejus dignatio (ut loquitur Andr. Knichen) ac territorialis forma confuſione nulla fuerit ſublata. Sed & proprio ſuo jure conſtitit, cum Comitatus Saynenſis olim fuerit feudum Electorale Palatinum, Baronia Vallendar nequaquam; ſed jure allodii Comites in Sayn eam poſſederint. Eſt & reliquum effugium, quod quæri poteſt, ſupra dilutum, quando prolixe oſtenſum eſt, Comitem Johannem in Sayn non retinuiſſe, neque retinere potuiſſe ſuperioritatem hujus Baroniæ, ſed eam ſolidam ad Engelbertum perveniſſe. Et quod imperfecte una parte Inſtrumenti ſcriptum eſt, altera ſuppletur, tum & per Engelberti renunciationem & inveſtituras ſubſecutas, & per obſervantiam.

Imo vero cum cohæres fuerit Engelbertus, ac solida pro indiviso superioritas, ac cæteræ pertinentiæ ac jura ad eum ut hæredem spectaverint, *per l. nihil est aliud 24. ff. de verbor. significat. l. hæredem, l. hæreditas, l. omnia fere jura. ff. de regul. jur.* eo ipso quod scriptum est, castrum Vallendar cum ducentarum marcarum reditibus assignatum esse Engelberto in portionem suam hæreditariam, pleno jure ad eum ut hæredem pervenit, ex natura Judicii familiæ erciscundæ §. *si familiæ*, ubi DD. *Institut. de offic. Judic.* ac fratris Johannis portio, quæ hactenus pro indiviso in omnibus ac singulis hæreditariis rebus fuit, in hac Baronia accessit portioni Engelberti, ut, nisi pactum factum fuisset, de recognoscendo in feudum, prorsum nihil juris Johannes habuisset in hoc territorio. Itaque per hoc pactum non plus potuit recipere Johannes, quam nominatim ei Engelbertus restituit. Restituit autem ei nihil ultra directum Dominium: utile in omnibus etiam in jure superioritatis, cæterisque jurisdictionalibus retinuit & exercuit, ut supra pluribus.

443. Quia autem cessionarius non potest melioris conditionis esse, quam autor ejus, Tiber. Decian. *dict. Respons.* 47. *numer.* 4. *volum.* 5. Menoch. *consilio* 513. *numer.* 17. *per Gloss. in text. in leg.* 1. *Cod. de his, qui in prior. credit. loc.* eo quod nemo plus juris in alium transfert, quam ipse habet, *l. nemo plus juris ff. de regul. jur. C. nemo potest plus eod.* 6. Ideoque nec Archiepiscopus sibi plus juris prætextu cessi juris infeudandi a Johanne Comite in Sayn, sive hoc factum sit Anno 1340. sive 1386. asserere potest, quam tempore illius cessionis in Vallendar Johannes ille habuit. Et quia non plus juris habuit, quam nudum directum Dominium propter hoc jus infeudandi, non autem jus superioritatis & regalium in Vallendar, ideoque nec Archiepiscopus, tanquam cessum sibi, illud asserere potest. Quo ipso etiam dilutum est, quod ex Instrumento *Num.* 13. *vers.* **von den Wir die vorgeschriebene** ꝛc. adduci potest. Nam etsi forte Anno 1340. Balduino Archiepiscopo jus suum in Vallendar omne cessisset Johannes, & hoc rursum in feudum recognovisset, tametsi de eo nihil certi habeamus, tamen ex quo jam olim Anno 1294. ex allodio proprio Engelbertus fratri fecisset feudum, non potuit pro eo censeri, quasi Engelbertus jam ab initio per subinfeudationem in feudum accepisset: sed jam primum res feudalis Engelberti ipsius arbitrio ac voluntate facta est; & quoad utile plenissimam retinuit potestatem. Jura itaque, quæ de subinfeudatione agunt, huc
444. trahi non possunt; idque eo minus, quia res illa inter alios acta fuit, quæ Engelberto ejusque posteritati, Gothfrido & Salentino, eorumque liberis nocere non debuit nec potuit. *L. 2. C. res inter alios acta.* Wesenbec. *consil.* 41. *numer.* 115. neque debet alteri per alterum iniqua conditio inferri, *L. non debet. ff. de regul. jur.* neque quis consilium suum in alterius detrimentum mutare, *L. nemo potest.* 73. *ff. eod.*

Quinto, quod definitionem superioritatis 445.
sive **der Land-Obrigkeit** attinet, etsi ea ad Logicorum regulas & juris apices examinata forte contradictione & vacillatione non careret, ea tamen admissa ex autoris declaratione intelligenda est, non adeo crasse, non adeo impolite, acsi vocem Principis in ea stricte & respectu Comitum ac Baronum exclusive, sed generaliter & ut etiam Comites ac Barones, qui sunt in Imperio Romano, maxime veteres, juxta Recessum Imperii de Anno 1548. §. **Wiewohl auch in der Ringerungs-Handlung** ꝛc. intelligantur inclusi, ut ipsemet Andreas Knichen. *dict. c.* 1. *num.* 300. 301. 302. explicat & supra pluribus discussum est. Nam cum frequentius ea de re litigent Principes, ac hi priores ad eam præeminentiam evecti sint, post vero etiam Comitum & Baronum dignitas regalis facta, & Principum exemplo superioritate hi exornati sint, inde κατ' ἐξοχὴν & non exclusive vocat jus Principum & jure Principatus exerceri.

Deinde, quod dixit, quod superioritas sit concessa sub nomine & qualitate territoriali ordinario & proprio Marte, eo non solum includit feudalem, sed & allodialem concessionem. Nam olim has dignitates Imperatores 446.
non solum in feudum conferebant, sed etiam ut haberent velut proprium allodium, & sic ordinario ac proprio Marte, hoc est, ut ordinarii essent, suoque proprio Jure Principis jura exercentes: & sic differunt a Magistratibus jure Principis non fulgentibus, utpote qui a Rege seu Imperatore & regalia habente fiunt, *c.* 1. *quæ sunt regal.* & sic non suo, sed alieno jure Magistratus sunt. Et hoc nihil dubitationis habet. At, cum Duces, Principes, Comites ac Barones, qui ab Imperatore Ducatus, Principatus, Comitatus & Baronias suas in feudum recognoscunt, non videantur suo proprio jure, sed alieno prorsum beneficio esse Magistratus & in dignitate tali constituti; inde disputat a *Numer.* 346. late, hæc etiam verba generaliter intelligenda, & ideo proprio jure censeri debere, quod hodie non sunt dignitates regales officii, & quidem temporales, sed successoria lege perpetuantur & transmittuntur. Quod cum etiam Comites & Barones faciant, non est dubium, hanc definitionem his etiam esse applicandam. Tum & illud hinc elicitur, ut hæc definitio nostro territorio, nostrisque Comitibus recte accommodetur, satis esse, quod vel in allodium olim, antequam fratres illi duo Johannes & Engelbertus eam Baroniam per fraternam divisionem feudali legi inter se subjecerint, hanc Baronalem dignitatem eorum majores habuerunt, procul dubio ab aliquo Imperatorum concessam. Quo ipso etiam probatum esse intelligitur, ipsos etiam, qua Barones in Vallendar, esse immediate Imperatori & Imperio subjectos & non mediate, & sic

sub

sub Archiepiscopo: cui etiam nullum subjectionis homagium unquam præstiterunt, nec nunc etiam præstare tenentur, infallibile superioritatis deficientis argumentum. Definitio itaque illa non probat, hanc Baroniam esse sub Archiepiscopi territoriali potestate, sed proprio potius Marte consistere: maxime cum Comites de Sayn in Wittgenstein indubitato sint Comites Imperii a nemine hactenus un-
447. quam exemti. Fallax quoque argumentum est; & quod facile nobis imponit, quod ab Etymologia sumitur, *arg. l. 2. l. urbana* 166. *ff. de verbor. significat.* maxime vero quando una eademque res diversas denominationes a personis, quibus competunt, admittit: uti hæc res, quæ **Lands-Obrigkeit** vocatur, fa-
448. cit. Nam **Landsfürstliche** non dicitur tantum & semper, sed tunc, quando aliquis Dux vel Princeps eam sibi vindicat, & sic a persona denominatur dominantis. Alias simpliciter vocatur **Land-Obrigkeit, hohe Obrigkeit**, & ita deinceps. Nihil ergo ex hac denominatione contra Comites pro Archiepiscopo assumi potest, per ea, quæ Nicol. Everhard. a Middelburg late distinguit & disputat *in dict. loc. ab Etymolog.*

Circa sextum nihil lubet jam disputare de hac distributione superioritatis, nihil etiam, an Archiepiscopo ex antiquo instituto sit ac competat jus diœcesani, sive jus & superioritas Episcopalis in hanc Baroniam ejusque Clericos & Monasteria? ea enim alterius loci
449. & temporis sunt, multumque a se invicem differunt jura ordinarii, & jura superioritatis, neque revera regalia sunt territorii jure com-
450. petentia, sed parochialia. Tantum hoc observandum est, quicquid ejus sit, hodie exstare constitutionem de pace religionis, quia ejusmodi Jurisdictio diœcesana in Principatibus, Ducatibus, Comitatibus & Baronatibus Protestantium est suspensa, maxime in his, quæ ad doctrinam, ceremonias & ministrorum ordinationes & consecrationes, & sic etiam ad visitationes pertinent. Quo jure facta reluitione, quin etiam Comites de Sayn in Wittgenstein etiam in hoc Baronatu suo gaudere & uti queant, nihil prohibet. Non constitutio, non observantia, non usitati mores, nec ratio constitutionis. Nam quæ autonomia disputat & occinit, ad communem omnium statuum Protestantium defensionem spectat: nec decet hanc litem nostram facere. Jus autem patronatus quin indesinenter rediturum sit in solidum, non est quod dubitetur, ut in resolutione primæ quæstionis vidimus. De seculari autem potestate ac superioritate respondemus, jam ex supradictis manifestum esse, hanc, facta reluitione, non posse amplius pro parte, vel in solidum ad Archiepiscopum pertinere, sed totam redire ad Comites. Nec quid ad rem facit, quod nunc est
451. in possessione: quia cum pignoris jure possideat, non sibi, nisi in securitatem, sed debitori ut Domino possidet. *L. secundum cum ibi annotat.* a DD. *ff. qui satisdar. cogunt. l. qui pignoris* 36. *l. seq. ff. de acquirend. possess. l. pignor.* 13. *ff. de usucap.* Ac sublato illius possessionis jure per reluitionem ipsam quoque tolli possessionem æquum est, eamque Comitibus restitui, *per dict. l. final. C. de luition. pignor. cum similib.* Nec quid prodesse potest in petitorio Judicio, utpote quæ sine causa est, & ad alium spectat, *l. final. C. unde vi, circa* **Land-Huldigung, die Folg auf Landtage**, & appellationes, consideretur, quod **Folge, hohe und tieffe, Herrschafft und Gerichte**, in specie ei sunt oppignorata, ut *sub Numer.* 14. & 15. videmus. Ideoque quicquid ejus factum est, tantum factum est intuitu & contemplatione hujus oppignorationis. Qua per solutionem sublata, redibunt ad Comites, nihil ejus mansurum apud Archiepiscopum, ad exemplum Jacobi Archiepiscopi, de quo supra. De collectis idem esto Judicium, eademque responsio. Atque hinc apparet, quod ea, quæ de uno vel pluribus actibus ad obtinendam possessionem superioritatis agunt, parum huc faciunt; cum causam possessionis suæ durante oppignoratione sibi Archiepiscopus mutare non potuerit, ne quidem quoad illos actus, *per dict. l. 3. §. illud quoque ff. de acquirend. possess. dict. l. certe* 6. *§. Julianus ait. ff. de precariis*, in præjudicium & damnum Comitum:
452. id enim æquitas & honestatis disciplina non permittit, juxta notissimam juris regulam in *dict. L. nemo potest.* 75. *ff. de regul. jur.* ubi Papinianus, nemo, inquit, potest mutare consilium suum in alterius injuriam, & in *L. non debet.* 74. *eodem.* Non debet, inquit, alteri per alterum iniqua conditio inferri. Utrumque autem hic fieret, si actus illos, quos exercuit ipse ejusque antecessores, eo extendere velit, ac si non jure pignoris & revocabilis emtionis, sed quo alio jure exercuisset, ex quo non ostendit, nec ostendere potest alium legitimum titulum, & quidem oppignoratione antiquiorem, atque actus, qui etiam oppignorationem longe præcesserint. Quibus non ostensis præsumendum omnino est, actus istos sequentes factos esse omnes intuitu tituli illius præcedentis oppignorationis, Hippolyt. Riminald. *consil.* 556. *numer.* 134. 135. quia a primordio tituli posterior formatur eventus, *L. 1. C. de impon. lucra. descript. lib.* 10. Riminald. *dict. cons.* 556. *num.* 134. *in fin.* Etsi itaque magnum sit commodum 453.
possessio: si tamen eo commodo uti quis velit cum damno & jactura ejus, cui amplius obstare non debet, alienum esset ejus commodum a fonte charitatis, ex quo fluit illud: quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris: quod prohibitum est jure divino: Jas. *consil.* 144. *num.* 18. *volum.* 2. quia charitas est fundamentum 454.
omnium virtutum, & exclusiva vitiorum, *C. charitas de pœnitent. distinct.* 2. Et quod 455.
est alienum a charitate, sapit peccatum, ac consequenter est inhibitum. Jas. *dict. consil.* 144. *num.* 18. *vol.* 2.

Septimum removetur *per Num.* 4. 7. 9. 10. in quibus Engelbertus & Gottfridus, pater & filius, se Dominos in Vallendar appellant, & appellari permiserunt ac voluerunt, nec dubitatur, ejus generis plura, si opus sit, proferri posse. Sed & extat Instrumentum quoddam, quo Salentinus de Sayn, primus Comes in Wittgenstein, se appellat Dominum in Homburg & Vallendar. Quanquam autem non negetur, post Salentinum raro inveniri, quod hoc titulo usi sint, acquisito jam Comitatu Wittgensteinensi; deposuisse tamen penitus aut se exuisse, statuendum non est, manente adhuc sigillo Scabinorum Vallendariensium, *sub Num.* 34. quod est Comitum in Sayn insigne, quod Marcellus & Marcellinus, patroni illius Ecclesiæ, sustinere ac gerere videntur: quo indicatur & origo hujus Baroniæ, & continuatio possessionis jure dominationis superioris, & titulus possessionis, & quod eodem titulo, eademque dignitate possidetur ab Engelberto ejusque posteritate, qua majores eorum possiderunt. Neque rarum est, ut non omnes ditiones in titulis sibi adscribi patiantur majores Domini; nec tamen propterea deponant animum habendi jure superioritatis. Potest præterea hæc causa esse, cur post Salentinum nemo successorum hoc titulo usus sit, & paulatim ipse etiam Salentinus omiserit: quia hic Cunoni Archiepiscopo, mox **Dietherichen zu Runckel** genero conatus est oppignorare. Illi vero Johannes Comes in Wittgenstein pignori pro majore parte & dedit, & Saynensis permisit esse pignori Archiepiscopo. Facta autem redemtione, nihil prohibet etiam hoc titulo uti.

456. Quod octavo ex Matth. de Afflict. Carol. Molin. Curt. Jun. & Fulv. Pacian. *dict. c.* 37. *num.* 1. 5. 6. 7. *& seqq.* proferri potest, verum quoque esse potest in Regno Neapolitano, Gallia & aliis Regnis, quod & Mart. Frecc. *lib.* 2. *de feud. ubi de Com. & de Baron. agit,* indicat: Secus autem est in Germania, ut supra ex Andr. Knich. *dict. c.* 1. *&* 3. ac passim tum ex Henric. Rosenth. *de feud. c.* 2. *concluss.* 1. *num.* 4. 5. 6. *tam in text. quam gloss. lit. F.* & aliis
457. indicatur. Qua in re consuetudinem cujusque regionis ac populi inspiciendam esse monet Fulv. Pacian. *dict. c.* 37. *num.* 8. *vers. verum licet.* Negatur itaque vis & consequentia argumenti, quod superioritas est regale quid, cujus Comites de Sayn non sint capaces. Quin potius dicendum est: Imo Comites ejus non solum sunt capaces, cum nullo jure prohibeantur superioritatem exercere, sed ipso actu et-
458. iam habere. Quod enim in eis non ostenditur jure mutatum, cur stare prohibetur? *l. sancimus. C. de testam. l. præcipimus, in fin. C. de appellat.* Quid ergo opus est Archiepiscopi superioritate, quando jam subditi superiorem, eumque Imperatori immediate subjectum habeant?

Ad nonum respondetur, primo hoc laborare insufficiente partium enumeratione: idque ex superioribus liquere. Nam ut quis regalem dignitatem habeat, & Comitatum vel Baroniam superioritatis jure regali possideat, non semper necesse est, quod ab Imperatore, vel quo alio, superiorem non recognoscente, in feudum acceperit, sed satis est, quod ipse vel aliquis majorum ejus ab Imperatore vel superiorem non recognoscente cum territorii jure ac sublimitate in Comitatum, vel Baroniam, aut Principatum erectum, in allodium suum acceperit vel habeat: ut Münster. & alii de origine Principum Germaniæ scribunt, & exempla infinita ostendunt. Hanc autem Baroniam majores Comitum in allodium suum ab aliquo Imperatorum consecuti sunt: Cum solius sit Imperatoris vel Regis, jus territorii dare, & in Comitatum vel Baroniam erigere. Hoc autem allodium suum possunt, qui consecuti sunt, cum regalibus suis ibi habentibus, alii Principi, etiam inferiori, vel sibi pari cedere & ab eodem in feudum accipere, ut hoc 459.
nostro casu evenit: nec propterea semel acquisita illa dignitas, potestas & jurisdictio interit, sed salva manet: quo pertinet, quod Rosenth. *dict. c.* 2. *concluss.* 1. *num.* 4. 5. 6. docet. Itaque licet ab Imperatore hoc feudum non recognoscant, sed ab Archiepiscopo: propterea tamen non debent carere semel quæsita illa dignitate regali, & superioritate territoriali, quam ex allodiali fecerunt feudalem. Revera 460.
igitur unica nota est regalis districtus sive territorii, regalem superioritatem annexam habentis, quod dignitate illa semel ab aliquo Imperatorum est insignitus, nec ea rursum ex causa exutus: sicuti non regalis districtus contra est, qui regia dignitate est expers, *per d. c.* 1. *de feud. March. c.* 1. *quis dicatur Dux.* At Vallendar, cum sit **eine Herrschafft**, & quidem antiquissimo Jure, procul dubio dignitate re- 461.
gali expers non est. Nam Barones æquiparantur Comitibus, maxime in Germania, ubi regalem dignitatem obtinent. Ludolph. Schrader. *de feud. p.* 10. *sect.* 1. *num.* 23. post Zas. *de feud. p.* 5. *num.* 29. Frider. Schenck a Tautenb. *ad c.* 1. *quis dic. Dux.* Hieron. Schurff. 462.
consil. 66. *cent.* 1. Et Baronia per se est dignitas, Bald. *ad c. innotuit, numer.* 18. *ext. de elect. & quidem magna,* Ludolph. Schrad. *dict. sect.* 1. *num.* 24. Frideric. Schenck. a Tautenb. *ad dict. c.* 1. *quis dicatur Dux.* comprehendens generalitate sua sub se Marchiones, Duces & Comites, secundum Matth. de Afflict. 463.
c. 1. *num.* 1. *de his qui feud. dar. poss. & ad c.* 1. *quis dic. Dux.* Inprimis vero pares sunt Principibus inferioribus, regalem dignitatem perpetuam ad hæredes transitoriam habentibus, Ludolph. Schrader. *dict. sect.* 1. *numer.* 25. 27. 28. 29. 30. Majestatemque inter suos habere dicuntur, & omnibus privilegiis Imperatorum gaudere, Schrader. *dict. sect.* 1. *num.* 33. Re- 464.
gale igitur territorium est, etiamsi hodie recognoscatur ab eo, qui superiorem agnoscit, secundum Rosenthalium *dict. c.* 2. *concluss.* 1. *numer.* 4. 5. 6. Nec interest, quibus verbis aut clausulis Comites ab Archiepiscopis soleant investiri: cum ex supra dictis & confessione Archiepiscoporum, tum ex documentis, *N.* 11. 12. 14. 15. item *N.* 1. 4. 5. *&* 7. aliisque constet,

constet, quod eo loci regalia habent, quæ & una cum semisse Archiepiscopo pignori dederunt, & nunc liberant. Atque hinc etiam apparet, frustra huc adduci, quod Andr. Knich. *de sublim. territ. jur. c.* 1. *n.* 311. scribit.
465. Quin etiam quod juris est in his, qui investiti sunt de jure superioritatis, illud etiam juris est in his, qui territorium cum Baronali, & sic superioritate territoriali in proprium allodium antiquitus habent, cum plus sit in hoc jus allodii proprii titulo ac Jure possidere & exercere, quam titulo feudi seu investituræ, *C.* 1. *de allod.* ac ideo, ubi par, imo major ratio est, merito jus idem locum inveniet, *d. l. illud* 32. *ff. ad l. Aquil.* Antiquitus autem hæc Baronia allodium erat Comitum proprium, nunc feudum Trevirense tantummodo ex libe-
466. ra cessione, quæ tamen ita interpretanda, ut ne nimium videantur Comites se suo jure, dignitate ac potestate exuisse, *per d. L. semper in stipulationibus. L. semper in obscuris. de reg. jur. cum similib.* Deinde procedit hoc, si noviter usurpent, secus si in antiquissima, ut hoc casu, possessione, & tot indicia & instrumenta de jure Baronum ac Comitum testantia
467. pro se habent. Nam vel sola præscriptione ejus temporis, cujus initii non extat memoria, & quæ tam anno 1294. quam anno 1386. & 1392. jam dudum fuit completa, se tueri possent adversus ejusmodi objectionem, *per C. super quibusdam. §. præterea. ubi gloss. & interpp. ext. de verb. signif.* Felin. *ad C. cum non liceat. ext. de præscript.* Aym. Cravet. *de antiq. tempor. part.* 4. §. *materia ista n.* 73. *n.* 14. Bart. *in l. si publicanus. §. in omnibus. ff. de publican. & vectig.* Bald. *ad c.* 1. *n.* 3. *&* 4. *quæ sunt regal.* Henning. Goed. *cons.* 3. *n.* 24. Joh. Borch. *ad c.* 1. *quæ sunt regal. n.* 15. Joh. Lavar. *cons.* 34. *n.* 9. Idque hoc casu eo magis, quod Comites de Sayn non sunt homines privati, sed etiam ut Comites regali dignitate insigniti, ac regalium capaces, qui semper hanc Baroniam ut Baroniam, **als eine Herrschafft** possederunt, & jure allodii usque ad annum 1386. sibi asseruerunt, nisi quod Engelbertus ejusque posteritas a fratre & agnatis suis in feudum ex pacto recognoverunt.

Qua consideratione etiam decima objectio, & si quæ alia ei similis adferri potest, remo-
468. vetur. Siquidem regula illa, ut plures alias recipit limitationes: ita etiam hanc, quæ est de præscriptione & immemorialis temporis possessione, teste Johan. Anton. Lavar. *d. cons.* 34. *n.* 9. *&* *n.* 2. 3. *&* *seq.* qui respondet, quando concedens (territorialem scilicet dignitatem) post concessionem passus est regalia possideri a cessionario: quia scientia cum patientia longi temporis declarationem concessionis inducit: ita limitando, inquit, prædictam regulam Rom. *cons.* 271. Cuma. *cons.* 162. *n.* 4. responderunt: idque minime mi-
469. rum censet, cum privilegium interpretetur ex usu, Anton. de Butr. *ad C. si diligenti. in fin. extr. de præscript.* Joh. Anton. Lavar. *d. cons.* 34. *n.* 3. Quid? quod si in concessione sunt expressa aliqua regalia, tunc verba generalia sequentia comprehendunt alia regalia expressis similia, Joh. Anton. Lavar. *d. cons.* 34. *n.* 5. expressa autem antiquitus fuisse, & etiam nunc exprimi, vel certe pro expressis haberi in his investituris, **Herrschafft, Gericht, hohe und tieffe, Wege, Stege, Strassen, Wälde, Banne, Folge** &c. ex his, quæ *sub Num.* 11. 12. 14. 15. 1. habentur, apertum est. Quæ omnia constat esse regalia & superioritatem sapere. Itaque & reliqua ejusdem generis sub clausula generali comprehensa intelligentur. Atqxe ita multiplex limitatio ejus regulæ locum hic invenit. Nec ab his limitationibus regulæ abhorrent Lofred. *in d. c.* 1. *de feud. defunct. milit.* & Nicol. Boër. *d. decis.* 50. *n.* 11. 12. *&* 13. Deinde etiam hæc concedi potest, quoad superioritatem supremi Principis, at non par ratio reliquorum. Ac denique Archiepiscopus in hanc ditionem ante Johannis Comitis cessionem prorsum nihil juris in ipsam ditionem habuit, & sic subjectum habile ejus regulæ hic non datur. Nec potuit etiam jus, jam olim Engelberto & posteritati ejus acquisitum, ipsis auferre, & in Archiepiscopos absque ipsorum facto transferre, *d. L. quod nostrum est, cum ibi annotat.* a Dec. & Cagnol. *ff. de reg. jur.* Negatur porro, verum perpetuum- 470.
que esse, quod vox aliqua, quæ & in genere & in specie accipi potest, semper in specie accipienda sit, quia hæc sit potentior significatio. Contrarium supra probatum est, si in favorabilibus & non in odiosis versemur. In-
primis autem in quæstione de jurisdictione 471.
concessa, vox Jurisdictio, *sive* **Gerichte**, in genere, non in specie accipienda est, teste Wesenb. *cons.* 95. *n.* 19. 20. 21. 22. ubi rejicit ea, quæ *Num.* 12. *&* 13. in diversam partem movit: & secundum supra dictam distinctionem inter favorabilia & odiosa intelligendum est, quod Roland. a Valle *d. cons.* 42. *n.* 11. *vol.* 2. respondet, qui ipsemet *ibid. n.* 37. 38. 39. 40. *&* 41. contra Bald. *in C. quanto ext. de judic.* tenet, Jurisdictionem in genere de omni omnino interpretari oportere: & quod ex Bart. *in d. l. hoc legatum. de legat.* 3. *ante sub Num.* 11. adduxerat *d. n.* 40. *&* *seq.* dicit non procedere proprietate verborum inspecta, sed ex mente testatoris, ut est casus *in L. inter vestem. ff. de aur. & argent. legat.* At nos hic loquimur de casu, in quo attenditur non solum proprietas verborum, ubi venit totum illud, quod comprehenditur sub genere, sed etiam large interpretatur. Rursum *Num.* 42. negat, regulam *in d. l. hoc legatum* locum habere in contractibus, sed tantum in odiosis hominum dispositionibus.

Denique dubium omne removetur per 472.
verba, **hohe und tieffe**, quibus verbis tam suprema, quam media & infima Jurisdictio & potestas exprimitur, ut supra demonstravimus, & consentit Andr. Knichen. *d. c.* 1. *n.* 210. *de sublim. territ. jur.*

Undecimum eadem ratione evertitur, eo- 473.
que magis quod retorqueri potest, quia ex eo, quod hæc Baronia antiquitus allodii jure Comitum fuit, & tota Engelberto ejusque po-

steritati cessa est, qui ex pacto eam a fratre in feudum recognovit, recte infertur, quod Engelbertus superioritatem Baroniæ, quam partim hæreditario, partim cessionis titulo totam consecutus erat, per feudalem illam recogni-
474. tionem a se non abdicavit: quia in dubio eligenda est illa interpretatio, quæ minimum obligat & promissori minus nocet, *per d. l. semper in stipulationibus & d. l. semper in obscuris. ff. de reg. jur.* Noceret autem nimium, si usque eo hæc porrigenda, ut per feudalem illam recognitionem superioritatis jure penitus exutus censeri debeat Engelbertus & ejus posteritas, idque in Johannem, mox a nepote ejus in Balduinum vel Cunonem Archi-Præsulem translatum, itaque interpretatio eo porrigenda non est, Andr. Knichen. *d. c. 1. n. 205.*

475. Duodecimum pari modo in Archiepiscopum pro Comitibus converti potest: quoniam certum est jus superioritatis territorialis inhærere & cohærere ipsi territorio ac fundo passive, licet active sit in Magistratu, Principe, Comite & Barone. Nicol. Boër. *d. decis. 50. n. 11.* ex Bald. *ad c. 1. col. 3. vers. sic eramus. de allod. & in c. 1. §. fin. vers. secus puto, quib. mod. feud. amitt. & in d. l. 1. §. cum urbem. ff. de offic. præfect. urb.* sineque territorio jura ejusmodi possideri nequeunt, Andr. Knich. *de sublim. territ. jur. c. 1. n. 195. & n. 231.* ubi dicit: *Sine territorio ejusmodi regalia & jurisdictiones subsistere nequeunt, non secus ac servitus sine prædio: & de jur. Duc.*
476. *Saxon. fol. 102.* ait, *quod nemo meretur nominari Dux, Princeps (Comes vel Baro) ratione Principalis dignitatis, puta* **der Lands-Fürstlichen Obrigkeit**, *formaliter & active, materialiter vero & active tanquam nebula super Paludem cohæret territorio cum universali Jurisdictione & juribus.* Non ergo admittitur, superioritatem esse jurisdictionem tantummodo personæ inhærentem & cohærentem: cum indubitatum sit, eam a territorio ut materiali suo subjecto separari non posse.

477. Decimi tertii varia fallacia est: Nam quod Comites in Sayn & Witgenstein, tum etiam subditi Vallendarenses. Archiepiscopum compellant hoc honorabili titulo, **gnädigster Herr**, non fit, quia sint ipsi subditi: sed honoris & observantiæ causa, ut non solum plures vicini Comites, Barones & privati homines etiam remotissimi ad ipsum scribentes faciunt, in quos tamen ne gry quidem ullius Imperii habeat. Hoc ergo, quod fit secundum quid, simpliciter accipi non debet: & quæ compellatio fit honoris ergo, non debet ad alium effectum trahi, contra agentium & ita compellantium intentionem, *per d. l. non omnis ff. de reb. cred. si cert. pet. cum similib. supra allegatis.* Deinde moris est, quod Electores aliosque Principes & Comites non solum subditi eorum, sed & quilibet alii ipsis inferiores, soleant compellare hoc dignationis
478. titulo, **gnädigster, gnädiger** &c. Quod autem more & longævo usu certam habet interpretationem, mutari non debet, sed ita intelligi, ut usu moreque longævo probatum est, *per L. si de interpretatione ff. de legib.* Præterea si forte incolæ Baroniæ Vallendar Archiepiscopum non tantum appellitant **gnädigsten Herrn**, sed insuper etiam se ipsius obedientes subditos, **gehorsamste Unterthanen**, 479.
nuncupent (quod unicum **gehorsamste, gehorsam**, tantum subjectionis nota est, & tantummodo a subditis scribitur ac dicitur, non etiam a cæteris, nequidem a Vasallis, nisi simul etiam domicilii jure subditi sint, sed solummodo se appellitant **getreue**, item **mit getreuem Fleiß**, Andr. Gail. *de arrest. c. 7. n. 11. & seqq.*) hoc durante oppignoratione haud immerito faciunt. Cum Juramento subjectionis ei uti Domino pignoris obligati sint, 480.
& sic revera ei subditi interim, donec reluitio solida fiat, ut in simili dicitur *in L. qui scit. §. fin. ff. de usur.* Nulla itaque hic ostendi potest confessio, quæ præjudicium generare Comitibus possit.

Decimum quartum per Inspectionem Instrumentorum refutatur. Et licet interdum forte tantummodo castri, villæ & pagorum mentio fiat, *ut Num. 2. 1. & Num. 2. 2.* in cæteris tamen additur **Herrschafft und Gericht, hohe und tieffe** &c. & sic quod uno loco imperfectius dicitur, in altero ejusdem Instrumenti suppletur. Imo contextus continuus est *Num. 11. 14. 15.* aliisque similibus
locis. Neque hæc, quæ conjungenda sunt, 481.
separari debent, *L. lines 15. ff. de actionib. empt. cum simil.* Negatur itemque per enumerationem illam particularem, **Burg, Dorff, Herrschafft, Gericht, hohe und tieffe** &c. probari, non universitatem rerum, sed particularem rerum particularium concessionem describi. Omnia enim illa eo spectant, ut territorii jus ac superioritatem describant, de qua re plura sunt ante dicta. Ideoque nihil faciunt ad hanc causam, quæ Wehnerus & alii scribunt *de Centenica & Voitheica jurisdictione &c.* **von Land-Gütern,** *& ejus generis aliis*, reperiuntur in Symphoremate, Andr. Gail. Andr. Knichen, Wehner. &c.

Circa decimum quintum notandum est in- 482.
signe discrimen, quod inter hanc *Baroniam* & *Neumagen* intercedit. Nam (1) hæc Baronia allodii jure erat origine sua propria Comitum: **Newmagen** origine erat allodium Archiepiscopatus. Baroniam (2) Vallendar in feudum nacti non sunt Comites gratia & beneficio Electorum Archiepiscoporum, sed quicquid juris in ea consecuti sunt Archiepiscopi: id habent ex sæpe dicta Saynensi cessione: At **Newmagen** in feudum habent Comites gratia & benignitate Archiepiscopi. Vallendar (3) revera non includitur finibus territorii Trevirensis, **Newmagen** contra penitus intra fines ejus continetur. De Vallendar (4) propter antiquissimam ejus dignitatem & qualitatem Baroniæ præsumptio est, omnem ejus dignitatem ab aliquo Imperatore vel Rege Romano proficisci: Non ita etiam Neumagen. Sunt & aliæ insignes differentiæ, quæ dissimilitudinem ingentem probant, nec patiun-

tiuntur, hic idem jus ſtatui, quod ibi ſtatutum eſt, per ea quæ ſcribit de fallentiis & limitationibus. Itemque declarationibus argumenti a pari, a ſimili, a proportione, Everhard. a Middelburg in allegatis *locis legalibus*. Nec enim par eſt hic potentiæ cauſa, nulla in radice & cauſa convenientia, nulla æquitatis paritas. Exemplum plane diſpar, diſſimilitudo magna. Nihil igitur huc faciunt, quæ de ſimili & exemplo adduci queunt. Quin potius hic audiamus illud: diverſitas rei & cauſæ diverſitatem juris: & facti diverſitas diverſitatem deciſionis deſiderat, Joſ. Lud. *deciſ. Luc.* 44. *n.* 61. *&* 612. Menoch. *conſ.* 50. *n.* 2. Mynſ. *reſp.* 99. *n.* 3. 4. 5. *cent.* 1. Denique quicquid ejus eſt, hoc circa Newmagen transactione ſopitum eſt: ideoque ad conſequentiam non trahendum, *L. jubemus. C. ad SC. Vellej. l. ſi unus* §. *ante omnia ff. de pact. l. ſi de certa.* 31. *C. de tranſact.*

Ad decimum ſextum ex ſuperioribus aperta eſt reſponſio: nempe hoc non concedi, quod Archiepiſcopus Elector Trevirenſis in hoc diſtrictu & loco ab Imperatore habeat ſummam & regalem poteſtatem: Contrarium enim liquido monſtratum eſt; & cum Comites ultra trecentos, quadringentos vel quingentos annos hanc terram titulo Baroniæ initio allodialis, poſt ex conventione & ceſſione feudali, ac natura ea ſit Baroniarum, ut a nemine, quam Imperatore vel Rege, conſtitutæ ac conceſſæ ſint; per ea de quibus ſupra;
483. utique hoc immemoriale tempus & inde reſultans præſumptio juris, *c.* 1. *de præſc. in* 6. & ibi Dd. Matthæ. de Afflict. *deciſ. Neap.* 239. *in fin.* Bal. *in C. ſi diligenti. in fin. ext. de præſcr.* Roland. a Valle *conſ.* 3. *n.* 95. *vol.* 1. *conſ.* 89. *n.* 17. *vol.* 2. Mynſ. *cent.* 1. *obſ.* 71.
484. pro ſpeciali conceſſione eſt. Poſſeſſio quippe antiqua effectum publici Inſtrumenti, privilegii & conſtitutionis ſeu legis habet, Matthæ. de Afflict. *d. deciſ.* 239. *circ. fin.* Roland. a Valle *d. conſ.* 3. *n.* 96. 97. 107. *vol.* 1. *d. conſ.* 89. *n.* 17. *vol.* 2. & juſtitiam permanentem. Roland. a Valle *d. conſ.* 3. *n.* 96. poſt Bald. *ad c.* 1. §. *cum autem de controv. inveſtit.* Et qui eam pro ſe habet, fundatam habet intentionem, dato, quod aliud privilegium non oſtendat. Ang. *ad L. hoc jure.* §. *ductus aquæ ff. de aqu. pluv. arcend.* Dec. *conſ.* 85. *col.* 2. Ripa *ad C. decernimus n.* 133. *ext. de judic.*
485. Ideoque poſſeſſor regalium per ſpatium immemoriale cogi non poteſt per ſuum dominum ad oſtendendum titulum ſuæ poſſeſſionis. Matthæus de Affl. *ad c.* 1. §. *illud n.* 32. *de prohib. feud. alien.* per Frid. quia per ſpatium tanti temporis, cujus memoria non extat, præſumuntur conceſſa etiam ea, quæ ſunt reſervata ſupremo principi in ſignum ſupremæ poteſtatis, *d. C. ſuper quibusdam* §. *præterea extr. de verbor. ſignific. ad L. hoc jure.* §. *ductus aquæ. ff. de aqu. pluv. arcend.* Paris. *conſ.* 114. *n.* 1. *conſ.* 111. *n.* 45. *vol.* 1. *conſ.* 13. *n.* 13. *vol.* 4. Rol. a Valle *d. conſ.* 89. *n.* 16. *vol.* 2. *ubi n.*
486. 17. Et dicta vetuſtas, inquit, tanti temporis tantum poteſt, quantum Imperator, cum cauſa, ex Iſern. *ad c.* 1. *in verb. flumina pu-*
blica colum. 3. *quæ ſunt regal.* Nec ad rem facit, Archiepiſcopum jam ultra centum vel ducentos annos in poſſeſſione eſſe regalium & ſuperioritatis illius loci. Nam non eſt hoc 487.
tempus immemoriale, quando de ejus principio conſtat ex producendis Inſtrumentis, *ſub N.* 2. 11. 12. 13. 14. *&* 15. Quibus probatur, memoriam rei illius extare: Ut ideo immemorialis poſſeſſio dici non mereatur, ſicut aperte docet Philipp. Franc. *ad cap.* 1. *num.* 15. *de præſcript. in* 6. & reſpondet Weſenb. *conſil.* 12. *n.* 36.

Deinde poſſeſſionem antiquiorem probans 488.
debet obtinere: Weſenb. *conſil.* 6. *n.* 61. *conſil.* 18. *n.* 11. quia alterius recentior præſumitur vitioſa; Bald. *ad l. penult. num.* 15. *C. ſi de momentan. poſſeſſ.* Weſenb. *d. conſil.* 18. *n.* 11. *conſil.* 21. *n.* 24. *per C. licet cauſam. ubi Canon. extr. de probat. cap. fin. de reſtitut. ſpoliat. in* 6. Ut & tunc, quando alter probat titulum juſtiorem, & melius coloratum. Jaſon *ad l. naturaliter.* §. *nihil commune n.* 39. *ff. de acquir. poſſeſſ.* Bald. *in c. cum Eccleſia Sutrina. n.* 10. *extr. de cauſ. poſſeſſ. & propriet.* Conſtat autem, titulum Archiepiſcopi oppignorationis ſive emptionis cum pacto de retrovendendo, quandocunque placuerit, non eſſe idoneum ad præſcriptionem propter malam fidem, *cap. final. extr. de præſcript.* ut ſupra pluribus: Et quod inſtar creditoris eſt, *per leg.* 2. 489.
codic. de pact. inter emptorem & vendit. cum ibi annotat. qui præſcribere non poteſt adverſus debitorem, ut eſt magis recepta ſententia, in Camera Imperiali præjudiciis multis approbata, Mynſing. *cent.* 1. *obſ.* 16. Andr. Gail. 2. *pract. obſ.* 18. *n.* 3. 4. 5. *& ſeqq.* Negatur etiam, neceſſe eſſe, ut oſtendatur, Comites ab Archiepiſcopo Trevirenſi hoc ſuperioritatis jus nactos eſſe per præſcriptionem, aut privilegium, vel conceſſionem: quando conſtat, jam olim nihil juris in hanc ditionem Archiepiſcopos & Capitulum habuiſſe; ſed quicquid ejus nunc habent, nactos eſſe a Comitibus in Sayn, mediante aut ceſſione directi dominii, quod Johanni Comiti pacto reſtitutum erat, *Num.* 2. 1. *&* 2. 2. aut oppignoratione, *Num.* 14. *&* 15. 1. atque ita etiam per ſe dilabuntur, quæ de vi negativæ adduci queunt.

Sed & ex his ipſo primo afflatu diſperit de- 490.
cimum ſeptimum: Si enim nihil, quod Archiepiſcopi & Capituli fuit, alienatum fuerit in Comites, ſed quicquid juris habent, hoc acquiſiverint ab ipſismet Comitibus, & ſic verſantur Archiepiſcopus & Capitulum in terminis acquiſitionis rei alienæ, non alienationis rei propriæ. Jura, quæ de ſolennibus & cauſis alienationum rei Eccleſiaſticæ agunt, fruſtra hic adducuntur. Neque de novo facta eſt illa inveſtitura, quam Comites ab Archiepiſcopo & Capitulo habent, ſed antiqua eſt, quam Johannes Comes in Sayn fratri Engelberto primum fecerat: ad quam oportuit per omnia reſpondere & regulari eam, quam Salentinus poſt factam a Johanne ceſſionem ſui juris ab Archiepiſcopo accipere deinceps debebat, ut eſt *ſub Num.* 17. Non enim plus juris ad Archiepiſcopum & Capitulum transferre potuit, quam ipſe habuit, *L. nemo*

plus

491. *plus juris. ff. de reg. jur. cum similib.* Neque invito Salentino a novo hoc Domino paternum, imo antiquum, quia avitum, feudum mutari debuit. Bart. *ad l. quod dicitur, n.* 9. *ff. de impens. in rem dotal. fact.* Bald. *ad L.* 1. *quæst.* 15. *ff. de rer. divis.* Menoch. *consil.* 54. *num.* 47.

492. Sed intelligitur facta secundum naturam & tenorem primæ, Menoch. *consil.* 1. *n.* 125. *& de præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.* 92. *n.* 5. adeo ut si quid in præjudicium Vasalli mutatum reperiatur, hoc non consistat, utpote metu vel errore mutatum, Bald. *ad c.* 1. *qual. vasall. jur. deb.* Ludolph. Schrader. *de feud. part.* 6. *n.* 4. *n.* 43. Sylvan. *de feud. recog. quæst.* 38. *n.* 3. aut per injuriam, Laudens. *ad d. c.* 1. *n.* 3. *qual. vasall. jur. deb.* Idque etiam hanc rationem habet, quod invito jus quæsitum auferri vel mutari non debet: & quod est *in L. nemo potest ff. de regul. jur.*

493. Quod adeo verum esse Socin. *cons.* 10. *inter feudal.* Albert. Brun. *n.* 10. *&* 17. censet, ut, si per transactionem ad novum Dominum jus investiendi perveniat, concessio tamen ejus secundum priorem investituram explicari & intelligi debeat: Cui convenit, quod Menoch. *consil.* 1. *n.* 124. respondit. Cum itaque ad id capitulum, adeoque Archiepiscopus Wernherus ipso jure fuerit obligatus, ne melioris esset conditionis, quam Author ejus, nullis solennitatibus ad hanc investituram faciendam opus fuit: nec requiruntur in alienari & investiri solitis, *C. fin. extr. de feud.* Castrens. *ad l. etiam ff. de minorib.* Rot. Roman. *in noviss. novissimar. decis. part.* 3. *lib.* 3.

494. *decis.* 622. *n.* 10. Pro regula quippe traditur, ea quæ absque certa solennitate ab initio alienari prohibentur, semel alienata cum debita solennitate perpetuo esse alienabilia, etiam non adhibita solennitate. Bartol. *ad L. pater.* 36. §. *quindecim. per illum text. ff. de administr. tutor. & ad L. filiusfamil.* 117. §. *divi. n.* 9. ibid. Jason. *n.* 56. *ff. de legat.* 1. Tiber. Decian. *Respons.* 9. *n.* 73. *vol.* 2. *respons.* 33. *n.* 42. *vol.* 1. Ludolph. Schrader. *de feud. part.* 7. *c.* 2. *n.* 30. *&* 32. *per L.* 1. §. *si pupillus. l. si pupillorum.* 7. §. *si pupillus. ff. de reb. eor. qui sub tutel. L.* 2. *C. si adverss. venditor. pign. l.* 2. *C. de præd. minor.* Burgat. *cons.* 4. *n.* 27. *Symphorem. Camer, tom.* 4. *part.* 1. *vot.* 9. *n.* 78. *fol.* 63.

Decimi octavi refutatio ex superioribus manifesta est, ubi perspicue ostensum est, non nudum Castrum & Villam cum ducentarum marcarum reditibus, per divisionem & subsecutam investituram ad Engelbertum ejusque posteros pervenisse, sed cum omnibus suis juribus, qualitatibus, accessionibus & pertinentiis: adeoque etiam cum jure superioritatis: tum (1) quod Engelbertus cohæres erat, & sic jus radicatum proprio Marte (ut loquitur Andr. Knichen) in sua persona habebat: tum (2) quod æqualitas servanda: tum (3) quod Vallendar & Homburg æqualiter determinantur: tum (4) quod creditur minus sibi nocere & minus quantum maxime potuerit, se obligare voluit: tum (5) quod sola in feudum recognitio non parit subjectionem, nisi quoad feudum. Rosenth. *de feud. cap.* 5. *concluss.* 69. *n.* 5. *in gloss. Lit. H. & concluss.* 78. *n.* 4. 5. 6. *& seq.* nisi forte feudum in concedentis territorio situm sit. Rosenthal. *d. concluss.* 78. *n.* 6. tum (6) quod observantia contractum interpretatur, quæ probatur ex confirmatione privilegiorum, ex salvis conductis, protectione, aliisque actibus superioritatem arguentibus: tum (7) etiam ex Documentis *sub. Num.* 11. 12. 13. 14. 15. quæ ipsa etiam Judicium vehemens suggerunt, nullam prætendi posse investituræ mutationem ex parte Trevirensium: quin potius recentiores prioribus per omnia respondere ac paria esse, credendum est propter Instrumentum *sub Num.* 11. *&* 12. quibus etiam omnis error removetur, ut per instrumentum *Num.* 14. *&* 15. Neque ex adverso metus vel error probatur, quo effectum sit, ut aliter posteriores investituræ conceptæ. Et certe metum Archiepiscopo a Comitibus illatum esse, religio illius temporis, tum & historia & potentia Archiepiscoporum, & Balduini Archiepiscopi terror præsumere prohibet, ut apud Kyriandrum Historicum Trevirensem videre est. Quin potius Comites in Sayn multa sustinere coacti sunt. Error ideo non docetur: Quia Instrumenta *sub Num.* 11. 12. 14. 15. 495.
vetant & impediunt probare, rem aliter se habere, a contrario sensu eorum, quæ de probando errore scribunt Baldus *in leg. cum falsa. n.* 5. *C. de jur. & fact. ignorant.* Jacobin. de S. Georg. *in investitur. sua, verb. dictique Vasalli promiserunt recognoscere. num.* 21. 27. Alexand. *consil.* 113. *n.* 1. 3. 5. *lib.* 1. Francisc. Balb. *de præscription. part.* 1. *part.* 3. *princip. quæst.* 10. *n.* 26. sed potius a primordio tituli posterior formatur eventus, *d. L. unic. Cod. de imponend. lucrat. descript. libr.* 10. Et sic investituræ Trevirenses non possunt aliter videri conceptæ, quam oportuit, & antiquitus factum fuit. Proinde quod de mutatione investituræ adfertur, verum est quoad Vasallum ejusque agnatos & posteros; at non æque quoad Dominum feudi, usque adeo, ut, si is quid 496.
mutaverit Vasallo utile & commodum, hoc ei etiam absenti prosit, ejusque agnatis, Rosenth. *de feud. C.* 6. *concluss.* 69. *n.* 22. 23. 24. *& seqq.* ubi hoc autoritatibus & rationibus confirmat.

Ad decimum nonum respondetur, quod obscurum videri potest, an anno 1340. Johannes, Comes in Sayn, jus suum investiendi Engelbertum ejusque filios & nepotes de hac Baronia Balduino Archiepiscopo cesserit, idemque ab eodem statim in feudum receperit, una cum Jure Archiepiscopi, quod habuit in hominibus, decimis & reditibus quibusdam, tum *in Vallendar*, tum *in Maxsein & Selters*, cesserit Archiepiscopo hac lege, ut in feudum ab eodem reciperet, non autem jus investiendi Engelbertum ejusque liberos? Sed utut sit, nihil superioritatis Archiepiscopo, invito Engelberto & Salentino, Comitibus de Sayn, & Dominis in Vallendar, hac cessione accedere potuit, quando hæc jam ante fuerit

Engel-

Engelberti, ejusque poſterioritatis, per ea quæ hactenus in utramque partem ſunt ventilata. Tantum hoc certum eſt, quod 4. April. anno 1392. primum Johannes, Comes in Sayn, Salentino reſcripſit, quod a Juramento fidelitatis ſibi præſtito, quoad hanc Baroniam, ſolutus eſſe debeat, atque obligatus, ut deinceps, & quidem ſtatim ab Archiepiſcopo recognoſcat. Deinde tum temporis Archiepiſcopus in Vallendar tantum proprios quosdam homines habuit, & Comes in Sayn ibidem quosdam, ſicut & utrique in Maxſein & Selters, ut & decimas quasdam ibidem Trevirenſis poſſedit, hos homines & decimas, & ſi quæ ſunt alia, anno 1340. Comes in Sayn Johannes ab Archipræſule Balduino in feudum recognovit, eoque ſpectat allegata clauſula, quæ in Comitum in Sayn inveſtitura manſit, usque ad ultimum ejus lineæ, Henricum ſcilicet, Comitem in Sayn. Quin & ad hæc usque tempora homines quosdam proprios Saynenſes Comites in Sayn habitantes in Baronia Vallendar, ut & in Maxſein & Selters poſſident. At quid hæc ad ſuperioritatem? fortaſſe ab his Cuno Trevirenſis Archiepiſcopus exegit, de quo in prætenſo regiſtro, quod
497. vulgo **Leib-Geld** vocant. At talis exactio nihil commune habet cum jure ſuperioritatis, ſed Dominicæ poteſtatis ratione imponitur, & ſic privatam cauſam habet, per ea quæ Meichsner. *tota, 2. Cameral. deciſ. part. 1. deciſ. 6. n. 26. 54. 115.* tradit, quod ejusmodi eſt, ut, cum ſit merum precarium, ei præſcribi non queat, Wehner. *in ſuis obſerv. verb.* **Leibgeld.** Porro quod etſi probaretur, a tota Baronia ſeu omnibus ejus provinciæ ſubditis aliquam Collectam Cunonem exegiſſe, idque regiſtris etiam ſufficienter Archiepiſcopus probare poſſet, tamen ne ſic quidem hic actus neceſſario probaret ſuperioritatem Trevirenſis: ex quo manifeſto probantur actus in contrarium ad ſupremam poteſtatem pertinentes, quos Comites de Sayn tanquam Barones in Vallendar exercuerunt: Ideoque prioribus & poſterioribus actibus poſſeſſoriis, adeoque etiam titulo & cauſa ex parte Comitum probatis, medius ille actus turbativus eſſet
498. cenſendus. Probatis quippe extremis, media præſumuntur, *C. inter dilectos*, ubi Felin. *de fid. inſtrum.* Bart. *in L. ſicut ff. quib. mod. pign. vel hypoth. ſolvit.* Quod eo probabilius eſt, quod Archiepiſcopi tum temporis multa de facto adverſus Saynenſes tentaverunt.

Quid? quod poteſt eſſe charitativum, non ut ſuperiori, ſed ut ordinario ſuo Epiſcopo, vel propter vicinitatem ſponte tributum, propter incendia, damna, incurſiones, & id genus alia, aut pro redimenda vexa datum eſſe? Denique unicus ille actus, qui per antecedentes & conſequentes, tum & per propriam Cunonis Confeſſionem *ſub Num.* 11. & ſequentis Wernheri *ſub Num.* 14. & Jacobi *ſub Num.* 15. 1. infringitur, ſtabilem & immotam ſuperioritatis poſſeſſionem præbere non potuit: Maxime Comitibus in quaſi poſſeſſione, quæ ſatis demonſtrata eſt, exiſtentibus.

Atque hæc reſponſio ſufficiat quoque ad vigeſimum: & ſi quem titulum Balduinus nactus eſt eo anno, certe nullum alium conſequi potuit, quam ut jus inveſtiendi habeat jure directi Dominii, quod hactenus erat Comitis Johannis in Sayn. Hunc autem nihil ſuperioritatis retinuiſſe, nec retinere potuiſſe, jam ſæpius adumbratum eſt.

Vigeſimum primum lite non caret, quem- 499.
admodum ipſemet Alciat. *de præſumpt. reg. 2. præſumpt. 26. num. 2.* & Menoch. 6. *de præſumpt. 65.* teſtantur, aſſerentes, imo contrarium eſſe verius, nempe a præſenti in præteritum non præſumi, ſed recte a præterito in præſens, niſi mutatio oſtendatur.

Atque hac ratione Archiepiſcopus ſuperioritatem hodie non alio quam pignoris jure in communi cum Comitibus poſſidet, quia nec olim ab anno 1392. alio jure poſſedit.

Deinde, etſi vera hæc eſſet quorundam aſſertio, ne ſic quidem probaret, quod Archiepiſcopus jura ſuperioritatis ſibi ſuo jure & non pignoris cauſa poſſideret: quia conſtat de præſenti in poſſeſſione vel quaſi Baroniæ illius non eſſe alio jure, quam pignoris, vel ſub pacto reluitionis. Itaque nec quoad acceſſiones & jura ſuperioritatis & pertinentias poteſt alio jure, vel hodie, vel olim poſſediſſe: Propter ſæpedictam regulam, a primordio tituli poſterior formatur eventus. Acceſſorium enim ſequitur naturam ſui Principalis, per jura vulg.: Denique nondum probatum eſt, anno 1340. Balduinum jus ſuperioritatis in hanc Baroniam nactum eſſe: Imo impoſſibile eſt tum temporis nanciſci potuiſſe, quia jam fuerit indubitato territorium ipſum Gothofridi Comitis, & Salentini filii ejus. Nec 500.
poteſt ſuperioritas territorialis cuiquam absque territorio competere, vel dari, aut acquiri, ut ſupra ex Andr. Knich. & aliis probatum eſt. Sed & non patitur Inſtrumentum *ſub Num.* 11. 14. *&* 15. 1. præſumere, anno 1340. Archiepiſcopum jura ſuperioritatis in hanc Baroniam acquiſiviſſe: quia ſi eam habuiſſet, cur ſibi pignori dari, vel ſub pacto reluitionis vendi, anno 1392. paſſus fuiſſet? id certe probabile non eſt: tum *per L. neque pignus. ff. de reg. jur.* Tum per ratio- 501.
nem notiſſimam, quod id, quod ſemel meum eſt, amplius meum fieri non poteſt, *L. 3. §. ex plurimis. ff. de acq. poſſ.* ubi Dd. & quod nemo præſumitur jactare ſuum, *L. cum de indebito. ff. de probat.*

Vigeſimum ſecundum refutatur per Inſtrumenta. *Num.* 11. 12. 14. 15. 1. & ejus generis alia. Ex quibus conſtat, ad Engelbertum ejusque filium & nepotem non nudum caſtrum & villam cum reditu illo ducentarum marcarum perveniſſe, ſed etiam ſuperioritatis jura, **mit Herrſchafft, Gerichte, Hohe und Tieffe, Wäldre, Weyde, Waſſer, Waſſer-Flüſſe, Straſſen, Stege, Wege, Bann, Buſſen, Folge** ꝛc. Ex his poſterioribus priora recte declarantur, & ſupplementum recipiunt.

Deinde etſi jus Patronatus non eſt de genere regalium, *d. cap.* 1. *quæ ſunt regal.* eſt tamen, æque ut regalia, de numero eorum, quæ requirunt ſpecialem expreſſionem, etiam tum, quando cum univerſitate bonorum transeunt, Jaſ. *conſ.* 45. *num.* 16. *vol.* 1. & in eo Hoſtiens. *in ſumma ſua de jur. patr. n.* 7. *verſ. & ſunt hæc in arg. quod quamvis.* æquiparat jus patronatus jurisdictioni ac ſuperioritati: quæ nec ipſa tranſit etiam cùm univerſitate territorii, niſi ſpecialiter dicatur, vel alias hoc exprimatur, ut tranſeat: Tum & Jaſon. *d. conſ.* 45. *n.* 16. *& ſeqq.* Jus patronatus & regalia hac in parte comparat. Quod ſi ergo exceptio eſt de his, quæ non tranſeunt, niſi nominatim conceſſa, aut per univerſitatem, niſi nominatim excipiantur, utique regulam hæc exceptio præſupponit talem, quæ ſit de his rebus, quæ expreſſionem ſpecialem requirunt, & non aliter, quam cum univerſitate, tranſire queunt, ſi non expreſſe excipiantur: Nunquam vero particulariter, niſi hoc fiat expreſſe & cum debita ſolennitate, & ex juſta cauſa, *cap. quia clerici. ext. de jur. patr.* At de hoc genere etiam eſt jurisdictio & ſuperioritas, quæ non tranſit, niſi ſpecialiter conceſſa, aut cum univerſitate territorii, cui plantata eſt, ut ab ea divelli non queat, Jaſ. *d. conſil.* 45. *n.* 16. 17. 18. Ludolph. Schrad. *de feud. part.* 10. *ſect.* 3. *n.* 157. quod ſupra etiam ex Andr. Knichen & aliis liquidum factum eſt. Itaque hoc argumento ab exceptione ad regulam recte probatur, omnia illa cum hac univerſitate territorii tranſiiſſe, quæ ſpecialiter non ſunt excepta: idque etiam hac conventione, adeoque hac ipſa exceptione juris patronatus actum eſſe: quoniam exceptio firmat regulam in omnibus ejus generis caſibus non exceptis, *d. L. nam non liquidæ. §. final. ff. de penu legat.* Jaſ. *conſil.* 161. *n.* 6. *vol.* 2. Et cum procul dubio hac conventione ac transactione jus illud patronatus ſolidum ad Engelbertum tranſiiſſet, niſi ſolidum Johannes excepiſſet: ex eo recte infertur, quod voluerunt contrahentes omnia illa Jura, quæ ſpecialiter excepta non ſunt, ad Engelbertum ſolum pervenire, per allegatam Doctrinam Bartol. Placent. Dec. Cagnol. *in d. l.* 1. *de regul. jur. cum ſimilib.* quia hæc ſunt ſecularia, & res prophanæ, quæ facilius per univerſitatem tranſeunt, quam ſpirituales & Eccleſiaſticæ, vel ſpiritualibus annexæ: ut eſt jus patronatus, *c. de jure. ext. de jur. patronat. C. quanto, ext. de judic. C. fin. ext. de reb. Eccleſ. non alien.* Hoſtiens. *in ſumm. de Judic. num.* 3. *verſ. aliud ſpirituali annexum.* Quo argumento in ſimili utitur Jaſon *d. conſ.* 45. *num.* 17. *arg. L. in modicis. ff. de contrah. empt. L. quædam. ff. de acquir. rer. Domin.* Quin etiam ſatis hoc dictum erat, ut regalia ſolida tranſirent in Engelbertum, quia quod ſolummodo Johannes excepit jus patronatus, perinde eſt, ac ſi dixiſſet: Concedo, ut Baroniam, Caſtrum & Villam **Vallendar** habeas totam, cum omnibus pertinentiis & juribus, ita ut nihil mihi reſervatum eſſe velim, præter jus patronatus, per ea quæ in eandem ſententiam aſſerit Jaſon *d. conſ.* 45. *num.* 18. Argumentum itaque illud ab Exceptione ad regulam magis Archiepiſcopi intentionem oppugnat, quam propugnat.

503.

Idque eo magis urget, quod jus Patronatus erat unum ex his, quæ Engelberto in ſolidum etiam ante fraternam diviſionem & aſſignationem pertinebant jure hæreditario, ſive ſucceſſionis *c.* 1. *c.* 2. *c.* 3. *extr. de jur. patronat.* Hoſtienſ. *eod. in ſumma num.* 5. Ejusdem generis etiam ſunt regalia. Nam cum ſint res incorporales, ad hæredes ſingulos in ſolidum tranſeunt, ſicuti ſervitutes, *L. viæ. ff. de ſervitut.* Excipiendo igitur ſolummodo jus patronatus, cætera omnia, quæ hæreditaria jura erant, Engelberto relicta ac conceſſa eſſe intelliguntur.

Vigeſimo tertio negatur hoc, quod apud Andr. Gail. *d. c.* 6. *de arreſt.* eſt, aliquid pro Archiepiſcopo facere: ex quo non probatur, hanc Baroniam non eſſe immediate ſub Imperio, ſed mediate, & ſic ſub territoriali jure Archiepiſcopi: Argumento ducto a libertate, quæ in dubio præſumitur, & eo ipſo probatur, quia non probatur ſervitus, *d. l. altius. & ibi annot. C. de ſervit. cum ſimil.* Deinde ſemper hæc Baronia fuit ſub Comitibus Sayneniibus, & quidem ſolis, immediate Imperio Romano ſubditis, donec per oppignorationem Archiepiſcopo communicarunt jus ſuum. Nec tamen hoc ea oppignoratione effectum eſt, ut mediate ſubeſſet pars oppignorata Imperio. Sed ut in hac Baronia utrique & Archiepiſcopi & Comites immediate Imperio ſubjecti, pari jure hanc regerent, uti hodierna docet experientia. Par autem in parem non habet Imperium, nequidem durante inter eos communione, *L.* 4. *ff. de recept. arbitr. L. ille a quo §. tempeſtivum. ff. ad SCtum Trebellian.* Deinde ſupra quoque demonſtratum, eſt ad id, ut immediate quid vel quis ſub Imperio ſit, non requiri hæc duo copulative, & ut ſubſit ſoli Imperatori rei poſſeſſor, & eam rem immediate ab Imperatore in feudum recognoſcat. Nam hoc poſterius non requiri, patet ex his, quæ ſcribit Roſenth. *d. c.* 2. *de feud. concl.* 1. *n.* 4. 5. 6. ſed & ſatis eſt, ſemel dignitatem territorialem regiam eſſe ab Imperatore inditam, licet jure allodii, ac poſtea hoc allodium alicui ſit conceſſum, ut ab eodem in feudum reciperet. Nam & hæc originalis conceſſio pro Imperiali inveſtitura eſt. Quia autem ſemel hanc dignitatem regalem antiquitus ab aliquo Imperatore habet: itaque intelligitur immediate eſſe ſub imperio, ac ſi ipſemet Imperator quotidie de ea Baronia Comites inveſtiret: tum & Comites poſſeſſores immediate ſemper fuerunt, & nunc ſunt ſub Imperio: nec unquam, ne quidem reſpectu hujus Baroniæ, exempti. Sub Impe-

504.

Imperio itaque ut immediate ſit, neceſſe eſt. Nec quid huc facit *d.* §. **wiewohl auch in den Regierungs Handlungen** ꝛc. Ex quo conſtat, vetuſtiſſimam hanc eſſe Baroniam, & quod allodium origine ſua fuit Comitum in Sayn, nec unquam jure territoriali Trevirenſi ſubjecta, ſed ſolis Comitibus Sayn-
505. enſibus. Unde etiam ceſſat diſtinctio bonorum, & diverſorum reſpectuum, de quibus Andr. Gail. *d. c. 6. de arreſt.*

506. De matricula Imperii, quod vigeſimo quarto loco objicitur, parum ad rem facit. Cum conſtet, Comites de Sayn in Witgenſtein cum ſuis poſſeſſionibus generaliter in matricula reperiri. Et cum ab ea quoad **Vallendar** non eximantur, etiam **Vallendar** generalitate illi matriculæ incluſa dicetur. Poſtremo, quod ruſticos in **Vallendar** appellitat, **liebe Getreue**, non probat ſuperioritatem aliam, qualem jure oppignorationis habet in communi. Unde pariter eisdem etiam ſcribunt Domini Comites. At ſi ex eo probanda ſuperioritas, ſoli Archiepiſcopo competens, & non abolenda per reluitionem, neceſſe eſſet, hoc jus ita ſcribendi, ut & cætera ad ſuperioritatem pertinentia agendi, tantummodo eſſe Archiepiſcopi, non etiam Comitum. At ſocietas illa & paritas uſus ab initio oppignorationis usque huc obſervata, probat, ea omnia eſſe Comitum jure ipſorum proprio: Archiepiſcopi vero tantum jure pignoris, donec id redimatur. Eadem ratio eſt, quod forte ſubditi ſcribunt **gehorſamſte**: Nam & Comitibus ita ſcribunt **gehorſame**. Nec hac in re ullam vim facit ſuperlativus, quo ad Archiepiſcopum ſcribentes utuntur: quia hoc fit ex ſtylo Germaniæ uſitato, & intuitu Electoralis dignitatis ac præeminentiæ. Nam etſi pur potentia juris eſſe cenſeatur Electorum, Principum, Marchionum, Comitum, Baronum: Ordine tamen dignitatum & præeminentiæ diſtinguuntur, & ad hunc ordinem plerumque hæc referri ſolent.

Quod etiam forte ad Comites Archiepi- 507.
ſcopi ſcribentes dicunt, **liebe Getreue**, non probat ſubjectionem, ſed tantummodo reſpectus habetur ad fidelitatem, quam Comites juraverunt feudum recognoſcentes, de qua re agit Andr. Gail. *de arreſt. c. 7. n.* 11. *&* 12.
Quod autem certo intuitu fit vel dicitur, &, ut 508.
vulgo dicunt, ſecundum quid, ſimpliciter vel ſecundum aliud accipi non debet: ut nec actus agentium ultra eorum intentionem operantur, *L. non omnis*, ubi Jaſon. & alii *ff. de reb. cred. ſi cert. pet.*

Atque ita ſubductis omnibus columnis, quibus tecta Trevirenſia ſuffulta eſſe putabant, ipſum corruat ædificium, neceſſe eſt.

Tertiæ Quæſtionis Reſolutio.

509. NUnc de appellatione, tum & de officialis evocatione ſubditorum ad Judicium, ut
510. vocant Scholæ. Et certe negari non poteſt, appellationem eſſe partem jurisdictionis & ſignum ſuperioritatis, Weſenb. *conſil.* 43. *n.* 70. *per L.* 1. §. *ſi quis ff. de Appellat.* pertinens ad illum, qui Jurisdictionem, maxime ſuperiorem in provincia habet, ſecundum Jaſon. *ad L. Imperium. num.* 20. *ff. de juris-*
511. *dict. omn. judic.* Oportet enim gradatim appellare *C. ſi quis. 2. quæſt.* 6. *cap. Romana. de appellat. in* 6. Petr. Gregor. *de appellat. lib.* 4. *cap.* 2. *num.* 1. 2. *& ſeqq* ab inferiore ad ſuperiorem, *d. l.* 1. §. ſi quis in appellatione. *Novell.* 23. *de appellat.* §. *illo videlicet. C. placuit.* 2. *quæſt.* 6. & a minore ad majorem Judicem, quia minor majoris factum non judicat, nec inferior ſuperioris, *cap. cum inferior. ext. de major. & obed. cap. inferior.* 21. *diſtinct. L. minor. autem.* 18. *ff. de minorib.* habita conſideratione ejus, qui judicavit, non litigantium. Petr. Gregor. Tholos. *de appellat. lib.* 4. *cap.* 1. *num.* 4. *verſic.* ſuperior hic rurſum. Archiepiſcopum autem Electorem dignitate & potentia majorem eſſe Comite, nemo negaverit: Ergo non ad Comitem, ſed Electorem, aut certe a Comite ad Archiepiſcopum appellandum erit.

512. Non placet hic diſputare rationibus in utramque partem motis, utrum primæ appellationes tantum, an & ſecundæ ad vaſallum, aut nullæ pertineant, ſi Vaſallus non ipſemet, ſed ejus Vicarius, aut locum tenens, vel delegatus ejus judicavit? de qua re diſcrepantes extant ſententia relatæ, ac declaratæ ab Henrico Roſenth. *de feud. d. cap.* 5. *concluſ.* 5. *num.* 7. 8. 9. 10. Nam controverſia hæc noſtra non eo, ſed huc ſpectat: utrum prorſum nulla ſit appellatio ſubditorum ad Comitem, veluti Baronem ac Dominum territorii Vallendar, an aliqua; ſed ita ut neutro caſu ad Imperatorem, vel ad Cameram Imperialem recta appellatur, ſed immediate ad Archiepiſcopum, ejusque Dicaſterium, quod Confluentiæ eſt? Prorſum non appellandum ad Comitem, ſed recta ad Trevirenſem, eo magis inclinat Trevirenſium opinio. Pro qua facit eorum aſſertio, qui contendunt, ſive vaſallus ipſe, ſive alius ipſius nomine ac juſſu cognoverit, ſemper appellandum eſſe ad feudi Dominum: quia nullæ appellationes in 513.
feudum datæ intelliguntur, niſi nominatim hoc fuerit expreſſum; Roland a Valle *conſ.* 75. *n.* 15. *& ſeqq. vol.* 3. ubi diverſam ſententium opinionem refutat: quam multis autoritatibus probat Roſenth. *d. c.* 5. *concl.* 5. *n.* 5. *Lit. D. in gloſſ.*, qui *Num.* 6. id ampliat procedere, etiamſi vaſallus inveſtitus ſit cum mero ac mixto Imperio, ac omnimoda Jurisdictione: quia hoc intelligitur de primis cauſis

ruſticorum & aliorum ſubditorum, ex communi & recepta Dd. ſententia, ſecundum ea, quæ Roland a Valle *d. conſ.* 75. *n.* 15. recenſet: Et ex eo infert, quod ergo Dominus de ſecundis ſubditorum & ruſticorum cauſis, & ſic de appellationibus cognoſcere poſſit, non etiam Vaſallus. Quare etſi Comes poſſit per ſe, vel officiarios, adminiſtratores & ſcultetos ſuos cognoſcere, non tamen ad Comitem, ſed ad ſolum Electorem ejusque Dicaſterium appellari debet.

514. Deinde in omni inveſtitura in dubio intelligitur appellatio a Domino reſervata, etiamſi expreſſe hoc non dixerit: quia unum eſt eorum, quæ reſervata ſunt ſuperioribus & majoribus magiſtratibus, ſecundum Roland. a Valle *conſ.* 75. *n.* 15. verſ. quia hoc jus cognoſcendi, &c. Neque probabile eſt, eo ipſo, quod Dominus Vaſallum de Caſtro, villa & territorio inveſtierit, etiam cum mero ac mixto Imperio, omnimodaque jurisdictione Vaſallum a jurisdictione & ſuperioritate ſua eximere voluiſſe, & libertatem tribuere, cum id ea conventione actum videri nequeat: nec deceat actum ultra extendi, quam quo fine & cujus cauſa peractus eſt. *d. L. non omnis, cum ibi annotat.* a Bart. Bald. Caſtr. Angel. Alex. Dec. Jaſ. *ff. de reb. cred. ſi cert. petat.* Hippolyt. Riminald. *conſil.* 31. *n.* 95. *conſil.* 190. *n.* 48. *conſil.* 386. *num.* 6. *conſil.* 505. *num.* 8. *conſ.* 612. *num.* 48.

515.

516. Quin etiam vaſallus eſt quaſi perpetuus a Domino datus Judex, ſeu vicarius Domini, qui eum cum omnimoda Jurisdictione inveſtivit, Roſenthal. *de feud. d. c.* 5. *concl.* 78. *n.* 8. *verſic. videtur ergo vaſallum &c.* A dato autem Judice provocandum eſt ad eum, qui ipſum dedit, *L.* 1. *l. fin. ff. quis & a quo appell.* Itaque etiam ad Dominum a Vaſallo omnino appellabitur. Nec diſtinguitur, an ipſemet vaſallus cognoverit primas cauſas, an aliis commiſerit, vel Judices dederit. Nam reſpectu eorum eſt, inſtar ejus, cui mandata eſt jurisdictio, ut vice alterius fungatur: alioquin Judicem dare non poſſet per vulgatam regulam, quod nemo datus Judex Judicem dat, niſi ab Imperatore datus ſit, *L. a Judice.* 5. *C. de judice.* At cui mandata eſt jurisdictio, etſi eam alii mandare non poſſit, *L. final. ff. de offic. ejus, cui mandata eſt jurisd.* Judicem tamen dare poteſt, *L. legatus* 12. *ff. de offic. Proconſul. L. cum Prætor.* 12. §. 1. *verſic. is quoque cui mandata ff. de judic.* A Judice autem dato non ad eum, cui mandata eſt Jurisdictio, ſed ad Mandantem provocandum eſt *L.* 2. *ff. quis a quo appell.* Itaque etiam ab officialibus & adminiſtratoribus Comitis, non ad ipſum Comitem, ſed ad Dominum feudi appellabitur.

517.

518.

519.

520.

Præterea in confeſſo eſt, hunc diſtrictum ante fraternam diviſionem & ſubſecutam inveſtituram partem vel membrum & acceſſionem fuiſſe Comitatus Saynenſis, ac primum per inveſtituram ab eo divulſum. At quando quis aliquam particulam vel membrum, ſeu acceſſionem quandam ſui Ducatus vel Comitatus alii in feudum dat, non præſumitur in ambitu ſui ducatus vel comitatus aliquod exemiſſe, ab omni jurisdictione & ſuperioritate, vel parem ſibi feciſſe, vel voluiſſe corpus Ducatus & Comitatus dilaniare. Roſenthal. *d. cap.* 5. *d. concluſ.* 78. *n.* 8. *verſicul. Majore ratione Dominus.* Quæ ratio non ſolum in ſupremo Principe, ſed etiam quolibet inferiore probabilis eſt.

521.

Utpote qui in ſuis Ducatibus & Comitatibus jure Imperatoris utuntur. Jaſon. *conſil.* 103. *n.* 2. *vol.* 4. Zaſ. *conſil.* 1. *n.* 21. *lib.* 2. Hieronym. Schurff. *conſil.* 18. *n.* 2. *cent.* 3. Andr. Gail. 1. *de pac. publ. cap.* 6. *num.* 10. Quemadmodum igitur Imperator particulam aliquam Imperii vel pertinentem provinciam in feudum alicui dans, non videtur ſuperioritate exemiſſe inveſtitum, ſibique parem feciſſe: Ita nec Johannes, Comes in Sayn, inveſtiendo fratrem ſuum Engelbertum de hac Baronia ſui Comitatus eximere, ſibique parem facere voluiſſe videbitur, ac proinde appellationes reſervaſſe cenſebitur. Omne autem jus ſuum, quod habuit in Baroniam Vallendar, ceſſit Archiepiſcopo, vel Balduino, vel Cunoni, ſuum directum Dominium & inveſtiendi poteſtatem in Archiepiſcopum & Capitulum Trevirenſe transferendo. Ergo & appellationes. Sed & regale eſt, & regalium numero contineri appellationes ſeu ſecundas cauſas, neminem negaturum dixit Roſenthal. *d. concluſ.* 78, *num.* 8. *verſic. & nemo negaverit*, & eſſe de reſervatis Principis in ſignum ſupremæ poteſtatis, haud obſcure innuit Roland a Valle, *d. conſ.* 75. *n.* 19. *&* 20. *vol.* 3. Ejusmodi autem reſervata, & quæ ſignum ſunt ſupremæ poteſtatis, quia ſunt de ſacro ſanctorum Principum, nequaquam intelliguntur clauſulis generalibus vel univerſalibus incluſa eſſe, nec data, ubi diſertis verbis non ſunt expreſſa: ut idem Roland. a Valle *d. conſil.* 75. *num.* 21. *&* *ſeqq.* late probat *per L. obligatione generali. ff. de pignor.* Et ex eo inquit Natta *conſil.* 580. *num.* 24. male loqui Jaſonem. *in d. conſil.* 161. & infert; quia licet fuerit conceſſa omnimoda Jurisdictio, tamen propter hoc non dicitur conceſſa appellatio: & *Num.* 21. dicit, quod dictio omnimoda (& ſic quælibet univerſalis clauſula) recipit congruam interpretationem a jure communi, ſecundum Bald. *ad l. fin. C. de contrab. empt. vend. & Num.* 22.

522.

523.

524.

Quod in conceſſione, quamvis univerſali, non veniunt reſervata Principis in ſignum ſupremæ poteſtatis. Pro quo facit, quod idem Roland. a Valle *d. conſil.* 75. *n.* 15. *verſ. ubi dicit, quod licet reſervatio ſuperioritatis &c.* ex Soc. Jun. *conſ.* 126. *n.* 37. *vol.* 3. adducit, quod, licet reſervatio ſuperioritatis non concernat, quæ ſpecialiter translata ſunt, prout eſt merum & mixtum Imperium cum omnimoda Jurisdictione, & utile dominium caſtrorum, tamen talis reſervatio intelligitur, ut ſcilicet Princeps ſit ſuperior, ut talis recognoſcatur, ſicut in Juramento fidelitatis continetur,

atque

atque etiam ad eum recurratur in signum superioritatis in defectum denegatæ aut retardatæ justitiæ in causa appellationis, & sic in secunda instantia, nisi aliter sit ordinatum, juxta doctrinam Baldi *ad l.* 1. *quæst.* 43. *ff. de rer. divis.* At hoc nostro casu aliud ordinatum non est. Unica tantum, eaque prima instantia est apud datum Judicem & Scabinos in Vallendar, aut reliquos Comitis officiarios ipsumve Comitem.

Secunda itaque instantia, quæ est appellationum, erit Principis investientis, & Curiæ ejus, vicem ejus sustinentis.

Proinde Archiepiscopus Trevirensis ejusque Dicasterium solum est in possessione vel quasi appellationum. Ideoque pro eo præsumendum, quod ad ipsum quoque appellationes tantum jure pertineant.

525. Quoniam unusquisque præsumitur possidere animo Domini, & ut Dominus suo, non alieno nomine, *leg. filiusfamil.* §. *divi. versic. iidem Principes*, ubi Angel. *ff. de legat.* 1. Roland. a Valle *consil.* 46. *num.* 44. *vol.* 3. Menoch. *de præsumt.* 3. *præsumt.* 9. *num.* 4. Imo
526. Dominus esse, qui possidet, *L. cum res. C. de probat. L. ob maritorum. C. ne uxor pro marit.* Jac. Menoch. *de præsumt.* 3. *præsumt.* 100. *n.* 5. Ac locum hic invenit præsumtio de præ-
527. senti in præteritum: nempe quod quemadmodum hodie appellationes sibi soli jure domini superioris Trevirensis astruit, ita & olim asseruisse in dubio credendum: ut qualitas illiciti ab actibus tam veteribus quam novis hisce avertatur, Alciat. *de præsumt. regul.* 2. *præsumt.* 26. *num.* 4. Idque eo magis in quæstione jurisdictionali obtinebit: quoniam ab ea Jurisdictione, quæ de præsenti est, recte præsumitur ad eam, quæ fuit in præterito, videlicet quod eadem fuerit, Alc. *de præsumt. regul.* 2. *præsumt.* 20. *num.* 2. *versic. secus si sit aliqua.*

528. Sed etsi ex sententia Jas. *d. consil.* 161. *a n.* 1. *usque ad* 8. *vol.* 2. Paris. *consil.* 8. *num.* 31. Curt. Jun. *de feud. part.* 7. *n.* 23. Comes de secundis causis, h. e. de appellationibus primis cognoscat, si tamen ab ipso Comite appellandum fuerit, non ad Cameram Imperialem vel ipsum Imperatorem, sed ad Trevirensem Electorem interponetur appellatio: quippe quod autores ejus opinionis primam quidem appellationem permittunt, per *L.* 1. *l. fin. ff. quis a quo appellat.* Secundum vero feudi Domino attribuunt: utpote quæ proprie symbolum sit supremæ potestatis, & regii juris. Atque hoc eo magis statuendum est, quia in confesso esse videtur, non ut alios actus ad regalia & superioritatem spectantes, ita & appellationes cum Trevirensibus Comites conjuncta manu & pariter exercuisse. Indubitatum autem quis dixerit, quod ab illa communione se repelli non permisissent Comites, si non scivissent appellationes ad se non spectare, neque de iis se suosque majores cognoscere potuisse etiam ante oppignorationem. Verisimile enim non est, tanti momenti rem, tantæque dignitatis ac potentiæ eos neglexisse, aut in ea errasse, vel sponte permisisse alii: cum in his & similibus superioritatis apicibus, Principes, Comites & Domini terrarum soleant esse tenacissimi, ut quæ non facile conceduntur jure familiaritatis aut amicitiæ, ut supra in secundæ quæstionis resolutione attingebatur, & multum adjuvatur consueta hominum natura, quæ sibi & suis 529.
hæredibus melius malit, *L. si pactum. ff. de probat.* Jac. Menoch. *de præsumt.* 1. *quæst.* 18. *num.* 10. Hippol. Riminald. *consil.* 362. *num.* 13. 14. quam alteri, nec facile suum jactat. *L. cum de indebito. ff. de probat.* Menoch. *d. quæst.* 18. *num.* 13. *lib.* 2. *præsumt.* 33. *n.* 5.
Quod autem verisimile est, inprimis attendi 530.
debet. Alex. *consil.* 33. *col.* 2. *lib.* 6. Hippol. Riminald. *consil.* 628. *n.* 33. *consil.* 673. *num.* 5. *consil.* 724. *num.* 73. Menoch. *d. quæst.* 18. *num.* 10. Et quod verisimile non est, habet 531.
speciem falsitatis, Bald. *ad L.* 1. *col.* 4. *de serv. fugit.* Jas. *ad L. si extraneus, n.* 8. *ff. de cond. dat.* Andr. Tiraquell. *ad L. si unquam, in præfat. num.* 37. *de revoc. donat.* Menoch. *cons.* 1. *num.* 258. *consil.* 2. *num.* 300. Hippol. Rimin. *consil.* 492. *num.* 17.

Præter hæc, præscriptione hoc superioritatis jus quæsitum videri potest Archiepiscopo & Dicasterio Archiepiscopali & quidem immemorialis temporis, cum de ejus principio non
constet: Hanc enim immemorialem esse do- 532.
cent DD. *in c.* 1. *de præscript. in* 6. *per illum text. l. hoc jure.* §. *aquæductus, ubi gloss. ff. de aqu. quotidian. & æstiv.* Cynus *in L.* 2. *quæst.* 10. *C. de servit. & aqu.* Bartol. Cæpoll. *de servit. urb. præd. c.* 19. *& insinuat.* Wesenb. *consil.* 2. *n.* 77. 202. *consil.* 34. *num.* 5. Francisc. Balb. *de præscript. part.* 2. *part.* 3. *princip. qu.* 6. *num.* 24. Quid, quod centum annos excedit, memoriam utique hominum superat? utpote qui est ultimus vitæ humanæ terminus, 533.
L. ult. C. de SS. Eccles. l. an ususfructus 53. *ff. de usufr.* Ideoque vel centum annorum quasi 534.
possessio, quæ dubia hoc casu esse non videtur, hanc adjecerit superioritatem Archiepiscopo, secundum Cyn. *ad d. L.* 2. *quæst.* 10. & Cæpoll. *dict. c.* 19. Wesenb. *d. consil.* 2. *num.* 77. *versic. ergo multo magis, & seq.*

Tanti autem temporis, cujus initii memo- 535.
ria non extat, præscriptio vim privilegii habet, expresse concessi a Principe, Bald. *ad c.* 1. *col.* 1. *quæ sunt regal.* Wesenb. *consil.* 34. *num.* 6. Francisc. Balb. *d. quæst.* 6. *num.* 13. habeturque loco tituli legitime constituti, *d. l. hoc jure.* §. *ductus aquæ. ff. de aqu. quotid. & æstiv. C. super quibusdam.* §. *præterea extr. de verbor. signif. & ibi Gloss. & pro lege. L.* 1. §. *fin. versic. vetustatem vicem legis obtinere, L. in summa, in princip. versic. vetustas, quæ semper pro lege habetur. ff. de aqu. pluv. arcend.* inducitque præsumtionem bonæ fidei, Francisc. Balb. *dict. quæst.* 6. *num.* 18. hanc addens rationem, quia tanto tempore possessum præsumitur ab autoribus suis juste possessum: idque dicit bene notandum, ac singulare dicit esse, *num.* 19. quod tradit Felin. *in C. cum nobis, col.* 3. *extr. de præscript.* Quod præsumtio hæc resultans ex spatio tanti temporis, cujus initii memoria non extat, dicitur juris de jure: atque

ideo non admittit probationem ad oppositum, licet admittatur probatio, quod non sit lapsum tantum tempus. Hac ratione motus dixit Salicet. *ad l. 2. C. de servit. & aqu.* quod ubi habemus tantum tempus, cujus initii memoria non extat, non est curandum de bona vel mala fide. Nec etiam necesse est docere de scientia & patientia adversarii: imo ne quidem superioris in præscribendis regalibus, jurisdictione & similibus incorporalibus & servitutibus, in quibus requiritur scientia & patientia adversarii ad præscribendum: quia sit loco possessionis, *leg. servitutes. ff. de servit. l. 2. Cod. eod.* secundum Francisc. Balb. *d. quæst. 6. num. 22.* secutus Alexand. *consil. 6. volum. 1.* Jason. *in d. l. imperium 3. col. 9. & 12. versicul. circa primum ff. de jurisdict. omn. judic.* Felin. *in d. C. cum nobis col. 1. & 2. extr. de præscript.* &
§36. plures alios. Nec ideo obest, in alieno territorio præscriptionem hanc prætendi, quam vix est esse sine vitioso principio, perinde acsi Parochus aliquis in aliena parochia decimarum præscriptionem prætenderet: Cum præsumtionem juris contra se habeat, *cap. fin. de restitut. spoliator. in 6.* Bald. *ad leg. vis ejus. Cod. de probat.* Nam & regalia in alieno territorio & quæcunque alia, quæ non possunt cuiquam competere sine speciali privilegio vel concessione, immemoriali tempore præscribuntur. Bald. *in d. cap. 1. quæ sunt regal.* Balb. *d. quæst. 6. n. 13. ubi num. 15. junct. n. 17.* in specie de jurisdictione in alieno territorio tradit, quod non obstante hac ratione per immemoriale tempus præscribatur, & recte defendatur.

Hac etiam ratione tuendus videtur Officialis & judicium Scholæ, ut vocant, Confluentiæ, quando in causis etiam civilibus, tametsi levidensibus, solet subditos ex Vallendar evocare, forte per literas banni & ejus generis alias coërcitiones Ecclesiasticas. Si enim superioritatis jus totum vel aliqua parte potest immemorialis temporis præscriptione acquiri, cur non & inferior aliqua jurisdictio? sed & pro officiali est, quod Ecclesiasticam censuram vice sui Archiepiscopi exercere, & sic prorsum hoc suo jure agere videtur.

§37. Nam ad observantiam pactorum ac contractuum non solum in foro fori jure actionis. §. 1. *Institut. de actionib. cum ibi annot. C. penult. extr. de emtion. vendit.* sed etiam in foro poli per censuram Ecclesiasticam quisque cogi potest, *C. 1. extr. de pact.* non solum Clericus *d. cap. 1. extr. de judic.* sed & Laicus *C. novit ille, extr. de judic.* quatenus nimirum peccatum est, contractum non servare, & fidem datam fallere, *dict. capit. novit ille.*

§38. Quin etiam, etsi quidem Clericus de rebus suis vel Ecclesiæ Laicum impetierit, & Laicus res ipsas non Ecclesiæ esse aut Clerici, sed suas proprias adseverat, debeat de rigore juris ad forensem Judicem trahi, juxta vulgatam regulam: quod Actor rei forum sequi debeat, Ecclesiastici tamen Judices multis locis aliter introduxerunt, & pomœria sua extenderunt, ut fatetur ipsemet Pontifex Maxim. Alexander III. *in capitul. si Clericus, in fin. ext. de for. competet. & in capitul. licet ex susceptis extr. eod.* Pontifex Innocent. III. rescribit, quod quidem Laicus Laicum super re civili coram Ecclesiastico convenire non debet, nisi justitia civilis Magistratus deficiat, aut quod vacat, aut quod justitiam denegat: *versicul. hoc præsertim tempore &c.* & nisi consuetudo servata hactenus sit, ut Ecclesiasticus adeatur, *in verb. sicut hactenus servatum est,* & quod in defectum justitiæ secularis Ecclesiasticus possit succurrere viduis & aliis adversus Clericos, *in C. ex tenore, & in C. ex parte, extr. de for. compet. rescriptum est.*

Præterea contractus jurati, & ejus generis §39.
alia, dicuntur esse fori utriusque, & in iis locum esse præventioni, *per dict. c. novit, cum ibi annotat. ext. de judic. C. cum sit generale,* Mar. Socin. *de for. compet. num. 10. versicul. sexagesimo primo.* Et usurarum causa, quæ in §40.
quemvis forte contractum incidere potest, ad forum Ecclesiasticum pertrahitur, *per dict. C. novit. extr. de judic. c. 3. C. cum tu manifestos. C. præterea. C. tua nos c. seq. C. tuas dudum eum in diœcesi. C. pen. ext. de usur.* Hostiens. *in summ. de for. compet. num. 11. versic. unde proprie & vere loquendo, hac ratione:* quia proprie & vere loquendo usura est crimen Ecclesiasticum; cum secundum leges non sit crimen, sed secundum Canones: quia peccatum est. Ubicunque autem de peccato quæritur, cognitio est Ecclesiæ, quoad definitionem peccati, cujus est etiam pœnitentiam injungere, & per consequentiam cogere ad satisfactionem, *C. cum tu, ext. de usur.* Hostiens. *de for. compet. d. num. 11. versicul. quod ubicunque quæritur de peccato.*

His & similibus defendi posse videtur, quod officialis hanc Jurisdictionem exercet non jure seculari, sed Ecclesiastico, cujus Jurisdictio non terminatur iisdem finibus territorialibus, quibus Provinciæ & Principatus ac Comitatus seculares, sed finibus diœcesanis vel Parochialibus: ideoque etiam permansuram, etiamsi reluitio facta fuerit: quia nec hæc jure pignoris, sed proprio jure possideatur.

Cæterum his non attentis, appellationes non §41.
ad Archiepiscopum, & ejus Dicasterium provinciale spectare, nec præscriptas esse, sed reluitione facta penitus ad Comites pertinere existimamus.

Primo enim ex proposita facti specie, tum & ex contractu divisorio fratrum Johannis & Engelberti patet, quod nullas appellationes Johannes excepit, sed omnimodam Jurisdictionem cum ipsa provincia Engelberto tradidit, & quidem ut dicatur, **mit Herrschafft und Gericht, hohe und tieffe.** Appellationes autem, cum signum sint superioritatis, imo pars & sequela ejus, ut supra ex Wesenb. Roland. & aliis probatum est: nec non a Rosenthal. *d. c. 5. concluf. 5. num. 12.* approbatur, utique una cum ipso territorio ejusque dignitate, quæ est Herrschafft, tradita concessaque esse intelligitur.

Quod

Quod etiam argumento ab exceptione ad regulam confirmatur, de quo ſupra actum eſt. Nihil enim excipitur, niſi ſolummodo jus patronatus. Ergo cætera omnia, quæcunque Johannes habuit jura in eo territorio, translata ſunt in Engelbertum: & ſic etiam appellatio,
542. cum is, qui omnia dicit, nihil excludit, *dict. l. Julianus ff. de l. 3. l. a Procurat. C. de mand.*

Deinde **Herrſchafft**, quid aliud eſt, quam ipſa dignitas regalis Baroniæ, quæ alium ſuperiorem, quam qui originaliter eam conſtituit, nempe Imperatorem habere poteſt? Ideoque vel per verbum **Herrſchafft** hoc ſatis indicatur. Quid? quod inveſtitus eſt **mit Herrſchafft und Gericht, hohe und tieffe**, ꝛc.
543. quæ verba, ſi ad inſtantias & judicia in hac Baronia exercenda referamus, uti natura ſua, & jus ac poteſtatem judicandi cum mero ac mixto imperio, omnimodaque Jurisdictione, Weſenb. *dict. conſil. 95. num. 18. 19. 20. 21. 22.* & inſtantias, *L. properandum. C. de judic. tit. ff. & C. de judic.* & corpus Judicii ſignificant: utique per hæc verba inveſtituræ intelligetur Engelbertus ejusque poſteritas, non ſolum de primis, ſed & ſecundis cauſis, hoc eſt, tam de prima inſtantia per ordinarios loci ab ipſo conſtituendos, quam de ſecunda, hoc eſt, appellationis inſtantia expreſſe inveſtitus:
544. ut ita ceſſet omnis conjecturandi neceſſitas, ubi expreſſam habemus literam Inſtrumenti, *L. ille a quo. §. cum in verbis. ff. de legat. 3.* Roland. a Valle *conſ. 61. num. 31. vol. 3.* Menoch. *num. 14. n. 6. per l. continuus. §. cum ita ff. de verb. obligat.* Joſeph. Ludov. *deciſ. Lucenſ. 48. num. 2.* Tiber. Decian. *reſp. 72. numer. 3. vol. 2. reſp. 17. num. 19. vol. 1. per L. ancillæ. C. de furt.* Aym. Cravet. *conſ. 273. n. 7. &* 8. quia pacto, lege, vel conventione determinata, non egent alia determinatione, ſed ſolum indeterminata. Hieron. Schurff. *conſil. 37. num. 5. cent. 1. per L. certo generi. §. ſi totus & ſeqq.* ubi Bart. *ff. de ſervitut. ruſt. præd.* Et quia haud verificabuntur hæc verba: **hohe und tieffe**, niſi intelligamus tam de ſecundis, quam primis inſtantiis, tam de ſuperiore, quam inferiore cognitione, hoc eſt, tam de appellationibus, quam primis inſtantiis: nempe ut poteſtas creandi Magiſtratus & Scabinos in hac provincia ſit apud Engelbertum: ut ſit **tieffe**, jurisdictio & judicium, quod utique regale eſt, *cap. 1. quæ ſunt regal.* tum etiam cognoſcendi ac ſtatuendi de appellationibus: ut **hohe Gerichte und Herrſchafft** intelligatur.

545. Quando autem ita quis inveſtitus eſt, **mit der Hochheit** (quod idem eſt, acſi dicas, **mit Herrſchafft und Gerichte, hohe und tieffe**, quoniam non in figura literarum ac vocum, ſed oratione ac ſententia, quam exprimunt, vis eorum conſiſtit, *L. non figura 38. ff. de obligat. & act.*) non tantum cum mero & mixto Imperio, omnimodaque jurisdictione, quoad cauſas primas, ſed etiam quoad appellationes & cauſas ſecundas inveſtitus eſſe intelligitur, teſte Roſenth. *de feud. dict. c. 5. concluſ. 5. num. 12. & 14.*

Atque hæc probantur non ſolum generalitate verborum, quæ ſunt *ſub Num. 2. 1. & 2. 2.* ſed etiam per contractus, *ſub Num. 11. & 13.* maxime vero per oppignorationem, Archiepiſcopo Wernhero *ſub Num. 14.* factam, ac confeſſionem Jacobi Archiepiſcopi *ſub Numer. 15. 1.* ubi diſerte hæc verba habentur: Ex quo elicitur, quod ſub his verbis, **mit Herrſchafft und Gerichte, hohe und tieffe**, appellationes etiam pro aſſertis quotis Trevirenſi ſunt oppignoratæ, neque eas exercere aut exercuiſſe ſuo proprio jure, eoque perpetuo, ſed revocabili & redimibili, atque ita mutabili in alieno.

Sed nec per ceſſionem, quæ vel Balduino, Anno 1340. vel Cunoni, Anno 1386. facta eſt a Johanne, Comite in Sayn, plus juris ad ceſſionarium pervenire potuit, quam ipſemet tempore ceſſionis habuit, *L. nemo plus juris. ff. de reg. jur. cap. nemo poteſt. eod. in 6.* nemoque dat, quod non habet, *L. ſi univerſæ.* 546. *C. de legat. cap. quod autem, ext. de jur. patronat.* Rol. a Valle *conſ. 92. num. 3. volum. 2.* Appellationes autem non habuit amplius Johannes tempore ceſſionis: ut patet per prædicta: tum ex eo, quod nullum actum appellationis, poſt fraternam diviſionem, & ſubſecutam inveſtituram exercuit, ſed fratri permiſit. Quod eo probabilius eſt: quia non ſolum primarum cauſarum, ſed & ſecundarum jus jure hæreditario pro indiviſo erat delatum Engelberto, & quidem ipſo jure, cum patri ſuo 547. ſuus hæres fuerit, ex quo de emancipatione non apparet, Rol. a Valle *conſil. 20. numer. 5. vol. 1.* Et quod ſe immiſcuit hac fraterna di- 548. viſione ac transactione, docetur *L. 1. l. qui in aliena eſt poteſtate 6. l. gerit, l. pro hærede ff. de acquirend. hæred.* Nec plus erat hæc provincia Johanni ſubdita, quam Engelberto, cum hæredes fuerint, neque Johanni Engelbertus erat ſubditus, nec inferior, ſed par; quia germani fratres utrique nati Comites in Sayn & Domini in Vallendar &c. Ideoque non primum parem fecit ſibi fratrem, ſed parem de ea provincia inveſtivit, ut prorſum non dimembraretur & avelleretur hæc Baronia a ſuo origine, **der Graffſchafft Sayn.** Ut ideo tanto minus ſit probabile, fratrem Johannem in Engelbertum ejusque provinciam aliquam ſuperioritatem vel retinuiſſe, vel ceſſiſſe, quam nunquam in ipſum fratrem, nec totam in provinciam illam habuit. Quod autem habuit utili Dominii jure, totum ad Engelbertum rediit. Neque infeudatio ſubditum fecit, ut ſupra aliquoties probatum eſt. Proinde appel- 549. latio pertinet ad eum, qui Jurisdictionem ſuperiorem in ea provincia vel territorio habet, Jaſ. *ad l. Imperium 3. num. 29. ff. de jurisdict. omn. jud.* Weſenbec. *conſ. 43. num. 70. & 71.* ubi dicit, Dominum territorii etiam quoad id intentionem habere fundatam, quod ſit Dominus & ordinarius ſuperior omnium, qui ſuo territorio cirrumſcribuntur, *arg. c. 2. de reſtit. ſpol. in 6.* Everh. a Middelb. *in loc. legal. a tot. ad part.* Dominus autem territorii eſt Comes de Sayn in Wittgenſtein, teſte fraterna diviſione, teſte inveſtitura, teſtibus tot contractibus & actibus ſupra deductis.

Comi-

Comitis ergo est superioritas & appellatio, habetque fundatam, etiam quoad id, intentionem. Contra Archiepiscopus olim prorsus Dominus non fuit, hodie tantum est jure directi Dominii, sed absque usu & utilitate ipsius su-
550. perioritatis & appellationum: quatenus hæc omnia jure utilis Dominii ad vasallum pertinent, Rosenth. *dict. c. 5. de feud. conclus.* 78. *n.* 9. 10. *&* 11. Nec enim Archiepiscopus iste feudi Dominus, est patriæ hujus Dominus, nec Comites de Sayn in Wittgenstein ejus causa sunt subditi Trevirensi, *Clem. Pastoralis de sentent. & re judic.* Et quod non habuit, quomodo investiendo retinere potuit?

551. Et quid multa? consuetudo Germaniæ id servat, ut de Ducatu, Comitatu, Baronatu investiti habeant tam secundas, quam primas causas, neque detur ulla appellatio ad Dominum investientem, sed ad Imperatorem, vel Cameram Imperialem, ubi aperte aliud non convenit, neque aliud consuetudo habet, Henric. Rosenth. *c. 5. de feud. dict. concluſ.* 78. *numer.* 9. quod infinitis exemplis Electorum a Bambergensi Electoratus recognoscentium, Saxonum, aliorumque Principum ab Abbate Hersfeldensi & Fuldensi, tum ab aliis provincias quasdam in feudum habentium, Landgraviorum ab Herbipolensi feuda pleraque Cattimelibocensia recognoscentium, & ita deinceps ostendi potest.

Etsi Comites in Sayn, in Wittgenstein, in Wieda, in Isenburg, in Solms, in Nassaw, provincias plures in feudum recognoscant a Palatino, ab Hasso, vel quo alio Principe, nulla tamen ab his appellatio ad Trevirensem, ad Palatinum, ad Hassum, vel quem alium feudi Dominum datur, sed tantum ad Patriæ Dominum, nempe Imperatorem, vel Cameram Imperialem. Comitibus autem Barones æquiparantur, & jure Principis in sua Baronia gaudent, & cum hæc Baronia sit pervetusta, tanto minus probabile est in ea aliud observatum esse antiquitus, quam in cæteris. Quin potius id, quod consuetum est, quod moribus obtinuit generaliter in Germania, etiam in hac provincia observari æquum est. Con-
552. suetudo enim est ejusdem potentiæ, cujus est lex, Hippol. Rimin. *consil.* 292. *num.* 16. & æquipollet veritati, & fungitur vice Principis, *C. super quibusdam §. præterea, ext. de verb. significat.* Hippolyt. Rimin. *dict. cons.* 292. *n.* 17. *&* 18.

Ex facti specie etiam constat, has appellationes clam Comitibus auditas & tractatas esse: & forte durante oppignoratione Comitum aliquis partes suas Dicasterio Trevirensi commisit, ex quo vigore oppignorationis appellationes ab initio pro dodrante, post pro semisse ad Archiepiscopum pertinere debuerunt. Quod etsi in facto consistit, nec ideo nostrum est de eo respondere, probabile tamen est & præsumibile, de quo cogitandum.

In facto hoc etiam asseritur, non posse ex parte Trevirensis probari, exercuisse appellationes ante oppignorationem: & cum de ea controversia mota esset, ac de origine quæsitum, prolatum fuisse librum quendam, ex quo constabat, quando cœperint Assessores Dicasterii sibi hoc jus usurpare. Hoc autem tempus recentius longe fuisse, quam est oppignorationis. At durante oppignoratione Archiepiscopus ejusque Dicasterium non potuerunt appellationes usu & præscriptione acquirere: tum propter titulum vitiosum, tum propter malam fidem, & quod causam possessionis sibi mutare non potuerunt, quæ omnia cum in resolutione secundæ quæstionis sint discussa, comprobata & declarata, hic præterimus.

Ex hujus quæstionis resolutione argumenta etiam a situ consueto, verisimili, a causæ potentia, observantia, & reliqua omnia hic repetita esse volumus. Vehementer enim singula & omnia illa hujus quæstionis decisionem adjuvant. Neque obstant, quæ videntur repu- 553.
gnare.

Ad primum respondetur, majorem in hac controversia oportere intelligi non de eo, qui major est dignitate, sed administratione, secundum Petr. Gregor. Tholos. *de appellat. lib.* 4. *c.* 1. *num.* 4.

Etsi vero Archiepiscopus est major dignitate, finita tamen Archiepiscopi administratione per reluitionem in hac Baronia erit minor: itaque non ad Archiepiscopum, ejusque Dicasterium, sed Comitem appellandum erit.

Assertio eorum, qui volunt ad feudi Dominum appellandum esse, agunt de eo, qui a Domino in feudum rem accepit, in quam is Dominus superioritatem habebat, & sic ratione situs ac Domicilii illius superioritati ac supremæ potestati inclusa erat. Hanc non præsumitur ab ea superioritate liberasse & exemisse, quam ante in eam habuit: atque ideo nec concessisse appellationes, etiamsi sit generalis concessio, quia non præsumitur Princeps tali casu fontes suos derivasse foras, ut nihil penes ipsum remanserit, Andr. Knichen. *de sublim. territor. jur. c.* 1. *num.* 318. sed potius ut ea superioritas semper sarta tectaque manserit, & sic majorem sibi reservat, quam concedit, Rol. a Valle *cons.* 1. *num.* 135. *& seq. vol.* 2. cum hæc non sit de marsupio Principis, sed de sacro sanctorum. Et quod hæc eorum sententia sit, patet ex ipsis autoribus diligenter inspectis: patet ex rationibus & causis, quibus ad id statuendum moventur: patet ex his, quæ de hac re disserit Rosenth. *per tot. concluſ.* 78. *c.* 5. *de feud.* tum quæ scribit *d. c.* 5. *concluſ.* 5. *num.* 17. 19. & inprimis *num.* 20. *vers. verum id saltem*: tum quod nemo id retinuisse aut reservasse dici potest, quod nunquam ipse habuit: tum denique ex eo, quod supra ali- 554.
quoties ex Cl. JC. Tob. Paurmeist. 2. *de jurisdict. c.* 8. *num.* 48. Andr. Knich. *de sublim. territor. jur. cap.* 1. *num.* 205. Rosenth. *dict. c.* 5. *concluſ.* 9. *num.* 6. *&* 7. probatum est: quod si quis allodium suum alii feudi conditione subjecit, non propterea censeatur se subditum fecisse,

ciſſe, ſi ante non fuit, ſed potius jura ſuperioritatis vel ſibi reſervaſſe, vel etiam in feudum recepiſſe vel recipere voluiſſe, ne ſibi noceat. Quia autem conſtat ex propoſita facti ſpecie, & iis, quæ in reſolutione ſecundæ Quæſtionis dicta ſunt, hanc Baroniam non eſſe de territorio Trevirenſi, neque ei ſubeſſe ratione ſitus & loci, neque originem habere a conceſſione Trevirenſi, ſed origine ſua Comitum de Sayn allodium fuiſſe, & a fratribus jure paribus in feudum converſum inter ipſos, & hoc jus feudi, quod alter fratrum retinuit, poſtea per ceſſionem ad Trevirenſem perveniſſe. Jura igitur illa de appellationibus in dubio reſervatis prorſum ad hanc facti ſpeciem accommodari non poſſunt.

Deinde inter fratres originem feudi conſtituentes hoc actum eſſe, ut omnia etiam ſuperioritatis jura ad Engelbertum & ejus poſteros pertinerent, prolixe in ſecundæ quæſtionis reſolutione oſtenſum eſt. Sed & per verba illa: **mit Herrſchafft und Gerichte, hohe und tieffe,** ſatis aperte etiam appellationes conceſſas eſſe, paulo ante vidimus. Atque ita
555. his etiam refutatum eſt, quod ex Roland. a Valle *dict. conſ. 75. numer. 15. verſ. quia hoc jus cognoſcendi &c.* adduci poteſt: ac fruſtra de eo laboratur, utrum id actum ſit, nec ne? cum probabile ſit, Engelbertum noluiſſe ſe ſuo jure nimium denudare, & ex pari inferio-
556. rem facere. Sic poteſt forte procedere argumentum, quod de judice dato per eum, cui mandata eſt jurisdictio, adduci poteſt in eo, cui partem ſui territorii, vel quod intra fines ejus eſt, & origine ſua in feudum concedent, ſubjectum erat: at non quoad hunc caſum, ubi hæc facti circumſtantia deficit.

Eſt deinde etiam captio in hoc argumento: cum idem non poſſit & datam & mandatam habere eandem jurisdictionem ab eodem. Ma-
557. nifeſta quippe differentia eſt ejus, cui data eſt jurisdictio, & cui mandata eſt; ut videre licet *in l. fin. ff. de off. ejus cui mandat. eſt jurisdictio. L. 2. l. 5. l. 6. l. ſolet, l. ſeq. ff. de jurisdict. omn. judic. d. l. a Judice. 5. cum ibi annot. C. de Judic.* Sed de eo hic non admodum neceſſe eſt multum laborare.

Quod pars accedens fuerit Comitatus Sayn ante fraternam diviſionem, verum eſt: at non fuit pars integrans, neque in eo Comitatu conſiſtens, ſed propriis ſuis terminis, propriaque dignitate ac ſuperioritate florens: ideoque id, quod Roſenthal. *dict. concluſ. 78. num. 8. verſ. majore ratione*, ſcribit, huic facto non poteſt adæquari. Deinde ſolius Johannis neque Comitatus, neque hæc Baronia erat, ſed ſimul etiam Engelberti, & ſic par in parem nullum Imperium habebat, durante communione, nec ut poſtea haberet, convenit, nec actum eſt. Quo fit, ut nec Balduino, nec Cunoni ejus aliquid ceſſum videri poſſit.

Iisdem modis infirmatur, quod reſervata ſupremæ poteſtatis non intelliguntur generalibus clauſulis vel univerſalibus includi, nec etiam comprehendi conceſſione omnimodæ jurisdictionis, & quod Roland. a Valle *dict. conſ. 75. num. 15. verſ. ubi dicit, quod licet reſervatio ſuperioritatis*, ex Socin. Jun. *dict. conſ. 126. num. 37. vol. 3.* adduxit. Deeſt enim habile ſubjectum, cui hæc applicari poſſint, ut modo vidimus.

Non obſtat, quod ſolus eſt in quaſi poſſeſ- 558.
ſione appellationum: cum in his, quæ ad jurisdictionem & ſuperioritatem vel ſuperioritatis quaſi poſſeſſionem in alieno territorio obtinendam ſpectant, ad victoriam cauſæ, etiamſi in poſſeſſorio verſemur, recuperandæ vel retinendæ, non ſufficiat, actus poſſeſſorios allegari ac probari, niſi ſimul etiam juſtitia & titulus ejus doceatur, per *C. final. de reſtitut. ſpoliato, in 6.* Andr. Knichen *de ſublim. territor. jur. cap. 3. num. 114. & c. 5. num. 13.* ubi *num. 14.* ſcribit, fruſtra intentari poſſeſſorium jurisdictionale, niſi deducatur quoque petitorium, ſeu poſſidendi argumentum, *per L. 2. §. quædam. ff. de interdict. L. 1. §. permittitur. ff. de aqu. quotid. & æſtiv.* Militat enim contra eum, qui in alieno territorio aliquam ſuperioritatem quærit, juris præſumtio, *per dict. c. fin.* quotiescunque autem præſum- 559.
tio militat contra poſſidentem, poſſeſſionis titulus docendus eſt. Andr. Knichen *de ſublim. territor. cap. 5. numer. 25.* Titulum autem vix alium Archiepiſcopus oſtendere poteſt, quam pignoris ſive venditionis cum pacto reluitionis quandocunque &c. qui per reluitionem tollitur, *d. l. fin. C. de luit. pignor.* luitione igitur facta, fruſtra Trevirenſis prætendet poſſeſſionem vel quaſi appellationum. At multo minus locum habere poteſt præſumtio a 560.
præſenti in præteritum, quæ regulariter non admittitur, nimiumque fallax eſt & non concludens, Menoch. 6. *de præſumt. 65.* quod etiam ipſemet Andr. Alciat. fatetur, *dict. R. 2. de præſumt. 26. num. 2.* ubi tradit, quod regula ſit in contrarium conſtituenda: ut de præſenti non præſumamus in præteritum: maxime quando præſens ſtatus eſt difformis a ſtatu, qui olim fuit: Alciat. *dict. præſumt. 26. numer. 3.* quod certe hic evenit. Nec magis illicitum a præſentibus, quam præteritis actibus, hac præſumtione amovetur: quia potius augetur.

Ex quo conſtat, hanc appellationum uſurpationem ſibi Archiepiſcopos & eorum Dicaſterium arrogaſſe, oppignoratione jam contracta. Quo fit, ut nec quid proſit eis, quod ex Alciato *de præſumt. reg. 2. præſumt. 20. n. 2. verſicul. ſecus ſi ſit aliqua*, adduci poteſt: quia de præſenti ſufficiens & idonea cauſa a civitate illa præſupponitur, quæ æque olim ut hodie probabile facit, villam eſſe ſub jurisdictione civitatis: cum exiſtat villa iſta intra terminos territorii civitatis illius. At ejusmodi habile ſubjectum hic non admittamus, quia diſerte negatur, hoc territorium Vallendar exiſtere intra terminos territorii Trevirenſis. Quandoquidem quoque detur, Jaſon. *in dict. 561.*
conſil. 161. Paril. Curt. & aliorum opinionem de prima appellatione, vaſallo præter primas cauſas permittenda, veram eſſe;

non tamen ex eo consequens esset, quod a Comite deinde ad Trevirensem appellandum sit: cum origo hujus territorii non sit ab Archiepiscopo, neque intra fines territorii Trevirensis existat: de quo casu autores illi differunt: & moribus in Germania receptum sit, ut ad feudi Dominum, nisi in mere feudalibus, non appelletur. Rosenth. *d. concl.* 78. *num.* 9. 10.

Cur ad tempus communiter non exercuerint conjuncta manu appellationes, ejus rei multiplex causa dari potest: Error, ignorantia, loci distantia, mandatum Dicasterio probabiliter datum, et siquæ ejus generis alia, de quibus cogitandum est.

De præscriptione quod adducitur, ei respondemus, ut supra in secundæ quæstionis resolutione: quod hic constat de principio illius usus: Ideoque non potest præscriptio aliqua immemorialis temporis prætendi. Deinde deficit bona fides, omnino etiam in præscriptione immemoriali necessaria: maxime quo casu juris præsumtio adversatur possessioni, *per*
562. *dict. c. fin. de restitut. spoliat.* 6. Nec recepta est Felin. Salic. & aliorum opinio, existimantium, in immemoriali præscriptione bonam fidem ita præsumi, ut sit præsumtio juris de jure, nec admittat contrarii probationem.

Nam contrarium defendit Philippus Franc. *ad cap.* 1. *col. fin. de præscript. in* 6. post *Gloss. ibid. in verbo, nisi,* nec non communis Schola Canonistarum, *in dict. c. fin. extr. de præscript. per illum text.* qui generaliter ad quamcunque præscriptionem necessariam esse bonam fidem statuit: eamque Franc. Joh. Andr. & commun. Canonistarum sententiam veram credit Francisc. Balb. *de præscript. part.* 2. *part.* 3. *princip. quæst.* 6. *numer.* 20. *versic. & pro hac opinio &c.* omninoque statuit, quod ubi constat de mala fide, non procedat præscriptio etiam tanti temporis, cujus initii memoria ignoratur, *per dict. cap. fin.* quippe qui totum dicit, nihil excludit, *C. si Romanorum* 19. *distinct.*
563. De mala autem fide hic aperte constat, dum omnes Archiepiscopi, qui ab Anno 1340. usque huc vixerunt, adeoque multo magis capitulum, quod nunquam moritur, convincuntur sciviſse, notumque habuisse, hoc territorium esse alterius, *per leg. bonæ fidei, cum ibi nota ff. de verb. signific. L. quæsitum est* 30. *leg. bonæ fidei.* 48. *ff. de acquirend. rer. dom. leg. qui scit* 25. *in princip. & §. fin. ff. de usur.*

Quibus ita discussis, corruit etiam officialis depensio, quam vitiosa hac præscriptione fundare nititur. Nec potest melioris esse conditionis, quam autor ejus & principalis, qui in mala fide deprehenditur, si præscriptionem prætendere velit.

Quæ ex jure Canonico de Ecclesiastica censu- 564.
ra, etiam inter Laicos exercenda, adduci queunt, non pertinent ad contentiosam jurisdictionem, ubi debita & credita exiguntur, sed ad forum conscientiæ in confessione pœnitentia coërcendæ, & sic consequenter ad satisfactionem urgendæ, *capit. cum tu extr. de usur.* secundum Hostiens. *dict. t. de for. compet. num.* 11. *vers. quod ubicunque quæritur.*

Abusus autem est, si eam ad quascunque causas extendere velint, pro amplificanda & extendenda sua jurisdictione, quam clamitant esse favorabilem, favore Ecclesiæ: quasi favore Reipublicæ secularis non æque sit favorabilis. Cogitare debebant potius, non oportere alteri per alterum iniquam conditionem inferri, vel consilium suum mutare in alterius
detrimentum: Nam & Ecclesia cultrix & au- 565.
ctrix justitiæ erit, contra quam non patietur aliquid fieri in se vel alium, *cap.* 1. *de alien. feud.* Deinde hæc jura forte in Italia locum sortiri queunt: In Germania hæc aliter se habent, maxime post publicatam constitutionem de religione. Usus & observantia, si quæ hic prætendi potest, ea dependet ab Archiepiscopi titulo & usu hujus Baroniæ, qui per reluitionem dissolvitur: Ergo & officialis dissolutus erit, ut accessorium non sit melioris conditionis, quam principale: neque minister plus possit & juris habeat, quam Dominus ejus. Eventus quoque & experientia huic quoque rei remedium dabit.

Quartæ Quæstionis Resolutio.

566. DE collectis dubitatio ex eo quoque moveri potest, quod earum nulla fit mentio vel in pacto divisorio & investitura, vel cæteris documentis, *sub Num.* 11. 12. 14. 15. Instru-
567. mentum autem quodlibet stricti est juris. Wesenb. *consil.* 3. *num.* 29. *consil.* 51. *num.* 4. *& 5. per L. ad probationem* 21. *C. de probat.* nec ultra expressa extendendum. Modestin. Pistor. *consil.* 1. *n.* 29. *consil.* 19. *n.* 10. *consil.* 35. *vol.* 1. Bald. *ad L. lecta, in* 2. *oppos. ff. de reb. credit. si cert. pet. per L. ult. C. de fals. caus. adject. & ad L. interest, num.* 2. *C. de solut. per*
568. *L. quicquid adstringendæ ff. de verb. oblig.* Tantum enim probat, quantum loquitur: nihil ultra, *L. ad probationem* 21. *C. de probation.* nec ampliativam interpretationem admittit, etiamsi promissio sine ea non posset stare, inquit Bald. *consil.* 145. *col. penult. volum.* 3. & Joh. Petr. Surd. *consil.* 127. *numer.* 34. *consil.* 220. *num.* 13. *per l. illam. C. de collat.* Itaque nec collectandi potestas & jus Engelberto ejusque posteritati permissum, sed Johanni Comiti reservatum esse videtur. Deinde actus allegantur possessorii, non solum recentes, sed & antiqui, ut ex adductis sub signatura *N.* 20. *&* 21. *&* 23. patet, quod Anno 1505. & 1506. Archiepiscopus hoc jus in hanc provinciam exercuit: & cum simile quid ejus tentaret Wilhelmus Comes de Sayn in Wittgenstein,

Archie-

Archiepiscopus Jacobus eum dehortatus est; & cum *circa annum* 1556. *& seqq.* iterum eadem controversia mota esset, ut est *sub Numer.* 24. *&* 25. ac Comes Wilhelmus deprecaretur, ut subditis parcatur, neque exigat Archiepiscopus *sub Numer.* 26. Archiepiscopus Johannes hoc Comiti denegavit, ac insuper tempus immemoriale prætendit, quo subditi soliti sunt Archiepiscopo contribuere, in verbis: **Weil wir nichts neues, oder auch anderer Gestalt, dann je und allwege über Menschen Gedencken herkommen ist.** Quanta autem vis sit, & quis effectus possessionis temporis immemorialis, in resolutione
569. tertiæ quæstionis attingebatur: tum & quantum prosit, quem possidere, traditur *in §. commodum. Institut. de interdict.* Neque hæc possessio vel quasi recens, vel primum inchoata esse dicitur a tempore oppignorationis, sed eam multo tempore antecessit, tempore nimirum Cunonis Archiepiscopi, qui collectam a
570. Vallendarensibus exegisse fertur: idque catastro, vel libro æstimi, aut registro aliquo antiquo probari, cujusmodi probatio in hoc genere censetur idonea, Andr. Knichen *de sublim. territor. jur. c. 3. num.* 333. *& seqq.*

Unde elicitur quoque haud male immemorialis temporis præscriptio, habens titulum ex tractatu habito Anno 1340. inter Archiepiscopum Balduinum, & Johannem Comitem in Sayn &c. de hominibus, decimis, & quicquid juris haberet in Vallendar, Maxsein & Selters &c. quod a Moderno Archipræsule ali-
571. quoties allegatum est. Nec parum corroborat intentionem Trevirensis, quod interceſſioni & deprecationi Wilhelmi cedere noluit, nec locum dare: quod vim habet expressæ prohibitionis, qua vel sola potuit constitui initium præscriptionis; ex quo ei Comes Wilhelmus acquievit, *per gloss. & tradita DD. ad L. 1. & L. 2. C. de servit. & aqu. & ad L. quæ luminibus. ff. de servit. urb. præd. can. ad C. cum Ecclesia Sutrina, extr. de caus. possess. & propriet.* Panorm. *ad C. significante, in 1. notab. extr. de app. & in C. Abbate, extr. de verb. signific.* ita ut longissimo tempore Archiepiscopus sibi soli hoc jus in hoc territorio acquisivisse, & Comes id amisisse videatur, etiamsi sit hæc prohibitio extrajudicialis, eique obtemperasset pro bono pacis, *per text. in dict. cap. Abbat.* secundum Panormit. *ibid. col. 2.* Bald. *in L. item lapilli, quæst. 3. ff. de rer. div. per l. si quisquam. ff. de divers. & temp. præscript.* Francisc. Balb. *de præscript. part. 4. part. 5. princip. quæstione 5. numer. 3. & 4.*

Et quod Archiepiscopus *sub Numer.* 20. voluit, si putet Comes sibi Vallendarenses ad similem indictionem jure teneri, ut id scripto proponat, atque coram suis consiliariis ipse & Vallendarenses auditi sententiam expectent; hoc ipso innuit, jus collectandi subditos in Vallendar Comiti non competere, nisi id ad se pertinere jure demonstret, atque obtineat. Quod cum Comes non fecerit, vi- 572.
detur esse excluſus a jure agendi post tantum, quod centum annos jam excedit, tempus, *per L. sicut. L. omnes. L. cum notissimi & tot. tit. C. de præscript.* 30. *vel* 40. *annorum*, ac de jure suo non fuisse certum, alioquin mature proposuisset: juxta illud, qui male agit, odit lucem: & quod sine actione nemo agere potest, *L. 6. §. videamus. ff. de negot. gest.* Ideoque, etsi hæc controversia Anno 1556. 1557. 1558. item 1559. & 1580. resuscitata fuerit, ac interposita ex parte Comitis protestatione contradictum, ut Archiepiscopo aut prorsum collecta non detur, aut tantum pro semisse, ut *sub Numer. 23. 24. 25. 26. & seq.* videre licet: hæc tamen contradictio & inhibitio frustra potest videri facta, completa jam præscriptione longissimi temporis ab Anno 1506. imo præscriptione centum, vel prope ducentorum annorum, initio facto a Cunone Archiepiscopo, qui primus collectas & indictiones a Vallendarensibus exegisse dicitur. Sed & ab Anno 1558. usque huc, ultra longissimum tempus, Comites de Sayn in Wittgenstein videri possunt acquievisse resolutioni Johannis Archiepiscopi, qua recusavit omittere vel remittere collectam huic provinciæ. Completa autem præscriptione frustra fit inter- 574.
ruptio: Cum nihil sit, quod lædere possit: Franciſc. Balb. *de præscript. part. 3. part. 6. & ult. princip. num. 52. per C. auditis, versicul. si tamen*, ubi Panormit. *in ult. notab. extr. de præscript.* Et communiter concludunt Canonistæ, *in C. vigilanti, extr. eod.* quod superveniens etiam mala fides post completam præscriptionem non nocet, nec tollit usucapionem. Deinde, etsi quidem Ducibus, cæterisque 575.
Romani Imperii Principibus, ac Comitibus, in Ducatibus, Principatibus & Comitatibus suis gaudeant jure collectandi, etiamsi terras illas ab aliis in feudum recognoscant, quatenus de jure regalium specialiter ab Imperatore sunt investiti, Baronibus tamen hoc jus non competere, nisi ex speciali privilegio, vel consuetudine aut præscriptione, autor est Wesenbec. *consil. 45. numer. 13.* certis tantummodo casibus jure aut consuetudine expressis, Wesenbec. *dict. consil. 45. numer. 14.* idque *per l. placet. ff. de excusat. mun. l. 1. Cod. de exact. tribut. libr. 11.* & per ea, quæ Rebuff. scribit *ad L. 1. C. de exactor. tributor. libr. 11.* Sed nunquid, inquit Rebuff. Baro subditis suis potest imponere collectam pro filia maritanda, aut alias ob causas, prout sibi causa apparebit? Videtur quod sic, *per capitul. Imperialem. §. firmiter, de prohibit. feud. alien. per Frideric.* Sed contra credo, *per hanc l. & l. placet. ff. de excusat. tut.* additurque ibi ad marginem; quod, etiamsi Barones, qui recognoscunt superiorem, graventur supra solitum a suo Principe, non tamen possint novas collectas subditis suis indicere: & ratio subnectitur, quia tales collectæ sint de regalibus, quæ non competunt inferioribus, *C. 1. quæ sunt regal.* Angel. *n. 2. ad L. 1. C. de excus. mun. lib. 11.* ubi quærit:

576. An Præsides provinciarum possint imponere collectam? Et respondet, quod non: sed remanet, inquit, jus collectandi apud eum, ad quem primo pertinebat, *L. placet. C. de excus. mun. lib.* 10. Quinimo *in dict. l. placet*, interdicitur præfecto prætorio, ne quod gravamen indicat, inconsulto Principe: tametsi summa ejus fuerit dignitas & potestas post Principem, nec ab ejus sententiis appellari, sed tantummodo supplicari potuerit. Cui accedit *L. unic. C. de superindict. lib.* 10. ubi Impp. Gratianus, Valentinianus & Theodosius rescribunt, quod nemo debeat quicquam superindictorum solvere, vel exigere, nedum indicere, nedum Proconsul aut Præses, nec ullus Rector Provinciæ aut Civitatis, nisi cum Imperiali confirmata fuerit Judicio illa superindictio sive collecta. Privilegium autem hic nullum speciale ostendunt Comites, nec consuetudinem vel præscriptionem per patientiam tanti temporis remotam, ut modo ex prædictis Instrumentis *Num.* 20. 21. 23. 24. 25. *& seqq.* apparuit. Comites itaque redimentes non habebunt jus collectandi, sed Archiepiscopus, qui & Privilegium habet collectandi subditos, & consuetudine hoc obtinuit, itemque præscriptione etiam in hac provincia, licet aliena.

577. Nam hoc novum non est, ut aliquis Princeps in alieno territorio, etiam cujus superioritas aliena est, unum atque alterum regale, etiam ad jus superioritatis pertinens, acquisitum habeat consuetudine vel præscriptione, ut tantum ejus sit, quantum præscriptum est, & tantum præscriptum, quantum possessum, ita ut in hoc ipso singulariter quæsito, Domini territorii jurisdictio & potestas, etiam superior, in suspenso hæsitet, Joh. Koppen. *singul. quæst.* 48. *num.* 17. Andr. Knich. *de sublim. territ. jur. c.* 3. *n.* 22. 23. 24. *& seqq. & c.* 4.

Nec interest, an is superior sit Princeps, vel Comes quoque Imperii, vel non, cum fieri possit, ut Princeps vel Comes Imperii possit bona vel castra habere in alieno territorio, quæ in totum illius territorii superioritati essent subjecta, & ita respectu eorum bonorum non haberet jus collectandi, quia nec ulla alia superioritatis jura exercere posset, ut late Andr. Gail. *de arrest. c.* 6. *num.* 10. 14. *& seqq. & c.* 7. Quanto magis ergo hoc evenire potest circa unum atque alterum regale?

578. Denique communis feudistarum opinio est, teneri etiam vasallum ejusque castrum, homines & terram, quæ in feudum habet, Domino suo ad collectas, præsertim sex casibus, veluti pro exercitu Imperatoris, transitu & coverra Imperatoris pro militia suscipienda, pro Domini redemtione, pro emtione terræ novæ, & filiæ elocatione, per ea, quæ notant Alex. *ad l. placet. C. de excusat. mun. lib.* 10. Jas. *in 2. lectu. L. placet. num.* 19. *C. de SS. Eccles.* Hostiens. *in summ. de immunitat. Eccles. num.* 3. *vers. extraordinariorum, vers. in talibus & similibus*, qui dicit, hanc sententiam communi consuetudine & usu approbatam esse: cujus etiam meminit Rosenthal. *de feud. c.* 5. *concluf.* 78. *in princip.* ubi *num.* 1. *in gloss. a & b* plures allegat.

Sed his non obstantibus, contrarium verius 579.
hoc casu existimamus, moti cumprimis omnibus illis rationibus, quibus in resolutione secundæ quæstionis evicimus, jus superioritatis territorialis esse Comitis, & facta reluitione totum ad eum redire, nec quicquam ejus retineri posse. Collectam autem horum numero 580.
esse, aperte asserit Andr. Knichen. *dict. c.* 3. *de sublim. territor. jur. num.* 310. *& seqq.* & superioritatis possessionem importare, *num.* 341. *cum seqq.* nec non Wesenbec. *dict. consil.* 45. *num.* 8. 20. *&* 38. Joh. Borcholt. *ad c.* 1. *quæ sunt regalia, numer.* 85. Hieron. Schurff. *consil.* 59. *num.* 2. *cent.* 1. Masuer. *tit.* 39. *de taliis seu collectis, num.* 15. & ibid. Castrens. *in addit.* Ægid. Thomat. *de collect.* §. 1. *num.* 6. *vers. igitur sciendum est, num.* 7. Jacob. Schultes *in addit. ad Modestin.* Pistor. *quæstion.* 42. *&c. verb. nulli competit, part.* 1. Deinde 581.
hanc conclusionem probat, quod regalibus generaliter concessis, cætera omnia, quæ expressis non sunt majora, concessa quoque intelliguntur, maxime si generalis clausula sit subjecta, Joh. Borcholt. *ad dict. c.* 1. *num.* 11. *quæ sunt regal.* Andr. Tiraq. *ad L. si unquam, in præfat. num.* 117. *& seqq. C. de revoc. don.* Nicol. Mozz. *de natur. feud. num.* 25. *vers. limitabis tamen.* Rosenth. *de feud. c.* 3. *concluf.* 14. *num.* 4. *vers. nisi subjecta*, per doctrinam Bart. *in L. cum delanionis.* §. *cui fundus & L. quæsitum. ff. de fund. instruct. instr. legat. cum similibus.* Etsi vero *sub Numer.* 2. 1. *&* 2. 2. nec non 11. 12. 14. *&* 15. nominatim non fit mentio talliarum, datiorum, collectarum & similium, his tamen majora vel certe paria recensentur, **Manne, Burgmanne, Dienstleute, Leute und Dienste, Wege, Stege, Strassen, Wasser, Wasserläuffe, Bann, Busse, Folg, &c.** tum etiam **hohe und tiefe Herrschafft und Gerichte &c.** De quibus ratio sana non patitur quem dubitare, quod talliis, datiis, collectis sint majora vel certe paria. His autem in iisdem subjicitur generalis clausula: **Und allen andern Rechten und Nutzen, die zu der Vesten &c. wie die genannt seyen, ersucht und unersucht, nichts mit ausgenommen &c.** Quam ob rem per hanc clausulam hæc & ejus generis alia inclusa 582.
esse intelliguntur. Nec adversatur nobis, quod Wesenbec. *dict. consil.* 45. *numer.* 38. *usque ad numer.* 45. contendit, generalem investituræ clausulam non esse ad collectas extendendam, quia hoc vergit in præjudicium non concedentis, sed terrarum, subditorum scilicet, quod concedi quidem posset, si quæstio esset inter vasallum & subditos, secus, quando non agitur de parcendo subditis, neque inter subditos & investitum, sed inter Dominum & vasallum de regalibus, vel regali feudo investitum. Nam tunc oportet clausulam illam generalem aliquid operari. Neque etiam hic versamur proprie in terminis investituræ interpretandæ, & numquid in feudum concessum

ſum ſit, nec ne? ſed quid pignori datum ſit, ut reſtituatur. Plenam oportet hic reſtitutionem fieri, & talem, quæ conventioni reſpondeat, ut in primæ quæſtionis reſolutione vidimus.

583. At ſub verbo, **Gefällen**, collectæ etiam incluſæ videri queunt: tum quod vox illa generalis eſt, includens etiam gabellas & datia, quæ ex contractibus, permutationibus transeuntibus vel mercibus dantur. Imo vectigalia quoque & quæ vocant vulgo *Accis &c.* Tum etiam, quod mox ſequitur vox, **Buſſen, Gebott** ꝛc. & ſic proxime cohæret cum his, quæ indubitato ſunt jurisdictionis & fructus ejus, Andr. Knich. *de jur. Duc. Saxon.*
584. *fol.* 126. Collectæ autem & indictiones ut plurimum jurisdictionis eſſe dicuntur, & ad jurisdictionis regale pertinere, Gylmann. *in ſymphor. Camer. tom.* 1. *part.* 2. *tit.* 6. *vot.* 1. *n.* 2. *& vot.* 2. *num.* 2. *vot.* 3. *num.* 5. *&* 6. Tum quod alioquin hæc vox ſtaret ſine ſingulari aliqua virtute operandi, & propria vi aliquid ſignificandi, ac ſuperflua eſſet, quia
585. vox præcedens, **Renten**, & vox, **Gülten**, omnes alios reditus, proventus, exactiones, ordinarias Collectas, omnesque emolumentorum utilitates & commoda includunt ac ſignificant, Andr. Knich. *de jur. Duc. Saxon. verb. Ducum Saxon. cap.* 5. *fol.* 123. poſt Nicol. Boër. *deciſ.* 224. *Num.* 6. Innocent. *in cap. Paſtoralis ext. de donat.* Natta *conſ.* 435. *n.* 5.

Jura autem non permittunt, ut vel ſyllaba quidem, tantoque minus vox aliqua tota ſtet otioſa & ſine virtute ſignificandi, Bald. *ad rubr. C. de contrab. empt. q.* 9. Pariſ. *conſ.* 66. *num.* 9. *vol.* 2. Cravett. *conſ.* 84. *num.* 12. Roland. a Valle *conſ.* 67. *num.* 24. *vol.* 1. *conſ.* 61. *n.* 47. *vol.* 2. Tiber. Decian. *reſp.* 30. *n.* 2. *vol.* 1. Joh. Petr. Surd. *conſ.* 325. *n.* 6.

Præterea collectas, & earum indicendarum taxandarumque jus ac poteſtatem communione hac, vigore oppignorationis durante, non ſolum Archiepiſcopum, ſed una cum eo Comites de Sayn in Witgenſtein exercuiſſe, impoſuiſſe & exegiſſe, probatur ex Jacobi Archiepiſcopi *utroque reſcripto ſub Num.* 20. *&* 21. inprimis autem *Num.* 21. *verſ.* **Dieweil ſie uns über den jährlichen Schatz, ſo Wir und die zu Vallendar ſollen haben, gegeben haben** ꝛc. Ubi ipſemet Archiepiſcopus teſtatum facit, quod **Steuer**, quam tertio quoque anno colligunt, & dividunt, non ipſe in ſolidum, ſed pro ſemiſſe recipiat. Cujus Collectæ ſive **Schatzes** indictio & exactio initio oppignorationis inter Archiepiſcopum & Comitem convenit, quæ deſcribitur in Inſtrumento proteſtationis, anno 1558. Collectarum cauſa interpoſito, non procul a principio, *in verſ.* **Dieweil die Herrſchafft Vallendar zum halben Theil** ꝛc. His verbis: **Davon ſeiner Churfürſtlichen Gnaden jährliche genugſame Zinß, Gült und Rhenten fallen, und zu dreyen Jahren einen Schatz zum halben Theil, ſo lang die Pfandſchafft währet.** Quod ſi jus collectandi Archiepiſcopo proprio jure competiviſſet, ejusmodi pactum cum Comitibus non conveniſſet, neque ut pro ſemiſſe habeant, permiſiſſet, vulgata juris præſumptione id urgente, de qua *in d. l. cum de indebito. ff. de probat. cum ſimilib.*

Rurſum idem Jacobus Archiepiſcopus *ſub Num.* 20. §. **Nun verſtehen Wir du ſolleſt** ꝛc. *verſ.* **Sie wolten dir dann aus eigenem guten Willen auch gern, über das ſie pflichtig ſind, geben** ꝛc. *& ſub Num.* 21. *anno* 1506. *verſ.* **Doch wo die von Vallendar** ꝛc. Fatetur, ſe impedire non poſſe nec velle, ſi quam Collectam etiam Comiti Wilhelmo ſponte dare velint, quia & ipſi 586.
ſponte ſua hoc ſublevamen conferre promiſiſſent ad exemplum Trevirenſium Provincialium, tanquam charitativum quoddam, *per cap. cum Apoſtolus, C. prohibemus. ext. de cenſib.* Nicol. Boër. *deciſ.* 126. *num.* 8. *& ſeqq. deciſ.* 128. Fernand. Vaſqu. 1. *illuſtr. quæſt.* 7. *n.* 6. Hoc ipſo igitur Jacobus Archiepiſcopus ille confeſſus eſt, jus indicendæ & exigendæ Collectæ ex cauſa publice utili & neceſſaria, ſtante hac communione, æque habere Comitem, atque habet Archiepiſcopus. Cujus confeſſioni, quæ minime erronea eſſe docetur, ſtare teneri modernum Archiepiſcopum ac Capitulum, ſupra pluribus probatum eſt, cum factum ejus impugnare non poſſit, cujus univerſalis ſucceſſor in dignitate ac Principatu factus eſt, *per l. cum a matre, cum ibi annot. C. de rei vind.*

Quod ſi quis ex parte Trevirenſi regerere 587.
velit: at ejusmodi voluntariam Collectam non eſſe de regalibus, neque jure univerſalis territorii indici vel exigi, ſed ex promiſſo: Felin. *ad C. cum nobis, in* 6. *verſ. demum. nota ext. de præſcript.* Paris. *conſ.* 25. *n.* 93. *&* 94. *vol.* 1. Alex. *conſ.* 68. *n.* 12. *lib.* 2. Coſtal. *ad L.* 1. *ff. quod cujusque univerſ. nom.* Weſenb. *conſ.* 27. *n.* 20. *verſ. nec etiam eſt jus.* Henning. Goed. *conſ.* 2. *n.* 9. Guid. Pap. *deciſ. Gratian.* 631. *n.* 5. 6. 7. *deciſ.* 444. *num.* 1. hic ſciat, omnem Collectæ indictionem ab initio eſſe neceſſariam quidem ex parte petentis, voluntariam vero ex parte promittentis, ſeu ſubditorum: at mox interpoſita promiſſione, etiam ex parte promiſſoris fieri neceſſariam: quia, quod initio fuit voluntatis, ex poſt facto promiſſionis fit neceſſarium, *L. ſicut. C. de oblig. & act. l. in commodato* 17. §. *ſicut. ff. commoda.*

Deinde ſi ita eſt, nec Archiepiſcopus poſſet prætextum ſuperioritatis ex collectis, ſi quas ejus majores accepiſſent, inferre, juxta pervulgatum illud: Quod quisque juris in 588.
alium ſtatuerit, ipſe eodem utatur, *L.* 1. *l.* 3. *ff. quod quisque jur. in al. ſtat.* Notum enim fit ex modo allegatis documentis *ſub N.* 20. 21. 23. 24. 25. 26. *& ſeqq.* quod Archiepiſcopi contendunt, ſponte ſua ſubditos pro felici introitu, aut ut eo melius defenſionis vires recolligere poſſit, veluti charitativum ſibi promiſiſſe & velut obtuliſſe.

Jurisdictionem autem omnem, sola superioritate excepta, esse extra controversiam puto, propter Instrumenta, *sub Num.* 11. 12. 14. & 15. 1. Itaque absque omni contradictione post factam liberationem pignoris hoc etiam jus ad Comitem libere redibit. Praeterea *sub Num.* 20. 23. & 26. Archiepiscopi disertis verbis profitentur, se collectas illas percepisse & percipere velle tantum ob jus pignoris, quod in hanc provinciam habent: expresse enim scribit Jacobus Archiepiscopus die Veneris post dominicam Reminiscere, anno 1505. *sub Num.* 20. **Darunter die in unserer Herrschafft von Vallendar, so unser und unsers Stiffts Eigenthum, und zum halben Theil unser Pfandschafft ist, uns auch etwas** &c. & Johannes Archiepiscopus, 28. Januarii, anno 1556. *sub Num.* 23. scribit: **Wir haltens auch dafür, daß Wir in Krafft der Pfand-Verschreibung solches nicht unbillig thun** &c. Ejusmodi testimonia & Epistolae plures, ut videtur, proferri queunt. Quae vis autem sit hujus geminationis antiquae; mediae & recentioris, non est ut rursum ex jure probetur, sed repeti ex superioribus potest.

Hoc ipsum quoque insertum est praedictae protestationi de anno 1558. *sub Num.* 28. §. **So könne doch sein gnädiger Herr** &c. ubi Comitis Wilhelmi de Sayn in Witgenstein Mandatarii & Consiliarii expresse asserunt: **Daß ihr gnädiger Herr dem Herrn Churfürsten keines Wegs geständig, und weiters nichts, dann was seine Churfürstliche Gnaden in Macht der Pfandtschafft gebühret. Wie auch Hochgedachten Ertz-Bischoff in einem Schreiben, des *Datum* stehet, Meyen den 28: *Januarii anno* 1556. selbst bekennet** &c. Atque ita haec confessio in scriptis facta, acceptata est ab eo, cujus intererat: ideoque tanto
589. efficacius probat. Quod si mulier propterea cum effectu obligatur, nec beneficio SCti Vellejani adjuvatur, quod post elapsum biennium promissionem suam renovaverit, ac secundo intercesserit, *L. si mulier 22. C. ad SC. Vellejan.* quanto minus post tot annos & tot vices repetita haec assertio Archiepiscoporum immota erit, neque audietur, qui contra tam clara verba venire velit. *per d. l. generaliter. C. de non num. pecun.*

Quinimo *sub Num.* 20. Dn. Jacobus testatur honorarium esse, non collectam, *in verb.* **zu solcher gutwilligen Verehrung** &c. quod repetit & inculcat *sub Num.* 21. *in verb.* **uns eine Verehrung** &c. Ex quo constat, revera nullam collectam pro necessitate sua vel Reipublicae imposuisse huic provinciae, sed
590. exiguum quoddam charitativum consecutum esse. At ejusmodi charitativa, cum liberae sint voluntatis, nec fructus jurisdictionis aut superioritatis, nullo unquam tempore praescriptione acquiri possunt, Matth. Wehner. *in verb.* **Leib-Geld**, *observ. suar.*

Praeter haec ex facti specie apertum est, quoad **Reichssteuer**, Trevirum in possessionem non venisse. Nam etsi in protestatione *sub Num.* 28. *Anno* 1558. Consiliarii & Mandatarii Comitis Wilhelmi §. **Doch habe zuletzt** &c. dicant, Comitem consensisse, ut Archiepiscopus illius anni Collectam integram habeat, sequentibus autem annis tantum semisssem, cum tamen hoc non pure, sed sub conditione permisisset, si modo Archiepiscopus, ejusve officiarii secum convenissent de forma & modo taxae, nec officiarii Trevirenses id fieri, sed suo arbitrio taxam dicere vellent, prohibitum est subditis, ut nihil collectarum ad Trevirensem, ejusque officiarios perveniret. Ac tandem post multos annos coactam Collectam universitati Vallendar ad aedificandum vel reficiendum Curiam consensu communi Archiepiscopus & Comes donaverunt. Quod si quis hanc donationem pro actu possessionis censendam esse putat, non reluctabimur. Verum hoc ipso id efficietur, quod volumus, videlicet non solum Archiepiscopum, sed simul etiam Comitem in possessione vel quasi esse hujus juris. Nec ideo jus quoddam praecipuum & proprium habet Archiepiscopus, quod retineri possit, finita oppignoratione.

Atque hoc quoad Collectas Imperii sive 591.
Reichs-Steuer, eo magis, quia haec Collectae proximo centenario primum in Germania coeperunt, neque in usu fuerunt tempore contractus, anno 1394. ut ideo tanto minus post liberatum pignus possint Trevirenses esse: sed redeant ad Comitem. Nam & ejus solius subditi erunt. At cuique suos, non alienos subditos in subsidium collectare permissum est *in Recessibus Imperii, anno* 1544. §. **Und dieweil**, *anno* 1548. §. **Wiewohl** &c. & subsequentibus temporibus.

Quibus diligenter perpensis, facilis est responsio ad ea, quae dubium alioquin faciunt. Nam quod primum attinet, diluitur tum ex eo, quod verba illorum sunt generalia, tum quod posteriora per priora instrumenta diluuntur & supplentur: tum quod sub verb. **Gefälle**, hujusmodi datia, tributa & collectae comprehenduntur: tum per generalem clausulam, quae has generalitate sua includit: quae ex modo dictis sunt obvia.

Deactibus possessoriis etiam in resolutione secundae quaestionis actum est, ubi pluribus etiam argumentis evincebatur, non potuisse Cunonem jure superioritatis, nisi turbative & violenter, ullum collectandi actum exercuisse in universitatem Vallendar: Nec etiam titulum idoneum nactum esse Balduinum Archiepiscopum a Comite Johanne, & ejus conventionis longe aliam esse conditionem, quam alias infertur, quae inter Balduinum & Johannem, anno 1340. intercessit. Quae omnia, quid necesse est hic restituere? Et cum nullum alium actum, qui oppignorationem praecesserit, allegare possint: ipsa etiam pactio oppignorationis & quod inter eos convenit, ut quam diu duratura sit oppignoratio, singulo triennio Collecta detur, inter Archiepiscopum & Comitem dividenda, ut supra probatum

tum eſt, vehementer arguat, jus Collectandi in oppignorationem deductum eſſe; magis eſt, ut prætenſa hæc poſſeſſio poſt factam ſolutionem prorſum nihil proſit Archiepiſcopo: arg. a cauſa ceſſante.

Ex his etiam patet refutatio objectionis, quæ a præſcriptione immemoriali ſumitur: tum propter vitioſum titulum: tum propter malam fidem: tum quod immemoriale tempus illud non eſt exiſtimandum, de cujus principio non conſtat. Quæ cum liquido confirmata ſint in ſecundæ & tertiæ quæſtionis reſolutione, nihil addo amplius.

Archiepiſcopi Johannis recuſatio & repudiatio interceſſionis Comitis Wilhelmi recentior eſt, quam ut præſcriptionem vel ſimile quid probare poſſit. Factum enim eſt illud anno 1558. ut *ſub Num.* 26. videre eſt. Idem Archiepiſcopus Johannes anno 1556. *ſub Num.* 23. fatetur, ſe non ſuo ſed oppignorationis jure collectam velle exigere, ejusque intuitu putat, ſe juſtam fovere cauſam, ut ſupra vidimus. Recuſatio igitur illa, ſi quam vim prohibitionis habet, de quo tamen dubito, ad præſcriptionis tamen initium conſtituendum ſupervacua eſt propter defectum juſti tituli, & deficientem bonam fidem. Quod ſi Jacobi *ſub Num.* 21. intelligamus recuſationem, & propoſiti continuationem, eadem vitia præſcriptioni obſtabunt, quæ in reſolutione proximarum quæſtionum ſunt recitata. Et præter hæc, hoc refutabit, quod idem Jacobus *Num.* 20. & 21. promittit, ſi ſponte ſua quid contribuere vel donare velint Vallendarenſes, ſe id impedire nolle: & quod potius charitativum quoddam fuit quam Collecta &c.

Quod idem Jacobus Archiepiſcopus vult, ſi putet Comes Wilhelmus, univerſitatem Vallendar ſibi quoque ad ejusmodi obligatam eſſe, id coram conſiliariis proponatur, ac ſententia expectetur, ut *ſub Num.* 21. circa finem innui videtur. Similiter haud concludens
592. eſt. Nam Archiepiſcopus ejusque conſiliarii non videntur ejus controverſiæ competentes eſſe Judices: Cum hæc controverſia non fuiſſet inter convaſallos, nec etiam inter dominum & vaſallum, nec etiam de cauſa & jure feudali: de quibus tantum Dominus vel ſolus, vel una cum curia, vel curia tantum cognitionem habet, *C. Imperialem. §. præterea ſi inter. de prohib. feud. alien.* per Frider. Roſenth. *de feud. C.* 12. *concl.* 1. *num.* 6. *per tot. concluſ.* Deinde, etſi competens Judex fuiſſet, cum tamen cognitio illa inſtituenda, reſtringatur ad ſolum illud charitativum, quod Archiepiſcopo, ut pignoris Domino, ſponte ſua ad exemplum Trevirenſium, tum temporis dediſſent; utrum ad æquivalens Comiti obſtricti eſſent ſubditi in Vallendar? Non poteſt univerſe illa cauſæ perſecutio omiſſa Comitibus præjudicare, ſed tantum quoad illum caſum, & pro illa vice: ut actus agentium non extendatur ultra eorum intentionem, contra *L. non omnis ff. de reb. cred. ſi cert. pet.* & ut quod ſecundum dictum ſcriptumque eſt, non intelligatur, nec operetur ſimpliciter: & cum tantum præſcri- 593.
ptum eſſe dicatur, quantum poſſeſſum, non ultra, Andr. Knich. *de ſubl. territ. jur. cap.* 3. *num.* 164. & mala fides, quæ ab initio fuit, non patiatur unquam præſcriptionem compleri: fruſtra objicitur completio præſcriptionis &c. ac negatur, anno 1556. completam fuiſſe præſcriptionem, quæ nec anno 1505. vel 1506. incipere potuit, propter defectum juſtæ cauſæ, bonæ fidei & quietæ poſſeſſionis.

Quod Weſenb. *conſ.* 45. *num.* 13. Rebuff. 594.
ad d. l. 1. *C. de exact. tributor. lib.* 11. & alios ab eo allegatos attinet, reſpondetur tam ex propoſita facti ſpecie, quam rationibus & autoritatibus allegatis, quod manifeſtum eſt, eos agere de Baronibus, qui aliis majoribus Principibus ſubſunt, neque regalem habent dignitatem: cujusmodi ſunt Barones Neapolitani, Luſitani, & plerique in Saxonia, Marchia, & aliis locis, præſertim novi Barones, quorum Caſtra & jura immediate ſubjiciuntur aliis Principibus & ſunt pars territoriorum, in quibus exiſtunt. At in tali caſu hic non verſamur, ut in reſolutione quæſtionis ſecundæ dictum eſt. Igitur nec jura illa hic locum inveniunt.

Quia ſicut in pari cauſa paria jura deſide- 595.
ramus, *L. illud. ff. ad L. Aquil.* in diſpari cauſa diſparia jura neceſſaria ſunt, Dec. *ad. L. precib. C. de impuber. & al. ſubſtitut.*

Cur hic etiam locum non poſſit ſortiri, quod novum non eſt, poſſe quem in alieno territorio aliquam particulam ad jus ſuperioritatis ſpectantem habere, in qua ſuperioris jurisdictio quaſi ſuſpenſa ſit, facile ex hactenus dictis patet; ſtante enim oppignoratione, propter malam fidem & defectum tituli, præſcriptio nulla procedere potuit. Ergo nec ſpecialiter hæc poteſtas in hoc alieno territorio acquiri. Et cum ex primordio tituli poſterior formetur eventus. *L. unic. C. de impo. lucrat. deſcr. lib.* 10. non potuit videri ex alia quam pignoris cauſa poſſediſſe, & actum ejusmodi quaſi poſſeſſionis exercuiſſe. Unde etiam diverſi reſpectus, de quib. Andr. Gail. *d. c.* 6. *n.* 10. 14. *& ſeq. de arreſt.* huc parum conveniunt.

Quod denique Hoſt. *in ſumm. de immun.* 596.
Eccleſ. n. 3. *verſ. extraordinariorum, verſ. in talibus & ſimilib.* Alex. *in Apoſtill. ad d. L. placet.* Jaſon. *d. num.* 19. & Henric. Roſenth. *d. cap.* 5. *concl.* 78. *in princ. & n.* 1. *in gl. A. & B.* aſſerunt, eodem Henr. Roſenth. egregie & perſpicue declarante, procedit & verum eſt, ſi idem Vaſallus ſit ſubditus Domini, & res ita in ejus territorio exiſtat, ut ſubſit ſuperioris Domini poteſtati jure univerſalis territorii: ubi Roſenth. *d. concl.* 78. *num.* 2. *& ſeqq.* ſtatim declarat, multisque autoritatibus

tibus ac rationibus fere per *tot. concluſ.* munit, ut opus non ſit hoc pluribus munire. Cui convenit etiam, quod ſupra ex Weſenb. *conſ.* 45. adductum ac reſponſum eſt. At non eſſe de territorio Trevirenſi, neque ei includi, nec ſubeſſe vel Comitem vel hoc territorium Archiepiſcopo jure univerſalis territorii, ſupra roboratum eſt. Quam ob rem hæc jura non obſtant, nec opus eſt aliquo privilegio, aut conſuetudine, vel præſcriptione, ut ulterius edoceantur.

Quintæ & ultimæ Quæſtionis Reſolutio.

597. EX his denique promanat perſpicua deciſio *poſtremæ quæſtionis de comparitione* **zu Trieriſchen Land-Tägen.** Nam cum ſuperioritus, ſoluto eo, quod debetur, prorſum redire debeat ad Comitem; quia certum ſit, quod univerſitas territorii Vallendar, pars territorii Trevirenſis non ſit, neque fuerit unquam, neque ſit inclavata Baronia jure ſubjectionis, ſed tantum feudi, quod ſuperioritatem nullam tribuit, Roſenthal. *d. concluſ.* 78. *num.* 4. ſed is effectus ſit domicilii, quod nullum eſt hujus Baroniæ in Trevirenſi territorio: nec etiam præſcriptione acquiri poſſit, durante cauſa oppignorationis, propter notorios defectus bonæ fidei & tituli, & actus, qui prætenduntur, omnes evenerint, durante oppignoratione: ex eo conſequens, ad Trevirenſes Conventus provinciales, **zu Land-Tägen,** facta reluitione, evocandos non eſſe, nec evocatos venire teneri. Neque obeſt, quod Comes Johannes de Sayn in Witgenſtein anno 1542. vocatus comparuit, quia per erro-
598. rem factum eſt, & tantum ſemel. Qui unicus actus neque ſuperioritatem ipſam, neque poſſeſſionem ejus, quæ ſtatim etiam interpolata eſt, tribuere Archiepiſcopo potuit: cum ad id plures actus requirantur, ſecundum Andr. Knich. *d. c.* 3. *de ſubl. terr. jur. n.* 269. *&* 270. & Andr. Gail. *de arr. c.* 7. *num.* 14. ubi plura, quam ſolam evocationem, & unam vel alteram comparitionem requirunt. Nam ſecundum eos neceſſe eſt, quod (1) & ſæpius & continue ad Comitia provincialia vocatus comparuerit, & (2) præſtiterit, quæ reliqui ſubditi, & (3) in album provincialium ſubditorum relatus, & (4) omnia, quæ concluſa juſſaque fuerint, ſemper ſine ulla exceptione temporis aut perſonæ ſuæ obedienter præſtiterit. Quæ certe hic, ut ex facti ſpecie colligitur, deficiunt. Ubi vero 599.
plura copulative requiruntur, non ſufficit, unum eſſe, *L. unde etiam §. pen. ff. de itin. actuque privat. l. ſi per alium. §. docere, ubi* Caſtr. & Jaſon. *ff. ne quis eum, qui in jus voc. l. ſi quis ita ſtipulatus fuerit. ff. de verb. oblig. L. ſi hæredi plures. ff. de condict. inſtitut. l. quoties. §. cum ita. ff. de reb. dub.* & ubi requiſita qualitas deficit, effectus ejus qualitatis eſſe non poteſt, *per L. Fulcinius. §. cauſa autem ff. ex quib. cauſ. in poſſeſſ. eat. l. prætor. ait.* 7. *§. docere ff. de vi bon. raptor.* Sed & alii Comites a Trevirenſibus ad Comitia evocantur, non quod ſint ſubditi ejus Provinciæ, ſed Vaſalli Archiepiſcopatus. Sicut autem illi aut non comparent, aut tantum cum proteſtatione auſcultant, quid proponatur, nihil autem conſultant, neque concludunt, nec etiam concluſum præſtant: ita & Comites in Witgenſtein feciſſe, in facti ſpecie indicatur. Quod ſi
etiam reſpectu **Newmagen** Comes compareat, hoc tamen in conſequentiam ad hanc Provinciam Vallendar trahi non debet: ar-
gum. a tanquam ſeu reſpectivis, uti vocat & la- 601.
te declarat Everhard. a Middelburg *in loc. leg.* 116. *a tanquam num.* 24. & Andr. Gail. *de arreſt. C.* 6. *n.* 14. *& ſeqq.*

600.

Atque hæc propoſitæ facti ſpeciei, æquitati & juri conſentanea eſſe exiſtimo, ſalvo tamen cujusque melius ſentientis Judicio. Fidei cauſa me ſubſcripſi, ſigillumque conſuetum appoſui. Quod factum eſt Francobergæ, ultima Octobris Ao. M DC XI.

Locus Sigilli
Johannes Gœddæus J. U. D.
& Profeſſor in Academia Marburgenſi &c.

QUæ in ſuperiore juris reſponſo a Domino Conſulente deducta & deciſa ſunt, ea per omnia & in omnibus juri & æquitati eſſe conſentanea, ſecundum quæ ſit judicandum & pronunciandum, omnibus ac ſingulis graviſſimæ hujus cauſæ circumſtantiis & momentis accurate examinatis & ponderatis, hac mea ſubſcriptione & ſigilli conſueti adjectione teſtor ego Hermannus Vultejus J. U. Doctor, & in Academia Marburgenſi primarius, ejusdemque Vicecancellarius. Actum a d. XVI. Novembr. Anno a Nato Chriſto Servatore noſtro unico M DC XI.

Locus Sigilli
Hermannus Vultejus, J. C.

FINIS.

HISTORIA
Der
Reichs-Grafschafft
Falckenstein,
Jenseit Rhein am Donners-Berg gelegen.

Wie solche mit unverwerflichen / gerichtlich-recognoscirten Documentis beleget, und von allerseits litigirenden Partheyen, in denen seit An. 1629. vorgewährten Processen erwiesen, und am Tag gegeben worden. Samt kurtzen Anmerckungen, wo bey ein- oder andern Begebenheit, und Umstand, etwas in Contradiction gezogen ist.

§. 1.

De Statu veteri & moderno Comitatus Falckenstein.

§. 1.

Gleichwie vor Zeiten die Reichs-Herrschafft (a) Falckenstein (b) am Donners-Berg gelegen, welche unter dem Römischen Käyser Wenceslao vigore Diplomatis sub Num. I. zu einer Reichs-Grafschafft erhöhet worden, eine sehr grosse (c) und ansehnliche Landschafft am Rhein in sich begriffen, also zwarn, daß auch, wo dermalen die Chur-Fürstliche Residenz-Stadt Mayntz zum Theil erbauet, die Gegend, so weit sich die (d) Filtzbach, und sogenannte Augustiner-Gassen (e) erstrecket, damalen zu Falckensteinischen Grund, Boden und Jurisdiction gehörig ware; deren Ansehen auch daraus nicht wenig abzunehmen, daß fast der meiste, und (f) vornehmste Reichs-Ritterschafftliche Adel, in selbiger Gegend viele ansehnliche Flecken, Dörffer, und Herrschafften, von diesem Haus Falckenstein noch heutiges Tags zu Lehn traget; Also seynd auch die alte Herren, und successive Grafen zu Falckenstein, deren Geschlecht, uti sub N. II. mit Wernero dem letzten dieses Namens, Ertz-Bischoffen von Trier, im Jahr 1418. ausgestorben, für sehr (g) mächtige Reichs-Stände ihrer Zeiten gehalten worden, welche zugleich besag N. III. das hohe Ehren-Amt eines Reichs-Cämmerer getragen, und in dem grossen Inter-Regno, nach Käysers Fridericii II. Tod, die Insignia Imperii, so Philippus Herr von Falckenstein, im Jahr 1258. zu Aachen, dem aus Engelland zum Käyserlichen Thron beruffenen König Richardo (h) zugestellet, in Verwahrung gehabt.

N. I.

N. II.

N. III.

Nachdem aber alle grosse Land- und Herrschafften durch Theilungen nothwendig geschwächet, und an ihrem Ansehen Abbruch leiden müssen, also ist es auch, nach Abgang des alten Geschlechts deren von Falckenstein, dieser Grafschafft ergangen, welche, vermög N. IV. V. VI. & VII. in denen Jahren 1419. und 1420. unter denen Falckensteinischen Töchter-Kindern erstlich in drey Theil: hernach wieder per subdivisionem $\frac{2}{3}$. Theil davon in fünff Erb-Portiones vertheilet worden, worbey das heut zu Tage, unter dem Namen der Reichs-Grafschafft, bekannte noch übrige Theil, an Falckenstein nur eine Quinta von gedachtem $\frac{1}{3}$. Theil, mithin von weit geringeren Begriff, als je vor Zeiten gewesen; welches dann vornemlich die Ursach seyn mag, warum deroselben, in folgenden Zeiten, vom Käyser Friderico III. und in anderen gefolgten Lehen-Briefen mehr nicht, als das blosse Prædicat einer Herrschafft beygeleget worden, da doch solche vorhin die Römische Käyser, Wenceslaus und Sigismundus, bereits mit dem Namen einer Grafschafft, welche unter Ferdinando I. An. 1559. teste diplomate sub N. I. wieder erneuert worden, beehret haben.

N. IV. V. VI. & VII.

(a) Hic Comitatus est immediatum Imperii Membrum Voto, & sessione præditum; parte vero illius feudali, olim Comites ab Imperatore immediate; hodie mediate per D. Ducem Lotharingiæ investiuntur, de quo vide infra lit. C. & D.

(b) Situs est in confinibus Lotharingiæ, & sparsim in Palatinatu.

(c) Hoc testantur optime divisiones infra sub N. VI. & VII. de annis 1419. & 1420.

(d) Hoc apparet ex pacto Virneburgico de 1456. infra N. IX.

(e) Sic Weisenau oppidum urbi Moguntinæ omnino contiguum tam in dicto pacto de 1456. quam in literis investituræ super Comitatu Falckenstein exprimitur.

(f) Inter hos vasallos numerantur 64. familiæ nobiles, qui in divisione de 1420. pro una quinta huic Comitatui accessere.

(g) Teste Chronico Serarii Moguntiacarum rerum l. 5. c. 45. p. 856. ubi de Philippi Senioris Domini in Falckenstein Fratre Cunone in dissidio electorali Sedis Moguntinæ hæc habet sub An. 1346. Vi tamen, & Imperatoris Ludovici manu illum adhuc octennium integrum magno cum Moguntinæ rei detrimento multisque cum factionibus, & cladibus occupavit idem Henricus, præsertim cum Potentissimum Cunonem a Falckenstein, & Münzberg sibi coadjutorem & datis quibusdam Moguntinis arcibus, & oppidis, velut fidum quendam Achatem devinxisset.

(h) Vide Chronicon Cuspiniani part. 1. p. 654.

§. 2.

De ordine, & consuetudine successionis antiqua.

AB so erwehnten Theilungen aber, a N. IV. usque VII. will hier insonderheit anzumercken seyn, was in dieser Grafschafft schon damalen für eine Successions-Ordnung gehalten, und herkommlich gewesen; da nicht allein, nach Abgang des alten Falckensteinischen Mann-Stamms, die beyde Falckensteinische Töchter: Luitgardis von Falckenstein, welche Godefridum von Epstein: und Agnes von Falckenstein, so Ottonem Grafen von Solms geheyrathet, für successions-fähig erkannt worden, sondern, als auch die Solmische Kinder und Erben: Bernardus, Joannes, Anna, Agnes und Elisabeth, wegen des ihnen zugefallenen Antheils an dieser Grafschafft, zu Putzbach zusammen kommen, und eine abermalige Theilung vorgenommen; so hat gedachte Agnes von Solms, eine Gemahlin Graf Ruperti von Virneburg, Schloß und Herrschafft Falckenstein, ohngeachtet deroselben zwey Brüder, Johann und Bernard, im Leben waren, einfolglich extantibus masculis, in Successione erhalten, und, laut dieser Theilung, auf die Virneburgische Familie gebracht, bey welcher, nach Ausweiß sub N. VIII. dieselbe auch also lang verblieben, bis sich ein gleicher Fall, mit einer Virneburgischen Tochter zugetragen, da Wilhelmus, Graf von Virneburg, noch in währendem Ehe-Stand mit Franciska von Rodemachem, nicht ausser Hoffnung Männlichen Leibs-Erben, bey Lebs-Zeiten seines Brudern Ruperti, und Bruders-Sohn Philippi, An. 1456. seiner Tochter Margarethæ, als dieselbe mit Melchiore von Daun vermählet worden, die Grafschafft Falckenstein erblich überlassen.

N. VIII.

§. 3.

De pacto successionis de 1456.

WJe nun bey dieser ferneren Familie- und Successions-Abwechslung, sowohl die vorherige Observanz, Gewohnheit, und herkommene Successions-Ordnung, mehr und mehr bestätiget; als auch der künfftigen erblichen Nachfolge halben, eine sonderbare Vorsehung in gemeldtem Jahr 1456. sub N. IX. errichtet worden: dem Weiblichen Geschlecht auch insgemein bey Lehens-Fällen, sich allein diese beyde Wege; als 1) vel ex natura feudi, vel 2) ex pacto eröffnen; davon der erstere, durch den ob-erwiesenen steten Gebrauch und Observanz, vorlängst gebahnet: und vermög der Käyserlichen denen Solmischen Töchtern ertheilten älteren Lehen-Briefe sub lit. A. & B. hierunten in Terminis: **Und nach Tod etwa des Ehrwürdigen Ertz-Bischoffen von Trier an sie recht und redlich kommen sind**, bestätiget worden; Also wird, zu desto besseren Erkänntniß: ob auch auf angeregten zweyten Weg: *ex pacto* deren Weiblichen Descendenten Successions-Recht an dieser Grafschafft beybehalten worden? eine Nothdurfft seyn, sowohl diß Virneburgische de Anno 1456. als all- und jede super modo succedendi, nachhin verglichene Pacta majorum ohnpartheylich im Grund einzusehen;

N. IX.

Es erhellet aber, bey merckfamer Ablesung jenes Virneburgischen Vertrags de An. 1456. alsobald gantz klar und deutlich, daß beyde paciscirende Grafen, Wilhelm von Virneburg, und Wyrich von Daun, als beyderseitige Eltern deren zur Ehe, und Falckensteinischen Succession zugleich ersehenen Braut und Bräutigam, bey Errichtung dieser Ehe-Beredung, ratione futuræ successionis ihrer Kinder Melchioris und Irmgardis (an deren letzteren Platz ihre Schwester Margaretha getreten, weilen Irmegardis vor Eintritt in diesen Ehe-Stand verstorben) hauptsächlich dreyerley Casus vor Augen gehabt, und, nach deren unterschiedlichen Beschaffenheit, ihre besondere Vorsehung gethan haben:

1) In Casum, da die Virneburgische Tochter Leibes-Erben hinterlassen würde:

2) Im Fall sie keine Söhn, sondern allein Töchter haben solte:

3) Da dieselbe gantz keine Descendenz mit Melchior von Daun gewinnen würde;

Auf den ersten Successions-Fall, gehet die in hoc pacto enthaltene Dispositio in terminis omnino simplicibus dahin, daß (uti sonant verba) „**Wirich, Melchior „und Irmgard, und ihre Erben/ zu „ewiger Erbschafft/** &c. & alibi: **Sie „und ihre Erben/ damit geerbet, und „uns, unsere Erben, und Nachkommen, „gäntzlich und zumal enterbet**, &c. Item: „Also, daß der obgemeldte unser Neve „Wirich, sein Sohn, und ihre Erben, &c. „Item: **Weme unser Neve Wirich, sein „Sohn, oder ihre Erben, oder die Lü„de**, &c. **das sollen wir, und unsere Er„ben, dem obgemeldten unserem Neven „Wirich seinem Sohn, und ihren Er„ben**, &c. *& passim ibi*:) die Leibs-Erben von der Virneburgischen Tochter, so mit Melchiore, oder einem anderen Daunischen Masculo gezeuget, ohne den geringsten gemachten Geschlechts-Unterscheid, succediren sollen, jedoch

Ad 2. Casum, mit dem Beding, so fern aus dieser Ehe keine Männliche, sondern allein Weibliche Erben entspringen würden, daß alsdann die gantze Grafschafft Falckenstein zwar denẽ Weiblichen Erben verbleiben, dahingegen Oberstein dem Daunischen Manns-Stamen wieder anheim fallen solte; sonsten aber, und da Manns-Erben von beyden geschaffen vorhanden wären, so solte diesen, im Fall sie vivente avo Wirichio zur Regierung gelangen würden, eben sowohl als Melchiori ihrem Vater ad dies viræ Wirichii, aus Oberstein jährlich 200. fl. gereichet werden, die Falckensteinische Lande aber, zur Halbscheid in Handen gemeldten Wirichs (ohne Zweiffel zu besseren Vorstand, und Obsorg in Regierung und Oeconomie, zumalen der Bräu-

Bräutigam noch nicht 15. Jahren, dessen Vater Wirich aber schon in einem erlebten Alter ware) dagegen Lebens-lang verbleiben; nach Wirichii Tod soll Melchiori, und dessen Manns-Erben, die halbe Herrschafft Oberstein zufallen; wegen der Herrschafft Falckenstein wird passim in hoc pacto **denen Leibs-Erben** ohne Unterscheid, und sofern auch sonsten von der abgeredeten Ehe keine Manns-Erben erfolgen, mithin Oberstein an den Daunischen Manns-Stamm zurück fallen solte, dennoch denen Töchtern ausdrücklich die Lehens-Folge versicheret; verba & intentio pacisentium hätten nicht besser, noch mit einer stärckeren Expression können gegeben, oder vorgestellet werden, als in folgender wohl-erwogenen Clausula pacti:

„**Es ist auch insonderheit zu unter-**
„**scheiden: ob Melchior, oder ein an-**
„**der unser Söhne / und sein zukünff-**
„**tige Haus-Frau / alles nach Inhalt**
„**dieses Briefs abgiengen, und kein**
„**Manns-Erben: und Töchter von ih-**
„**nen beyden geschaffen liessen / so soll**
„**das halbe Theil der Herrschafft von**
„**Oberstein / und ihr Zuhörungen wie-**
„**der kommen / und fallen an andere**
„**unsere Wirichs Manns-Erben von**
„**unseren Stammen von Oberstein ge-**
„**bohren / sonder Intrag: und die**
„**Schloß uud Herrschafft von Falcken-**
„**stein, mit ihrer Zugehörde sollen ver-**
„**bleiben an solchen NB. ihren Töchtern,**
„**und deren nächsten Erben / als vor-**
„**geschrieben ist.**

Was kan wohl deutlicher gesagt werden, wann man beyder Paciscenten hierinn vereinigte Intention, und so deutlich ausgedruckte Erklärung, auch nur den Buchstaben nach, ansiehet? Graf Wirich von Daun hat eintzig vor seine Männliche Erben Sorg getragen, da er wegen Obersteinischen Successionen, seine Verordnung gemacht: Graf Wilhelm von Virneburg aber, hat nur die Descendentes seiner Tochter zu Hertzen gefasset, und nicht allein darunter auch das Weibliche Geschlecht, denen damals vorhandenen Daunischen Masculis præferiret, sondern sogar seiner Töchters Töchter NB. **nächste Erben** / ohne alle Distinction, für Successions-fähig erkläret, manifesto Indicio: daß in künfftigen Erb- und Lehens-Folgen, nicht Prærogativa sexus, sondern blos und allein prioritas gradus: **die nächste Erben** / in Consideration kommen müssen;

Die ob-angeregte 3te Begebenheit, auf den Fall nemlich die Virneburgische Tochter, mit keinem Leibs-Erben, in dem mit Melchior von Daun vollziehenden Ehe-Stand von GOtt geseegnet: wird abermal auf zwey unterschiedene Casus restringiret; Wann nemlich 1) Graf Wilhelm von Virneburg keine Manns-Erben: jedoch Töchter hinterliesse; 2) Da derselbe auch gantz ohne Leibs-Erben abgehen würde; priori casu, bleibet es dabey, so lang nur eine Tochter, oder Weibliche Descendenz vorhanden, daß deroselben nicht weniger Recht, als ihrer Schwester der zum Daunischen Heyrath destinirten Irmegardi gebühren, und vorbehalten seyn solle; die in hoc passu beliebte Virneburgische Verordnung ist folgenden Einhalts:

„**Es wäre dann Sach, daß wir Graf**
„**Wilhelm, und** Franciscа **vorgenannt**
„**von Manns-Leibs-Erben abgiengen,**
„**und Töchter liessen; alsdann soll ihr,**
„**und anderen unseren Töchteren jedwe-**
„**der Seit jeglicher ihr Recht vorbehal-**
„**ten seyn, &c.**

Hier könte man wohl fragen, was es dann mit der Falckensteinischen Succession für eine Bewandnüß würde gehabt haben, wann von Graf Wilhelm von Virneburg Manns-Erben wären nachgelassen worden? Dann solcher Fall in gegenwärtigem Pacto sonsten nirgends berühret worden; Darauf kan, nach genauer Uberlegung dieses Pacti, und des disponirenden Graf Wilhelmi dabey geführt- und deutlich erklärten Absicht, keine andere der Wahrheit, und diesem Vertrag gemässe Antwort ertheilet werden, als diese; daß nemlich: 1) Irmegardis, und deren Descendenten, beyden Geschlechts, allzeit vor denen Virneburgisch- damalig und künfftigen so nah- als weit-verwandten Masculis in successione der Grafschafft Falckenstein, ad mentem hujus pacti, den Vorzug gehabt, und behalten hätte, 2) im supponirten Fall aber jene Irmegard ohne Erben aus dieser Daunischen Ehe abgangen wäre, und etwa dieselbe Brüder und Schwestern hinterlassen haben würde, daß sodann die Manns- als Weibliche Erben pari jure Sanguinis in gleiche Theil, wie vor diesem die Falckensteinisch- und Solmsische Töchter, mit ihren Brüdern gethan, hätten succediren müssen; indeme solche Successions-Ordnung bey der Herrschafft Falckenstein einmal in gantz notorischen Brauch, und Observanz gewesen, durch solchen Brauch aber, dem Disponenti diese sonderbare uhralte Lehens-Eigenschafft: mithin auch wohl bekannt ware, daß extantes sive futuri masculi keine Præferenz, noch Vorrecht für dem Weiblichen Geschlecht hieran prætendiren mögen: und darab, nach gnugsam von ihme gegebener Erläuterung, wie es mit denen Töchtern gehalten werden solle, von selbsten der Schluß sich machet, was denen Masculis vor Recht dabey übrig bleibet, und daß nicht etwa die Wort: Da wir von Manns-Leibs-Erben abgiengen: gegen des Disponentis Meynung, cum verba sint character animi, allhier dahin zu verstehen seyn: daß dann erst, wann Manns-Erben

Signum quoque Notariatus appoſuere Adjunctus Scriba Joh. ab Oel, & Joh. Straetman, quorum hic ex Protocollo prædefuncti Adjuncti Monaſterienſis, Notarii Darfeld, atteſtationes una cum prædicto Oel, coram Commiſſario comparavit & parificavit, a D. Epiſcopo ad hoc ſpecialiter deputatus.

Et hic eſt etiam ſubſtantialis Extractus hujus Rotuli, qui certe eo plus mihi peperit laboris, quod rotulus iſte, fere æque ac duo priores, non tantum malis characteribus ſeu literis fuerit exaratus, ſed etiam per totum tam verboſis & inutilibus nihilque prorſus ad cauſam facientibus repetitionibus, ſive ex defectu ingenii, & judicii, ſive turpis lucri gratia extenſus, ut in tam immenſum excreverit volumen, cum ſumma legentis moleſtia, & longi temporis diſpendio.

Votum.

Abſoluta relatione Actorum, eum in dicendo voto ordinem ſervaturus, quem laudatiſſimo Auguſtiſſimæ hujus Cameræ ſtylo conformem deprehendi, primo de formalibus, tum de materialibus agendum cenſeo.

De Formalibus.

Quoad formalia in hac cauſa S. Q. ſequentes tres quæſtiones diſcutiendæ: *prima*, an jurisdictio Cameræ ſit fundata? *ſecunda*, an procuratoria legitima & ſufficientia? *tertia*, utrum Acta completa, & totus proceſſus legitimus, ita ut a nullitate ſalvari & defendi poſſit?

Quæſtio I.

An jurisdictio Cameræ fundata?

JUrisdictionis & competentiæ punctus quemadmodum in appellationum cauſis, ita & ſimplicis querelæ primo ante omnia examinandus & expediendus.

Omnium ſiquidem judiciorum fundamentum eſt jurisdictio, qua deficiente, totam judicis ſtructuram corruere neceſſe eſt. Judicatum namque dici non poteſt ab eo, qui jus dicendi poteſtatem non habuit.

text. in *l.* 1. §. *fin. ff. ad Sc. Tertul. & in l.* 1. §. *Hæc autem verba ff. quod quisque juris.*

Et ideo nullitas ex defectu jurisdictionis procedens, inſanabile vulnus infligit, & ſententiam reddit ipſo jure nullam,

Vant. *de nullit. ex defect. jurisd. in princ.* adeoque ipſe judex ex officio, etiam parte non opponente, attendere eam debet, quia ſemper opponi poteſt, etiam poſt tres conformes ſententias.

Andr. Gail. *lib.* 1. *O.* 42. *n.* 11. *&* 12. *& O.* 123. *n.* 2.

Et certe eo magis hoc noſtro caſu nobis in jurisdictionem inquirendum venit, quod Procurator Rei in Exceptionibus, 27. Januarii 1563. productis, exceptionem incompetentiæ objecerit, dicens, D. Epiſcopum in hac poſſeſſionis cauſa vigore Ordinationis coram Auſtregis, non vero in hac Imperiali Camera, in prima inſtantia conveniendum, atque ita ipſi & liis conſorti, ſcil. Præfecto zu Horſtmar, beneficium appellationis auferendum non fuiſſe.

Fundatur autem jurisdictio Supremi hujus Imperii Tribunalis, vel ratione perſonarum, vel cauſarum, vel continentiæ cauſæ, vel rerum immediate ſub Imperio ſitarum.

Omnibus quatuor hiſce modis eam hic fundatam eſſe exiſtimo. Nam, quod ad primum & ſecundum attinet, declarat *Ordinatio part.* 2. *tit.* 27. quod omnes perſonæ & cauſæ, quæ jurisdictioni Cæſareæ immediate ſunt ſubjectæ, & neque ratione privilegiorum, vel Auſtregarum exemptæ, in Camera conveniri & decidi debeant. Jam autem conſtat, D. Epiſcopum, tanquam Principem Imperii, immediate eidem ſubjectum, nec ullo privilegio exemptum eſſe, cum ſuper Conſtitutione de pace publica auf den Land-Frieden proceſſus tam Mandati quam Citationis impetrati fuerint, ejusque requiſita & qualitates (uti inferius ſuo loco pateſcit) ſatis probatæ videantur. Ex hac autem Conſtitutione Imperii jurisdictionem Cameræ immediate fundari, ex ipſa Conſtitutione perſpicuum eſt in *Ordinat. p.* 2. *tit.* 9. non obſtantibus quibuscunque privilegiis fori & primarum inſtantiarum, quibus illa Conſtitutione derogatum eſt.

Mynſing. *cent.* 5. *Obſerv.* 58. *num.* 1.

Nam lex Imperii dat expreſſe hanc jurisdictionem Cameræ Imperiali, contra omnes cujuscunque dignitatis & ſtatus per-

personas, summas, medias & infimas, per allegata

Gail. *l.* 1. *observ.* 3. *num.* 1. *& de pac. publ. lib.* 1. *c.* 1. *n.* 9.

Et constitutio hæc pacis publicæ non solum seculares, sed etiam ecclesiasticas personas obligat, nullo personarum discrimine habito, etsi in modo procedendi & condemnandi inter utrasque differentia sit: quod videlicet seculares, probato delicto, in bannum Imperiale declarentur, Ecclesiastici vero suis privilegiis & regalibus priventur.

Id. *d. obs.* 3. *n.* 4. *& de Pac. publ. lib.* 1. *cap.* 1. *n.* 12. *&* 13.

Mynsing. *d. obs.* 58.

Ex quibus patet, non tantum ratione personæ, quatenus nimirum D. Episcopus respectu regalium & feudorum Imperialium immediate Cæsareæ jurisdictioni subjectus, nec ullo privilegio exemptus est, sed etiam ratione causæ jurisdictionem summi hujus Tribunalis optime fundatam esse.

Accedit & alia qualitas causæ, quam pro fundanda jurisdictione non minus considerandam puto. Nam cum Reus Actorem a collectis & immediata jurisdictione Imperii eximere intendat, non tantum superioritatem & collectationem subditorum Comitis in districtu Comitatus prætendendo, sed etiam contendendo, ipsum Comitem principaliter suum esse subditum & Landsassium, Comes vero istam prætensionem neget, seque non Episcopo, sed Cæsari & Imperio immediate subjectum esse asserat (quemadmodum id passim ex Actis luce meridiana clarius apparet) eam certe cognitionem ad Judicem Cameræ immediate pertinere, non tantum ex *Recessu Imperii Augustano d. A.* 1548. §. Uber solches aber 57. clarum & manifestum, sed etiam quotidiano usu in ejus modi exemptionum causis compertum est. Idque in præsenti causa eo magis attendendum, quia Cæsareus etiam Fiscalis pro tuendo jure & interesse Imperii intervenit, adsistendo Actori, omniaque ejus acta utilia repetendo, uti constat ex *Recessu Protocollari de* 10. *Decembr.* 1679. Jam vero, quemadmodum omnes processus seu casus Fiscales, ita potissimum causas exemptionum per Fiscalem immediate in Camera tractari & peragi debere, adeoque ejus forum, sive fiscus principaliter agendo, sive accessorie interveniendo jura Imperii defendat, per se fundare, ex dicta *Constitutione Augustana* §. etliche andere aber 53. *& seqq.* nec non pari usu & observantia docemur.

Tertio etiamsi vel maxime prædictæ qualitatis causæ hic non adessent (uti tamen adesse in aprico est) nihilominus tamen, cum non solus Episcopus, sed simul etiam ipsius ministri & nominatim ac præcipue Præfectus zu Horstmar, Heydenreich Drost, ad factum hoc perpetrandum adhibiti, conveniendi fuerint, (uti & rera in principio litis ita conventi fuere) etiam ex hac ratione Judices Ordinationis, die Austräge, cessare & jurisdictionem Cameræ Imperialis, tanquam supremi Judicii, ob connexitatem causæ locum habere, expresse disponit *Recessus Deputationis d. A.* 1600. *Ubi* §. 24. *ita* habetur: Gleichermassen wann einer, so vermöge der Reichs-Ordnung für die Austräge gehörte, mit andern seinen Unterthanen und Dienern zu beklagen, sollen die Austräge dißfals nicht statt haben, sondern soll Unser Kayserl. Cammer-Gericht, als das höchste Gerichte, ob continentiam causæ darunter anzulangen seyn. Ne scil. continentia causæ dividatur, quod fieri non debet, *l.* 1. *ff. de quib. reb. ad eund. jud. eat. l. nulli.* 10. *C. de jud.* cum connexitas idem operetur ac unitas, & connexorum idem sit judicium: quo fit, ut idem judicemus de connexo, quod de principali, uti hoc prolixe deducit, & exemplis declarat Gail. *d. pac. publ. lib.* 1. *cap.* 6.

Nec moror exceptionem, dictæ constitutioni additam: Es wäre dann, daß die Diener oder Unterthanen für sich selbsten mit der Sache nichts zu schaffen, und allein zu derselben als blosse Ministri gebraucht, auch ex facto suo nicht, sondern Ihr Herr dem Kläger obligiret und condemniret werden möchten, auch der Herr die Diener und Unterthanen selbst vertreten wolte und könte, auf welchem Fall allein auf den Principal zu sehen, und nach Ordnung der Austräge der Herr denselben nicht, sondern der Unterthan und Diener dißfals ihme zu folgen schuldig seyn soll.

Nam quin d. Præfectus & cæteri ministri ex facto suo rei illicitæ & legibus prohibitæ Actori obligati fuerint & condemnari potuerint, dubio caret, cum mandatum in delictis neminem, ne quidem servos ac liberos, qui alias jussui Dominorum & parentum obtemperare debent, excuset.

l. servus non in omnibus ff. d. O. & A. l. 1. §. *Quoties ff. quod vi aut clam l. non solum.* §. *si mandato. ff. d. injur.*

Et Imperatores in *l. Sancimus. Cod. de poen. Sancimus*, inquiunt, *ibi esse poenam, ubi & noxia est. Peccata enim suos teneant authores.*

Quod adhuc clarius & specialius in hoc nostro casu patet ex Constitutionibus Imperii, ad conservationem pacis & securitatis publicæ promulgatis: secundum quas non solum mandantes, sed etiam consentientes, facientes, opemque & auxilium præstantes, tam ad reparationem damnorum & interesse, quam pœnam fractæ pacis, æqualiter tenentur.

Landfried. *d. A.* 1495. 1500. *&* 1521.

Quin & de jure communi notum est, etiam ipsosmet delinquentes seu facientes & consentientes eadem pœna plectendos esse, qua mandatores, maxime in atrocioribus delictis, uti in hoc crimine fractæ pacis.

l. utrum

l. utrum ff. ad leg. Pompejam de parricid. l. quisquis §. penult. ff. ad leg. Jul. Majeſt. l. unic. C. de rapt. virg.

Deinde D. Epiſcopus d. Præfectum citatum non defendit, nec ullam deſuper declarationem fecit, videlicet ſe defenſionem ipſius ſuſcepturum & factum præſtiturum, ſed ipſe Præfectus comparuit in Judicio per diverſos, quos ſeparatim conſtituit, Procuratores, uti ex Mandatis *ſub num. Cam.* 9. *&* 44. videre eſt.

Ex quibus clarum fit, d. exceptioni adeo hic non eſſe locum, ut potius confirmet regulam in caſu hoc non excepto, adeoque etiam ex præallegata Imperii Conſtitutione ob cauſæ cohærentiam forum Cameræ fundari poſſe.

Denique quarto, quia controverſi pagi, in quibus violenta invaſio & pignoratio facta, inſignem Comitatus partem conſtituunt, adeoque immediate ſub Imperio ſiti, & ab eo in feudum conceſſi ſunt, ideo etiam hoc reſpectu forum Camerale fundatum eſſe, recte dici poſſet. Nam quin ratione bonorum & feudorum, quæ ab Imperio dependent, Judex Cameræ pro competenti agnoſci debeat, etiam eo caſu, quo perſonæ immediate Imperio non ſubſint, de eo inſigniores Practici, & rerum Cameralium periti non dubitant,

Vid. Roding. *in Pand. Cam. edit. noviſſ. lib.* 1. *tit.* 17. *num.* 2. *cum allegat. ibid.*

Unde Andreas Gailius *lib.* 1. *obſerv.* 30. *n.* 20. tradit, quod ſi Collegia Canonicorum (quæ ſcil. ratione perſonarum immediate Imperio non ſubjacent) territorium vel dominium aliquod immediate ab Imperatore & Imperio in feudum recognoſcant, & in tali territorio inique fiat pignoratio, ex Conſtitutione pignorationis proceſſus, contemplatione talium bonorum, decerni poſſint. Et ſic obſervandum porro dicit, quod ratione bonorum fundetur jurisdictio Cameræ, licet perſonæ Imperio immediate ſubjectæ non ſint.

Quibus omnibus ita deductis, neminem puto fore, cui de fundata abunde jurisdictione ullus inhærere ſcrupulus poſſit.

Quæſtio II.

De Conſtitutionibus Procuratoriis.

JUrisdictione Cameræ ſic rite conſtituta, proximum nunc eſt, de litigatorum Procuratoribus videre, an ſcilicet ſufficientibus fuerint mandatis inſtructi. Procuratoris enim poteſtas eſt de ſubſtantialibus judicii, qua deficiente proceſſus efficitur nullus, ita ut exceptio ejusmodi ad invalidandum proceſſum quandocunque opponi poſſit.

text. in *l. licet. Cod. d. Procurat.*
Vant. *d. nullit. ex defect. inhabil. num.* 59.

Præſens hic proceſſus ex defectu mandatorum argui non poteſt, cum Procuratores ſine iis non ſteterint in judicio, niſi quod poſt ultimum Procuratorem Steinfurtenſem, D. Kirwange, ad obitum Comitis, D. Reinhard, wegen des ſuccedirenden Grafen ſe legitimare ad hanc cauſam noluerit, & propterea ad reaſſumendum Citatio 1. Decemb. 1606. a Procuratore partis adverſæ D. Cramer judicialiter petita & ſtatim decreta fuerit. Sed quia d. Reinhard nihil aliud egit, niſi quod ſignatam copiam Befehl-Schreibens *n.* 123. in qua ipſi legitimatio biß zu weiterem Beſcheid prohibita, exhibuerit, & poſtea aliquot annis cauſa quieſcente, non amplius comparuerit, hæc transmitto.

Cæterum omnes utriusque partis Procuratores, eorumque conſtitutiones a centum & quinquaginta fere annis ordine hic ſpeciatim recenſere, nimis longum & ſuperfluum foret, cum iſtarum conſtitutionum tenor in Extractu Actorum jam ſummarie fuerit relatus, ea vero, quæ in Relatione Actorum jam propoſita, in Voto prolixe repetere ineptum, & in *Conſtitutione Imperiali d. An.* 1654. §. denen *Referenten* 147. etiam expreſſe vetitum.

Quapropter illud ſaltem in genere addendum putavi, cuncta illa Procuratorum mandata, quæ apud Acta exſtant (nam quædam exhibita quidem fuere, ſed ab Actis deſunt, de quibus infra) juri & legibus Imperii ſtyloque Camerali, quoad Clauſulas ſubſtantiales, eſſe conformia, adeoque vigore Memorialis d. A. 1561. §. Hiebey iſt auch. ſatis juſta & valida. Nam quod ad vetuſtiora, quæ ſcil. ad publicatam usque dictam Imperii ſanctionem d. An. 1654. hinc inde exhibita, attinet, concepta illa ſunt ad totam cauſam, complura etiam ad omnes cauſas, præſentes & futuras, tam active quam paſſive, cum ratihabitione prius actorum, & præter nomina conſtituentium & conſtitutorum, continent quoque poteſtatem ſubſtituendi, clauſulam generalem, omnia includentem, quæ expreſſis paria ſunt, item de rato &c. Qualia mandata ſufficere teſtatur *Ordinat. p.* 1. *tit.* 21. §. 2. *& p.* 3. *tit.* 12. §. 9. Mynſing. *Cent.* 4. *obſ.* 99. quanquam nonnulla eorundem præter modo dicta, etiam punctum executionis, tanquam præcipuam judicii partem,

active

active & passive comprehendant, juxta *Comm. Decret. de* 30. *Mart.* 1593. §. **Gleichfals** 3. & intentionem *Recessus Deputat. d. An.* 1600. §. **Dieweil aber insonderheit** 65.

Quæ vero post annum 1654. producta procuratoria, nec in iis desiderari aliquid video. Sunt enim generalia, ad omnes causas, præsentes & futuras, tam active, quam passive directa, nec non ad successores extensa, & nomen quoque substituti insertum habent. Quæ sunt requisita novissimæ *Constitutionis Ratisbonensis* §. **Dannit auch zum Vierten** 99. cum duobus seqq. & cæteroquin in ea forma, quæ in istis Comitiis concepta, & typis expressa est, per omnia apparent. Præterea tam antiqua, quam recentiora vel in originalibus, vel copiis signatis, hisque a Lectore Cameræ ut plurimum auscultatis, existant, idque ex vetustissimo stylo, in *Ordinatione* quoque *p.* 3. *tit.* 12. §. 10. fundato, & communi decreto de 13. Decemb. 1659. §. **Am andern** 2. renovato & corroborato. Et quamvis non omnia recognita, quia tamen etiam non contradicta, & tacens in judicio consentire videatur, tacite pro recognitis habenda.

Requirit quidem etiam der gemeine Bescheid de 30. Octob. 1682. ut Procurator substitutus in substitutionem vel per oralem recessum, vel subscriptionem des Gewalts consentiat, id tamen circa ea, quæ post illud tempus in judicium venere, mandata haud observatum invenio. Quæ quia ad substantiam non pertinent, missa facio.

Sed quia mandati procuratorii validitas potissimum a potestate constituentis dependet, utrum ille habeat legitimam personam standi in judicio, vel rei controversæ sit dominus, & liberam rerum administrationem habeat, vel alias negotium ipsum solum, vel principaliter tangat, de sufficientia procuratoriorum, quæ ex parte moderni D. Episcopi & ejus Prædecessorum ad acta tradita, forsan dubitari posset, eo quod causa hæc non solos Episcopos, sed totam Diœcesin, das gantze Stifft, juxta tenorem Actorum vel maxime concernat, de hujus vero vel Cathedralis Capituli consensu in mandatis (uno aut altero tantum excepto) non appareat, sed soli Episcopi constituerint.

Et sane ad hanc rationem dubitandi vel ideo eo magis moveor, quod Advocatus Monasterienſis *in Replicis num.* 162. ad enervandam judicialem confessionem, a D. Episcopo factam, opponit, Episcopum in causis, patriæ jura concernentibus, absque consensu seiner Stände, per se & privative nihil valide facere, & Statibus suis præjudicare potuisse, quia, quod omnes tangit, ab omnibus debeat approbari, & Episcopi non sint Domini, sed tantum Administratores rerum, quibus ut sibi commendatis utantur, non ut propriis.

Sed respondeo cum Referente apud Meichsnerum in causa Teutschmeister contra Oettingen, quod ejusmodi Prælati legitimare sese & constituere ad litem possint, sine Capituli consensu, adinstar aliorum, qui legitimam bonorum administrationem universalem habent, maxime quia Principes Imperii, & plura existant præjudicia in Camera.

Meichsner. *decis. Cam. tom.* 2. *lib.* 1. *Decis.* 6. *in princ. Voti Refer. per allegat. ibid. It. tom.* 4. *Decis.* 22. *num.* 1.

ubi in causa Teutschmeister contra Heilbron, in qua ipse vir celeberrimus Referentis partes sustinuit, de recepto ac usitato supremi hujus Judicii stylo, secundum quem soli Principes Ecclesiastici recte constituere possint sine Capituli consensu, & quod ea de re infinita existent præjudicia, attestatur. Quibus hic singulariter accedit, quod non tantum primus Reus Episcopus Franciscus in uno mandato *sub num. Cam.* 8. quatuor Procuratores samt und sonders, Ihro Fürstl. Gnaden Dero Stifft und Landschafft Nothdurfft zu beobachten, ad totam hanc causam legitimarit, sed etiam (quod maxime notandum) secundus post ipsum Episcopus Bernhardus consilio & consensu des Thum-Capitels, Doctori Alexandro Reiffstock zu ihrem und ihres Stiffts Anwaldten constitutionem generalem mit Ratification voriger Handlungen (*num. Cam.* 41) in amplissima forma dederit, & una cum Capitulo sigillarit.

Quod unum certe mandatum tantæ efficaciæ est, ut omnia dubia tollat, & in reliquis sequentibus hac expressa insertione consensus & sigillatione Capituli ne quidem opus fuerit. Nam cum D. Reiffstock constitutus fuerit von Herrn Bischoffen Bernhard, cum expressa ratificatione, consensu & sigillatione des Thum-Capitels, hujus mandatum & consensus per mortem dicti Episcopi & ipsorum etiam Capitularium nequaquam fuit exstinctus, sed quoad Capitulum semper duravit & adhuc durat. Nam quamvis Episcopi & personæ Capitularium moriantur & mutentur; Capitulum tamen est immortale, & in sua substantia perpetuo manet idem. Also daß um deßwillen der verstorbenen Personen Handlung anders nicht zu achten, als ob sie durch die noch lebende oder jetzige Capitularen wäre vollbracht worden. Et hoc eo minus habet dubii, quod omnes hujus Bernhardi successores in ipsorum mandatis per clausulam ratificatoriam cuncta retroacta expresse comprobaverint. Facit pro confirmatione dictorum, quod anno 1587. etiam vacante sede Gubernatores, die verordnete Statthaltere des Stiffts, qui procul dubio a Capitulo

conſtituti (quemadmodum communiter conſueverunt Capitula, ſede vacante, conſtituere ejusmodi Defenſores & Oeconomos ad gubernandum & adminiſtrandum bona Epiſcopatus , ut notat. Gail. *lib.* 1. *O.* 30. *num.* 17.) poſt mortem Procuratoris D. Chriſtophori Reiffſtock zu Ihrem und des Stiffts gemeinen Anwald ſub ſigillo des Stiffts Regierung *num.* 121. conſtituerint Doct. Cramer , qui deinceps etiam ab Electore Colonienſi Ferdinando , qua electo Epiſcopo Monaſterienſi, mandatum cum ratificatione *num.* 124. intulit.

Quibus omnibus conſideratis, DD. Reorum Mandata valida omnino & ſufficientia eſſe ; minime ambigendum : attento etiam hoc, quod neque a Capitulo, neque ab Actoribus ullo unquam tempore deſuper facta ſit oppoſitio.

Cæterum de procuratoriis, ex parte Actorum prolatis, obiter monendum primo, D. Kaden pro Dominis Curatoribus juniorum Comitum exhibuiſſe quidem Actorium & Procuratorium *num.* 39. ſed non ſimul Curatorium , ex quo conſtare poſſit, eos eſſe Curatores legitime conſtitutos: quia non creditur nudæ aſſertioni tutoris , ſi in Actorio dicat: Ego N. tutor vel curator conſtituto talem actorem & Procuratorem , per ea, quæ notat

Vant. *de null. ex def. inhabil. ſeu mand. num.* 148.
Gail. *lib.* 2. *O.* 107. *num.* 1.

& propterea acta per hujusmodi actores, tanquam falſos Procuratores, non valere dixeris.

text. in *l. qui neque ff. d. reb. eor. qui ſub tutela.*

Secundo eundem Kaden præterea quoque produxiſſe a Comitiſſa Vidua matre d. minorum Comitum procuratorium *num.* 46. in quo quidem alias clauſulæ ſubſtantiales inſunt, ſed qualitatis tutelæ nequidem facta mentio , nedum quod tutorium editum ſit : Cum tamen omnes tutores, ſive teſtamentarii, ſive legitimi, ſive dativi, indiſtincte, adeoque etiam mater, ſi munere legitimæ tutricis fungi velit, juxta diſpoſitionem *Reformation* **guter Policey** *d. An.* 1548. *tit.* **Von der** *Pupillen.* 31. §. 2. **ſich der Vormundſchafft nicht unterziehen ſollen, die Verwaltung ſey Ihnen dann zuvor durch die Oberkeit decerniret und befohlen ,** de eoque in judicio docere teneantur, per ſupra tradita. Ad hæc etiam mater, quamvis ceu legitima filiorum ſuorum tutrix, ſolo pietatis intuitu, omnibus agnatis & cognatis præferatur, per *Novell.* 118. *cap.* 5. *Authent. Matri & aviæ. C. quand. mul. tutel. offic. fung.* teſtamentariis tamen tutoribus (uti hic ſupradicti tutores vel Curatores , nimirum DD. Comites de Manderſcheid & Waldeck per modum teſtamenti ordinati & a Cæſare confirmati videntur) poſtponitur & ab eis excluditur. Defuncti namque voluntatem præponi volumus , ait dicta Authentica. Ex quo ſequitur, quod mater Comitum ad conſtituendum prorſus inhabilis fuerit : niſi ſi credere velimus ei, quod ipſamet coram Commiſſario examinis vi ſchedulæ proteſtationis, ſecundo Rot. Monaſt. *fol.* 50. *& ſeqq.* inſertæ, protulit , **daß Hochgemeldte Herren Grafen, als mit gewiſſen Conditionen von Kayſerlicher Majeſtät beſtätigte Vormündere, nachdem ſie ſolche Gedinge nicht erfüllet , ſich der Vormundſchafft entſchlagen , und deren Verwaltung ihr der Mutter überlaſſen hätten.** Quo tamen etiam caſu confirmatio Cæſaris ſeu tutorium deſideraretur.

Tertio reperio, etiam Doctorem Müg conſtitutionem procuratoriam *num.* 155. & eo mortuo , ipſius ſucceſſorem Dr. Limbach aliam *num.* 158. a Comitiſſa Vidua & Tutrice impuberis filii ad judicium tradidiſſe , ſed utrumque Procuratorem tutorium omiſiſſe. Sed de his quidem res per ſe ſalva eſt, quia teſtante Protocollo de 31. Januar. 1670. & 13. Januarii 1673. modo dictæ D. Viduæ adminiſtratio tutelæ in hoc ſupremo Judicio decreta & demandata eſt. Quo caſu non requiri tutorium conſtat : quia jam notorium eſt Judici , conſtituentes eſſe legitimos tutores,

Gail. *d. obſerv.* 107. *num.* 5.

Quantum vero ad ſuperiora illa omiſſa tutoria, adeoque inſufficientem & invalidam legitimationem attinet , quoniam contra eam a parte adverſa, cujus maxime intereſt, ne ſententia contra tutorem minus rite conſtitutum lata , ipſo jure nulla ſit , nihil exceptum , & inſuper etiam ſecuti ſucceſſive Comites usque ad modernum incluſive, cuncta anteacta conſtituendo ratificarunt, hiſce non immoror.

Demum de Procuratoris Fiſcalis intervenientis legitimatione nihil attinet dicere, cum Cæſaris & Imperii nomine ex generali mandato legis & Conſtitutionis Imperii , cauſas in judicium deducat & peragat.

text. *in l.* 1. *d. offic. Procur. Cæſ. Ord. Cam. p.* 2. *tit.* 20. §. *ult.*

& in cauſis exemptionum etiam ſpeciale mandatum habeat,

per *Receſs. Imperii Auguſt. d. An.* 1548. §. **Etliche andere aber** 53. *&* §. **über ſolches aber** 57.

Quæſtio

Quæstio III.

An Acta integra, & omnia in processu rite observata, ita ut nullus in iis defectus vel nullitas reperiatur.

SUbsistentibus etiam Procuratorum legitimationibus, tertio & ultimo loco circa formalia nunc indagandæ restant nullitates, quæ vel ex defectu aliquo Actorum substantiali, vel processus oriuntur. Defectus quidem Actorum plures in hac causa reperio, sed nullum ejus momenti, ut propterea Judex ex Actis animum suum non satis informare, nec sententiam tuto pronunciare possit. Nam alias ne relationi quidem committenda forent, uti in Memoriali *d. An.* 1581. §. **Derowegen** ꝛc. statutum, & novissima quoque Imperiali Constitutione *d. An.* 1654. §. **Als auch die Erfahrenheit** 153. firmatum est. Ubi præmittendum, Originalia hæc Acta, invadentibus Spiram Gallis, a Domino de Drost zu Senden, Thum-Herren zu Speyer, salvata, & vigore documenti *num.* 176. jussu D. Episcopi Advocatis patriæ Monasterienſibus tradita, demumque ad emanatum hic Mandatum de edendo S. C. ex parte Munster 13. Junii 1695. judicialiter fuisse producta. Quanquam vero vi communis Decreti de 15. Maji 1693. §. **Als auch zum andern** ꝛc. super ejusmodi salvatis Actis indistincte pronunciari non debeat, nisi antea ab utriusque partis Procuratoribus pro legalibus & integralibus judicialiter agnita, vel in casum alicujus defectus redintegrata fuerint, id tamen hic locum non habere existimaverim, ex eo quod defectibus quibusdam utrinque indicatis, cætera tacite approbata & pro integris habita censeantur, neutra parte nihil ultra contradicente, cum tamen utraque, si voluisset, contradicere potuisset & debuisset. Approbasse igitur de cætero Acta præsumuntur.

Vid. Menoch. *lib.* 3. *præsumpt.* 116. *n.* 1. *& lib.* 3. *præsumpt.* 9. *num.* 10.

Defectus vero, quos significarunt Procuratores, nullius sunt valoris, vel potius erroneè, & contra fidem Actorum allegati, ita ut illorum suppletione & redintegratione plane non sit opus. Nam quod Monasterienſis Procurator Lic. Eichrod in seiner Paritions-Anzeige num. 178. uti & Steinfurtensis Dr. Erhard in seiner unterthänigen Anzeige num. 181. dicunt, documenta 25. Aug. 1582. bey der Additional-Probation *sub lit. DD. & OO. & num. Cam. respective* 93. & 103. producta, ab Actis deesse, in eo uterque valde errant. Ex dicta enim Additionali probatione clare patet, ea nunquam realiter exhibita, imo nequidem allegata, vel designata, sed alterum sub DD. plane omissum, alterum sub OO. iterum deletum esse. Quod vero d. Eichrodt in eadem Paritions-Anzeige movet, etiam numerum 115. deficere, futile est. Dann die Beylage *sub isto num.* ist nichts anders gewesen, als ein Extract Schreibens von dem Advocato causæ, ad obtinendam prorogationem prorogationis. Welcher Recess auch, darinn selbiger Extract 13. Maji 1583. übergeben, in dem Protocoll durchgestrichen.

Nec majoris ponderis est, quod Erhard in d. unterthänigen Anzeige allegat, daß die bey den Actis gewesene originalia documenta *sub. lit. F. G. H. & num. Cam.* 71. 72. & 73. von Münster nicht wieder eingelieffert, sondern loco originalium nur einige pro arbitrio extrahirte Clausulæ, und zwar unter angegebener eines Münsterischen Bedienten unbekannter Authentisation beygelegt worden. Nam primo falsum est, ista Originalia apud Acta fuisse relicta, sed constat *ex Recessu* 4. *Novemb.* 1582. *ad protocollum habito*, cuncta illa Originalia, quæ 25. Aug. 1582. magno numero producta (inter quæ etiam hæc tria fuere) post factam recognitionem & collationem restituta, & vidimatas a Lectore copias apud judicium remansisse. Secundo, quia hæ copiæ ab Actis defuere, attestatur juratus Archivarius Monasterienſis Lic. Mensing. sub manu & sigillo, daß die ad Originalia Acta wiedergebrachte Copeyen mit denen bey dem Fürstl. Münsterischen Archivo vorhandenen, unter bekannter Kayserl. Cammer-Gerichts Cantzeley Hand beschriebenen Actis, und diesen dabey befindlichen a Lectore collationirten Copiis verbotenus concordiren. Cui tanquam viro in dignitate constituto, & jurato Principis ministro, in eo, quod officii sui est, fides habenda: præsertim quia hæc adjuncta non usque adeo magni sunt præjudicii, nec summam rei concernunt.

His præmissis, videamus, cujus ponderis sint, quæ vere ab Actis desunt, & a Procuratoribus obmota non sunt. Ubi primo quidem occurrunt numeri *Cam.* 51. & 52. Sed hi in protocollis iterum deleti, quia huc non spectasse, & per errorem irrepsisse videntur.

Secundo, deficit copia gemeinen Gewalts num. 122. ex parte Steinfurt von Dr. Kirwangen 1. Julii 1589. produciret.

Tertio numerus 133. qui procul dubio debet esse die Vollmacht, so in dem Gewalt der Fürstl. Münsterischen heimgelassenen Räthe, auf Lic. Schaumberg, de dato 3. Julii 1625. sub num. 132. eingelegt, und von Chur-Cölln, als Bischoffen von Münster, eidem Procuratori, & sub eodem dato ertheilet worden.

Quarto, copia signatâ Gewalts numer. 136. so præsumtive die heimgelassene Münsterische Räthe gegeben, weil Procurator Lipp pro Münster eodem die, nemlich 4. Julii 1642. zwey Copeyen signirter Gewälte, sub num. 135. & 136. übergeben, quarum ultima sub num. 136. deest.

Quinto, copia signata gemeinen Gewalts, num. 163. a Lic. Henning 30. Junii 1684. pro Münster producta.

Sexto, copia signata gemeinen Gewalts, num. 164. a D. Henrico Wilhelmo Erhard 22. Sept. 1684. pro Steinfurt exhibita.

Septimo, trina copia signata Gewalts, num. 165. a Lic. Eichrodt, post obitum prioris Procuratoris 8. Novemb. 1686. pro Münster tradita.

Octavo, Procuratorium generale num. 169. 12. Mart. 1688. a D. Joh. Georgio Erhard pro Steinfurt productum. Sed quoniam modernus D. Actor Comes Ernestus, uti & ab altera parte præsens D. Episcopus Fridericus Christianus in procuratoriis suis constitutionibus, in forma novissima per copias signatas ad Acta traditis, omnia & singula ab ipsorum constitutis & aliis Procuratoribus ante acta rati habuerint, nec contra eas ab una vel altera parte quidquam exceptum, ideo cuncta ista vulnera, quæ recensui, per hoc satis sanata apparent.

Porro nono deest unterthänigste Bitte, pro obtinendo novo termino num. 166. a D. Erhardo seniore, nimirum Henr. Wilhelmo 2. Maji 1687. exhibiret.

Decimo, Gräffl. Original-Schreiben n. 167. pro obtinenda ulteriori prorogatione, a D. Joh. Georgio Erhard 26. Sept. 1687. einbracht.

Undecimo, Schreiben von dem Gräffl. Cantzley-Directore num. 168. pro impetranda adhuc ulteriori prorogatione, a D. Erhard 9. Januarii 1688. eingegeben.

Duodecimo, copia Gräffl. Schreibens, num. 170. pro exculpanda mora, von Erharden 12. Mart. 1688. produciret.

Decimo tertio, copia Schreibens num. 171. pro ulteriori adhuc prorogatione 25. Junii 1688. von Erharden einkommen.

Decimo quarto, abest etiam in Protocollo Recessus 3. Junii 1670. a D. Müg gehalten, qui (uti ex num. Cam. 159. apparet) nihil in se continuit, quam accusationem contumaciæ in non agendo.

Quemadmodum igitur omnia hæc a puncto nono nihil omnino ad causam faciunt, sed retardationem saltem processus ostendunt, ita decimo quinto & ultimo documentum illud, quod in Duplicis 27. Septembr. 1693. a parte Steinfurt productis, sub num. 30. allegatum quidem, sed actualiter exhibitum non fuit, parvæ vel nullius efficaciæ fuisse, ex eo colligitur, weil es nach Einhalt der Duplic-Schrifft nur ein Schein gewesen, daß das Kirchspel Oen in der Graffschafft Bentheim gelegen, und dahin, nicht aber nach Münster steuerbar sey.

Viso, enarratos Actorum defectus nihil omnino obstare, quo minus certa & legitima sententia sine ullo periculo proferri possit, inspiciendum jam erit de ordine processus, an scilicet ille debite servatus, vel notabilis alicujus vitii argui possit? Et primo quidem principaliora in hac Imperiali Camera acta, quod concernit, constat ex Protocollo judiciali, tam primum mandatum de non offendendo, quam alterum de restituendo & relaxando, cum ulteriori inhibitione & annexa Citatione ad videndum &c. 13. Octobr. 1548. judicialiter fuisse reproducta, una cum suis executionibus, & summariis petitionibus, in quibus narrata secundi Mandati & respective citationis loco libelli repetita. Dein ex parte Reorum Causales seu Defensionales, Actoris vero Emendatio narratorum Mandati exhibita, factaque litis contestatione, Causales repetitæ. Postea Positiones & Responsiones ad Causales, & ab altera parte Responsiones ad Positiones mediis juramentis dandorum, & respective respondendorum editæ. Tum progressum ad Commissiones, quæ utrique parti in optima forma, nimirum ad examinandum testes, & transumendum instrumenta decretæ & peractæ, producti Rotuli, quorum sigilla utrinque recognita, & in publicationem consensum. Exin importatæ a Steinfurtensi Procuratore Exceptiones contra Attestationes, a Monasterienſi vero in puncto Positionalium Exceptiones, tam nullitatis Examinis, quam contra personas & dicta testium, & in puncto Defensionalium Replicæ adversus frivolas Actorum Exceptiones, item Correction und Aenderung etlicher Puncten, & porro Additional-Probation und fernere Production-Schrift. Ad quæ quatuor Producta cum Steinfurtensi Procuratori per sententiam de 8. Novembr. 1667: Special-Handlung ex officio injuncta, produxit in termino prorogato aufferlegte Handlung. Cui Monasterienses primo Præliminar-Handlung, & dein Replicas, & demum hisce pars adversa Duplicas opposuit.

Ex hac causæ tractatæ serie, uti substantialia processus, videlicet citatio, libellus, litis contestatio & probatio, satis elucescunt, ita quoad conclusionem, quæ quidem jure communi secundum plurimos de substantia processus non est, sed jure Camerali ex *Ordinatione part.* 3. *tit.* 23. 26. 29. & 33. in omnibus causis & punctis necessario requiritur, sciendum est, submissiones utrinque multis iteratis vicibus definitive factas esse, & in scriptis & oretenus. Nam primo ex parte D. Actoris in prin-

principali submisit D. Müg 6. April. 1668. tam in recessu orali, quam aufferlegten Handlung: eamque conclusionem repetiit 16. Septemb. 1668. item 7. & 9. Decemb. 1669. per habitos Recessus. Quod idem fecit post ipsum D. Limbach 16. Jun. 1673. & post hunc D. Erhard iterato submisit in Duplicis 27. Septembr. 1693. & simul oretenus, iterumque 17. Novembr. 1693. per Recessum oralem. A parte vero Rei æque in principali conclusit Lic. Walraff in secundis Replicis, 16. Febr. 1674. productis. Quam conclusionem oretenus repetiit ejus successor Lic. Henning 30. Junii 1684. & qui huic successit, Lic. Eichrodt, per Recessus 8. Novemb. 1686. item 23. August. 12. & 26. Septemb. 1687. habitos. Quæ quidem crebræ & frustraneæ repetitiones submissionum in communi Decreto de 13. Dec. 1659. §. viertens soll ꝛc. vers. gestalt die Procuratores &c. expresse prohibitæ, sed transeant hæc tanquam leviora.

Cum vero in hac causa Citationis & Mandati cum clausula Procurator Actoris D. Müg 6. Aprilis 1668. produxerit scriptum sub intitulatura: Auferlegte Handlung und Anzeige, loco Duplicarum: & quidem justo ordine, cum Replicæ ex adverso dudum exhibitæ fuerint; postmodum vero a partibus plura scripta, & quidem a parte Rei primo Præliminar-Handlung, dein Replicæ, & demum ab Actore iterum Duplicæ, sine arbitratu & permissu Judicis ad Judicium venerint, quæritur, annon ista scripta, tanquam supernumeraria, & tam ordinationi quam dicto communi Decreto adversa, rejici ab Actis & quidem cum pœna producentium debeant? considerato maxime hoc, quod jam d. communi Decreto de 13. Decembr. 1659. citato §. viertens soll ꝛc. id expressim ita statutum, & in ejusdem Declaratorio d. 9. Januarii 1660. §. also verstehet sich ꝛc. confirmatum sit. Quod quidem, quoad d. Præliminar-Handlung 16. Martii 1670. a Lic. Walraff productam, tanquam non tantum supra numerum, sed etiam sub prohibita intitulatione exhibitum, & alias quoque manifeste dilatorium & parvi momenti scriptum, indubium putaverim, quamvis Procurator, ut dudum mortuus, puniri non possit. Quantum vero ad secundas Replicas & Duplicas attinet, quanquam & illæ de stricto Jure istam rejectionem mereri videantur, quia tamen tam in der aufgelegten Handlung und Anzeige loco Duplicarum, und deren Adjunctis, quam secutis Replicis, nova quædam allata, adeoque respective ad replicandum & duplicandum hinc inde ansa data, ideo ista scripta ex æquitate Prætoria eo magis in judicando attendenda existimaverim, quia prædicto casu novorum allatorum, & ansæ mutuo datæ, etiam in Mandatis S. C. in quibus alias ultra Replicas regulariter progredi non licet, Duplicæ & ulteriores etiam allegationes admitti debent, per *Recessum Imperii de Anno* 1654. §. Nächst diesem 78. Cui hic singulariter accedit, quod in d. Replicis & Duplicis, earumque Adjunctis, multa comprehendantur, quæ ad meliorem causæ cognitionem & Judicis informationem pertinent. Quo casu, ne veritas occultetur, (quod esset peccatum mortale) etiam alias probationum & deductionum facultas non angustari, sed ampliari debet.

Text. in *l. quoniam in fin. Cod. de hæret.* text. in l. *generaliter* §. *necessitate. C. de rebus credit. & jurejur.*

Cæterum, quoad observationem terminorum, & petitas prorogationes prorogationum, immane quantum in Ordinationem, Recessus Imperii & communia Decreta, per totam litis disceptationem, maxime vero posterioribus annis, ab utraque parte fuerit peccatum. Et ut præcipua tantum attingam, notandum est, quod pro Münster Lic. Walraff primo 30. Junii 1668. termini legalis prorogationem, dein 16. Sept. ejusdem anni, item 7. & 9. Decemb. 1669. & postquam 16. Mart. 1670. explodendam istam Præliminar-Handlung exhibuit, iterum 11. Aprilis & 27. Junii 1670. tum 12. Martii & 11. Junii 1673. continuo prorogationes prorogationum petierit, & demum 16. Febr. 1674. Replicas dederit. Causæ hujus tam diuturnæ litis retardationis afferuntur, quod Advocatus, nisi habitis integris Actis, quæ manca in Archivo Principis existerent, & in Cancellaria Cameræ Imperialis describerentur, agenda agere non potuerit, tum etiam, quod deinceps plane in vivis esse desierit. Ad quod docendum diversæ ab Advocato literæ, partim etiam a Consiliariis Monasterienſibus ad Procuratorem scriptæ, productæ sunt. Sed nec e diverso melius properatum. Nam primum D. Henric. Wilhelm. Erhard 22. Sept. 1684. terminum ad agendum, & dein 2. Maji 1687. novum terminum, tum ejus Successor D. Joh. Georg Erhard 26. Septembris 1687. item 9. Januar. 12. Martii & 25. Junii 1688. prorogationes prorogationum continuo & successivo tractu petiere, & tandem hic posterior Erhard 27. Septemb. 1693. Duplicas importavit. Causæ tantæ moræ una cum documentis, ab Actis deficientibus periere: nisi quod in principio harum Duplicarum pro excusatione allegetur, daß wegen Absterben der Herrschafft, und anderer vielfältigen dem Gräffl. Hause zugestossenen Veränderungen man mit gebührender Handlung nicht eher habe auffkommen können.

Quanquam vero de rigore Juris dictæ Replicæ & Duplicæ etiam ex hoc capite dudum purificatorum terminorum explodi seu rejici deberent, per *Recess. Imperii d. A.* 1654. §. Indem auch fürs ander 97. & §. Zum achten keine *Prorogationes* 103. *Com. Decret. de* 13. *Decemb.* 1659. §. viertens soll *in fin. & Com. Decret. de* 8. *Maji*

1668. *verſ.* **dann weil vormahls ꝛc.** tamen cum allegatæ a Rei Procuratore cauſæ quodammodo juſtæ & probatæ videantur, ab altera vero Actoris parte probabiles præſumantur, quia ejus maxime intereſt, litem finiri, præterea etiam, ſiquid peccatum hinc inde ſit, præjudicium illud, quod alias ex elapſo termino oritur, hic utrinque par ſit, mutua ſaltem compenſatione id tollendum autumo: per regulam, qua dicitur, culpam cum culpa, & delictum cum delicto compenſandum eſſe, *l. viro, cum ibi notat. ff. ſolut. matrim.* Suadente etiam æquitatis ratione, quæ in omnibus cauſis ſtricto juri præferenda, vulgata *leg. Placuit. C. de judic.* ut in cauſa tam ardua & momentoſa, magis ſcripta, in quibus veritas facti plenius deducta, quam neglectus terminorum, reſpiciantur. Quemadmodum & alias in hoc ſublimi Romani Imperii Conſiſtorio magis de æquitate, quam rigore juris, judicari ſolet, teſte Gailio *lib. 1. obſerv. 42. num. 1.* Denique illud neceſſario monendum, cuncta illa Duplicarum, 27. Septemb. 1693. productarum Adjuncta a num. 23. usque ad 52. inclusive, neque in Originalibus, neque viditmatis copiis, (de quo appareat) exhibita, multo minus, ut decet, recognita, ſed tantum in ſimplicibus nihil probantibus copiis & extractibus iſtis Duplicis affixa eſſe. Cum vero eorum documentorum nonnulla ad probandam intentionem Actoris non parum conferant, ideo ejus Procuratori D. Erhard, antequam definitive pronunciari poſſit, per interlocutoriam præambulam, ut prædicta Adjuncta originaliter, vel in probanti forma ad recognoſcendum vel diffitendum ad Acta ferat, ex officio injungendum putarem: maxime cum officium Judicis per clauſulam ſalutarem fuerit imploratum.

Hactenus de ordine & modo procedendi in hac Imperii Camera obſervato. Supereſt, ut paucis inquiramus in proceſſum, circa examinationem teſtium & tranſumtionem inſtrumentorum, a Commiſſariis Cameræ utrique parti datis, uſurpatum. Quem quidem proceſſum & formam Rotulorum, hinc inde productorum, pro conſtitutione & more iſtorum temporum ſatis recte ſe habere, deprehendo. Adſunt enim Commiſſionum inſinuatio, acceptatio & peractio, facta ab uno ex pluribus Commiſſariis, idque vi clauſulæ: ſamt und ſonders: tum citationes contra deſignatos teſtes, & partem adverſam ad videndum recipi & jurare, ac dandum Interrogatoria; porro reproductiones cum ſuis executionibus, legitimationes Procuratorum, productiones, receptiones, juramentum & examinationes teſtium, non in turba, ſed ſecreto & ſeparatim, præterea adjuncti Notarii, niſi ſi qua partes ſibimet ipſis defuere, quo minus & a ſe adhiberentur: denique legitime edita, recognita & tranſumta documenta, quæque alia quoad formam requiruntur: uti hoc in meis Extractibus diffuſiſſimorum Rotulorum plenius videre licet.

Quæ licet ita ſe habeant, inſpiciendæ tamen ſunt nullitates, quæ nihilominus a partibus contra iſta examina, eorumque proceſſum obmotæ. Et primo quidem Reorum Procurator in Exceptionibus, 27. Januarii 1563. productis fol. 6. fac. 2. & ſeqq. objicit, quod executio Citationis ad videndum produci & recipi teſtes, nimis ſero fuerit facta, ita ut citati Rei ſuis interrogatoriis aliisque neceſſariis præparare ſe non potuerint. Secundo ipſum Commiſſarium in loco Commiſſionis, nimirum Veſaliæ, debito tempore ad peragendum actum non adfuiſſe. Tertio, eundem Commiſſarium poſt effluxum Commiſſionis terminum, adeoque deficiente jurisdictione ſua, nulliter proceſſiſſe. Quarto, Reos non fuiſſe citatos ad videndum recipi & jurare teſtes, Steinfurti poſtea examinatos: & Reorum Notarium, priori examini adjunctum, denunciatum quidem ad hunc poſteriorem actum, ſed literas denunciatorias demum eo die, quo examen inſtitutum, & quidem circa veſperam ipſi traditas &c.

Sed omnes hæ objectiones jam antea coram ipſo Commiſſario in einer fol. Rotul. Bentheim. 326. & ſeqq. regiſtrirten Proteſtation-Schrifft, temere oppoſitæ, meræque potius cavillationes ſunt, quam quod ullam redolere nullitatem videantur. Nam quod ad primam, patet ex relatione Notarii d. Rot. fol. 31. & ſeq. inſcripta, citationis inſinuationem ſatis mature ab eodem peractam, ita, ut D. principali Reo Epiſcopo adhuc 14. dies, tempus ſatis amplum, ad comparendum ſuperfuerint. Præterea citati non tantum Interrogatoria in termino exhibuerunt, ſed etiam Notarium adjungendum miſerunt, isque eriam admiſſus, & ſuper Interrogatoriis teſtes examinati. Vid. *Rotul. Bentheim. fol. 16. & ſeqq.* Contra ſecundam objectionem ſimiliter clamitat d. Rotulus, ex quo *d. fol. 16. & ſeqq.* aperte elucet, illo ipſo comparitionis die, nimirum 25. Februarii 1551. Commiſſarium tam ante, quam poſt meridiem actui Commiſſionis incubuiſſe, quamvis vi tempeſtatis & inundationum impeditus, tam cito Veſaliam venire non potuerit, ut præciſe mane hora octava, uti in citatione indicta ea erat, audientiam inceperit. Id quod valde cavillatorie objectum. Ejusdem farinæ eſt quoque tertia objectio. Nam conſtat ex judiciali Cameræ protocollo, quod cum Commiſſarius, ob multitudinem teſtium, Commiſſionem intra tempus primæ dilationis ad finem perducere non potuerit, ſecunda dilatio probandi ante lapſum primæ a Procuratore Actoris D. Themar 4. Mart. 1551. petita, & 6. ejusdem decreta. Quæ cum 25. Aprilis proxime ſequentis ipſi Commiſſario (uti *ex Rot. fol. 316. fac. 2. & ſeqq.* videre

videre est) insinuata sit, certe, si antea vitium aliquod, ob exspiratum primum terminum, commissum ab eo erat (quod tamen vere & legaliter ne quidem dici potest) per subsecutam insinuationem hujus secundæ Dilationis & Commissionis abunde fuisset purgatum. Denique, quod quarto objectum, æque cavillatorium & frustratorium est, cum ex *d. Rot. fol.* 314. *& seqq.* appareat, tam Reorum, quam prioris ipsorum adjuncti Notarii contumaciam in non veniendo ab Actoris Procuratore fuisse accusatam: ita ut nihil aliud inde, quam supina, affectata ac contumax absentia colligi possit, cum præsumtio pro Judice seu Commissario, ejusque processu sit, omnia legitime fuisse acta & peracta: per vulgaria.

Quæ ab Actoris parte adversus processum secundi Examinis Monasterienſis motæ sunt nullitates, similiter jam ante coram Commissario in schedula Protestationis, secundo *Rotul. Monast. fol.* 50. *& seqq.* inserta, propositæ, & pari quoque cavillatione ac frustratione infectæ sunt. In hac autem Imperiali Camera non per modum exceptionis, sed petitæ restitutionis in integrum, tanquam causæ restituendi contra dictum Examen, cum ampliatione repetitæ sunt in producta desuper 14. Januarii 1584. Petitione atticulata. Licet vero iste restitutionis punctus per sententiam de 8. Novembr. 1667. tacite eo ipso rejectus videatur, quod in ea hæc restitutionis petitio, non attenta desuper facta submissione, silentio præterita, & e contra Actoris Procuratori D. Müg ad agendum in causa principali, terminus ex officio præfixus: quia tamen Referentis officium est, cuncta rimari, & nihil, quod ad ordinem rerum seu processus, etiam quoad examina, pertinet, intactum relinquere, sciendum est, prætensas istas nullitates potissimum in hisce consistere; primo, quod Commissarius in citatione sua ad videndum &c. tam brevem terminum præstituerit, ut interea temporis Comitissa Vidua & Tutrix pro filiis suis necessaria Interrogatoria conficere, & idoneum Notarium, examini adhibendum, invenire non potuerit. Secundo, amplius spatium, ab ipsius Comitissæ Deputatis seu Mandatariis in termino examinis peritum, Commissarium denegasse, & denuo angustum nimis terminum constituisse, ac postea, cum tantillo temporis spatio necessaria instrui non potuerint, non datis Interrogatoriis, neque adjuncto a parte Comitum Notario, posthabita etiam protestatione interpositа, testes nulliter examinasse. Verum, uti primum aperte contra fidem Rotuli prolatum, ita quoad secundum, verum quidem est, ad petitionem der Gräflichen Gevollmächtigten pro prolongando termino factam, ipsis ad exhibendum Interrogatoria & adjungendum Notarium tantum prorogationem in triduum, adeoque tempus nimis breve esse concessum. Sed quia d. Deputati terminum istum prorogatum expresse acceptarunt (uti constat ex secundo *Rotul. Monast. fol.* 24. *fac.* 1.) frustra deinceps de ejus angustia conquesti & protestati sunt. Quin potius ipsi dicendi forent Comitibus Dominis suis nocuisse, quam quod Commissarius eis nocuerit, eo quod tanquam Mandatarii, qui personas suas exhibitione Credentialium vel mandati judicialiter legitimaverant, acceptando tam angustum terminum, in eodem Interrogatoria non importaverint, nec Notarium adhibendum produxerint. Sed nec læsos quidem per hoc examen Comites, vel ipsis præjudicatum fuisse, inde apparet, quod testes passim plus pro Comitibus, quam Reo producente, deposuere. Et quia in Summi Principis & Statuum Germaniæ Consistorio, in quo de veritate facti sine ambagibus cognosci & pronunciari convenit, etiam veræ nullitates processus, si modo parti in causa principali irreparabile præjudicium non afferant, regulariter non attenduntur, sed ad definitivam, dummodo alias de causæ meritis ex Actis sufficienter & liquido constet, proceditur, uti id litium perimendarnm favore recte provisum est in *Ordinat. Cam. part.* 3. *tit.* 34. §. 1. Igitur tanto expeditius & securius transvolanti mihi irrelevantium scopulos nullitatum ad inspectionem & definitionem antiquissimæ hujus & ponderosissimæ causæ properandum erit.

De Materialibus.

Absolutis, quæ de formalibus velut cortice dicenda erant, nunc ad ipsam medullam & nucleum, materialia nimirum seu merita causæ principalis, manum adhibenti sequentes potissimum quæstiones excutiendæ veniunt: retento semper ordine & methodo, quam in Augustissimo Cameræ Imperialis Judicio ab antiquo laudabiliter observatam video: nimirum *Primo*, quæ actio instituta? *Secundo*, an cum debitis suis requisitis probata? *Tertio*, an per exceptiones seu defensiones Rei elisa? *Quarto*, quid de interventione Cæsarei Fiscalis sentiendum? *Quinto*, quid pronunciandum? Et denique *Sexto*, quomodo Sententia concipienda & formanda?

Quæ-

Quæstio I.

Quænam Actio instituta?

ANtequam ad discussionem hujus quæstionis progrediar, tribus præmonendum est, litem hanc ab initio quidem motam, tam contra D. Episcopum Franciscum, quam ejus Præfectum zu Horstmar, Heydenreich Drost. Sed quia per hujus mortem in hoc judicio fractæ pacis instantia, quoad ipsum, dudum periit, tam ratione pœnæ banni, quæ in hæredes non transit, per tradita Mynsing. *Cent.* 1. *obs.* 98. & *Cent.* 4. *obs.* 35. *num.* 1. quam ratione damni dati seu restitutionis damnorum & interesse, cum ejus hæredes, qui alioquin eo nomine tenerentur, per text. in *Ord. Cam. tit.* 9. §. *ult.* amplius centum annis ad reassumendum nunquam fuerint citati, ideo circa indagandam actionem solum, quatenus contra D. Episcopum intentata est, laborare conveniet.

Notum est, ad investigandam actionis naturam videndum esse, quid in libello narraverit actor, & potissimum ad quid concluserit, ut ita actio, quæ facto competit, applicetur. Quæ est vulgaris practica, ut notant DD. communiter in §. *omnium Instit. d. action.*

Cum igitur in præsenti causa, tam ex narratis Mandati cum annexa Citatione ad videndum *num.* 2. *&c.* quam ex summariis petitionibus *num.* 4. *&* 5. nec non articulis positionalibus *num.* 14. *&* 15. clare appareat, quod Actor intentionem suam expresse & principaliter fundet super Constitutionibus Imperii de pace publica, narrando & articulando, daß beklagter Bischoff wider die Verordnungen des Landfriedens, & in contemtum primi Mandati de non offendendo, durch seine Amtleute und Befehlhabere, und unter denselben nahmentlich den Amtmann zu Horstmar, Heydenreich Drost, in die Grafschafft Steinfurt, und dazu gehörige Dörffer quæstionis, so er der klagende Graf mit allen hohen und niederen Obrigkeiten, Rechten und Gerechtigkeiten, vom H. Reich zu Lehn innen habe, auch demselben allein mit Steuren und Diensten ohnmittelbar unterworffen seyn, mit gewaffneter gewaltthätiger Hand Landfriedbrüchiger freventlicher Weise gefallen, den armen Untersassen daselbst, wegen unbillig und neuerlich auferlegten, und billig verweigerten Schatzungen, ihren Haußrath, was nur vorhanden und zu finden gewesen, wie auch folgends ihre Pferde mit allsolcher Landfriedbrüchigen Gewalt spoliiren und hinwegnehmen, und gar aus der Grafschafft nach dem Bischofflichen Amthause Horstmar führen, wie nicht weniger theils derselben Unterthanen gefangen nehmen lassen: welcher Landfriedbruch Ihm Grafen und berührter seiner Grafschafft, auch deren habenden Obrigkeiten und Gerechtigkeiten, und seinen Unterthanen zu mercklichen Schaden, Verderb und Nachtheil gereichte: petendo, weil beklagter Bischoff berührtem Mandato, de restituendis ablatis, & relaxandis captivis nicht pariret, sondern noch immer auf seinen Landfriedbrüchigen freventlichen Vornehmen verharre, auch durch oberzehlte seine Landfriedbrüchige Handlungen die Pœn des Landfriedens verwürcket, pœnæ declarationem & Mandati confirmationem, auch in puncto principali, scil. Citationis vel fractæ Pacis weiter zu erkennen, daß Ihre Fürstl. Gnad. solchen Landfriedbruchs halber in pœnam fractæ Pacis gefallen, und aller ihrer Regalien, Freyheiten und Privilegien, so sie vom H. Reich haben, zu priviren, auch also mit Abtrag, Kosten, Schaden und Interesse zu condemniren seyn: neminem dubitaturum arbitror, quin actum sit ex Constitutione Pacis publicæ, quæ Anno 1495. Wormatiæ edita, & postea Ao. 1500. Augustæ, 1521. Wormatiæ, 22. Norimbergæ, 1548. 51. & 55. Augustæ, & pluribus sequentibus Imperii Comitiis emendata, declarata & confirmata est: quæque Constitutio vel actio ex eadem inter alia competit contra invasorem & violatorem alieni territorii: ita quidem, ut offensus contra ista edicta Pacis publicæ optionem habeat, utrum malit vel conjunctim tam ad pœnam, sive fractæ pacis, sive juris communis, quam reparationem damnorum & interesse, vel seperatim ad alterutrum eorum agere, de qua re

Mynsing. *cent.* 2. *observ.* 29. *& observ.* 34. *cent.* 4.
Gail. *obs.* 6. *&* 7. *lib.* 1. & novissime
Roding. *Pandect. Camer. lib.* 1. *tit.* 7. §. 22.

Et dictant hoc etiam ipsæmet, quas recensui, Constitutiones, inprimis de An. 1521. & 1548. ut & *Ord. Cam. part.* 2. *tit.* 9. §. *pen.*

Notandum autem est, in præsenti nostra causa conjunctim, tam ad pœnam istarum Constitutionum, nimirum privationem, respectu Episcopi, tanquam Principis Ecclesiastici, quam ad rerum vi ablatarum restitutionem, & reparationem damnorum ac interesse actum esse.

Sane, si narrata Mandati seu libelli implicite & virtualiter consideremus, quatenus nimirum pignorationem involvunt, respectu rerum ablatarum, quæ ablatio simpliciter, & per se spectata, in effectu nihil aliud est, quam pignoratio, facta ob controversum jus collectandi: videri posset, huic facto non male etiam applicari actionem ex Constitutione pignorationis, quæ non minus ad conservationem Pacis publi-

publicæ spectat, cæterisque Constitutionibus jam ante de ea promulgatis, A. 1548. saluberrime adjecta: quamque *Ordinationi Camerali part. 2. tit. 22.* insertam, posteris vero temporibus sanctionibus Imperii, maxime de Anno 1594. & 1600. varie declaratam & auctam novimus. Et quidem vel ideo seu eo magis hoc videri posset, quia hic etiam adsunt requisita istius Constitutionis. Nam passim ex Actis apparet, & ex iis, quæ infra dicentur, manifestius patebit, primo utrumque litigantium, tam Actorem, quam Reum, immediate Imperio subesse: Secundo Comitem & antea & tempore pignorationis fuisse in quasi possessione superioritatis territorialis & immunitatis a Collectis Monasterienſibus, respectu pagorum & subditorum ejus, qui pignorati sunt: Tertio, Episcopum pignorantem jus novum in istis pagis & subditis usurpare sibi & acquirere voluisse, dum jurisdictionem territorialem, præcipue vero jus steurandi illic competere sibi prætendit: Quarto, pignorationem esse factam in causa civili, non criminali, videlicet ob denegatas Contributiones: Quinto, res & personas captas esse tertias & innocentes: & denique sexto, quandoquidem hic pignoratio per Officiales facta est, Episcopum Mandatum ad id dedisse; quemadmodum illæ qualitates partim ex *Ordinat. d. tit. 22. p. 2.* partim *d. Recess. Imper. de Anno* 1594. §. die *Mandata* in Pfandungs-Sachen 70. *& seq.* ad fundandam jurisdictionem & actionem super Constitutione hac Imperiali necessario requiruntur.

Verum enim vero meminisse hic oportet, quod eo tempore, scilicet Anno 1547. quo primum Mandatum de non offendendo, & sequenti anno Citatio super fracta pace extracta, d. Constitutio pignoratitia nondum in rerum natura, vel in Imperio cognita fuerit: leges vero & Constitutiones futuris dare formam negotiis, non ad facta præterita revocari debere, rescripserunt Imperatores in *l. 7. Cod. de legib.* Præterea, si etiam extra hoc ad factum, prout cum singularibus suis qualitatibus, mit Landfriedbrüchiger freventlicher und gewaffneter Gewalt, narratur, præcipue vero ad ipsam petitionem libelli respiciamus, certum omnino & indubitatum est, integram eam petitionem super delicto fractæ pacis fundari. Ex causa enim petendi vel medio concludendi, qualitas intentatæ actionis colligitur & demonstratur: quia conclusio regulat, ampliat & determinat totam actionem. Unde dicitur, quod tota libelli vis in petitione & conclusione, tanquam in cardine, versetur: uti hæc prolixius deducit

Gail. *lib. 1. observ. 61.*

Quanquam vero hæc ita se habeant, & actio ex Constitutione pacis publicæ narratis, & præcipue petitioni libelli proprie & principaliter conveniat: tamen cum Actor noster in libello & articulis positionalibus dicat, se Comitatum Steinfurtensem, pagosque controversos, ad eundem pertinentes, cum superioritate territoriali, Regalibus & omnimoda Jurisdictione ab Imperatore & Imperio in feudum tenere, eidemque soli mit Steuren und Schatzungen immediate subjectum, adeoque in possessione superioritatis & exemptionis a jure collectandi, quod Reus illic noviter introducere voluerit, cuique Actor se merito opposuerit, constitutum esse: e contra vero Reus in suis causalibus num. 7. contendat, se in prædictis pagis die hohe Landes-Fürstl. Obrigkeit, & nominatim jus collectandi (quod hic principaliter controversum est) quinimo superioritatem in ipsum Comitem, tanquam ipsius Landsassium & subditum possidere, & ab eo per denegatas & prohibitas contributiones in illis juribus, eorumque possessione turbatum esse, petens pronunciari, ut Actor ab ista turbatione inposterum desistat, desuperque cautionem præstet: ex quo luculenter apparet, nos hic, quoad ipsum principale negotium, ex quo fracta pax orta vel secuta est, in possessorio retinendæ versari, in quo uterque litigantium se possidere contendit, & is actoris partes sustinet, qui prior ad judicium provocat,

l. in tribus ff. de Judic. ibique DD. communiter.

Quapropter melius Actori nostro, qui prius judicium instituit, consultum esse, nosque non male facturos putaverim, si utile interdictum uti possidetis, pro retinenda superioritate, statuque immedietatis & libertatis, cum actione super violata pace in subsidium accumulaverimus, vel ex utraque actione simul actum esse dicamus: idque maxime virtute clausulæ salutaris, libello seu petitionibus adjectæ, per quam omnis actio, omneque remedium competens & resultans ex narratis, actorique præ aliis conveniens & utile, in judicium deductum censetur

per *leg. si quis intentione ff. de judic.* Klock. *T. 1. cons. 29. num. 35.*

cujusque clausulæ vigore Judex ex nobili officio supplere potest, quod partibus deest, vel quod ab ipsis non petitum, potiusque ad probata & rei veritatem, & jus partis, quam ad petitionem respicere debet,

Mynsing. *resp. 11. n. 39. & resp. 18. n. 1.*

Prout & Gailius *l. 1. d. observ. 61. num. 11.* meminit, in Camera, virtute talis clausulæ, sæpe etiam super non expresse petitis pronunciatum fuisse. De quo etiam allegat præjudicium, quod exstat una cum vot. Camerali apud Gylmann. *in Symphor. tom. 1. part. 3. vot. 12. numer. 14. & seq.*

Et aliud *p. 1. tit. 7. vot. 3. num. 6. 7. 8.* cum sufficiat, ut secundum qualitatem eorum, quæ probata sunt, vel alias ex Actis apparent, non attento, quo actionis genere actum sit, sententia pro actore feratur.

Meichsner. *tom. 3. decis. 18. num. 17. & 18.* ubi multa præjudicia Cameralia refert.

Item *tom. 2. lib. 2. decis. 4. n. 42. & 43.*

ubi *num. 46.* ex Cravetta & Anchorano subjicit, quod, etiamsi solo possessorio actum sit, parte tamen non opponente, debeat Judex etiam super petitorio, quando de utroque per probationes liquet, pronunciare, non obstante statuto, vel jure communi, quæ disponunt, quod, ubi possessorio agitur, quæstio ad petitorium pertinens debeat ad aliud judicium reservari. Quod idem quoque ex Jasone, Angelo & Felino notat Gail. *dict. observ. 61. num. 12.* quod scil. intentans possessorium, adjectis clausulis salvantibus, possit etiam in petitorio obtinere: quia adjiciens hanc clausulam censetur Judicem interpellasse, ita ut officium suum impartiri possit. Et sane hanc subsidiariam cumulationem utilis interdicti, uti possidetis, cum actione super fracta pace eo magis locum habere arbitror, quia illud huic actioni in hoc casu egregie subservit, ejusque requisita & qualitates per tota acta multo magis, quam alterius actionis, deductæ sunt, adeoque actori (cui in exordio litis favere solemus, *l. de die ff. qui satisd. cog.*) ad obtinendam victoriam maxime utile est: & quod præterea hoc interdictum proprium speciale & optimum remedium est, quod superioritatem & regalia ac libertatem in loco aliquo asserenti & possidenti, pro conservanda possessione vel quasi, in qua ab altero turbatur, conceditur,

juxta tradita Christophori Mingii in *dissertat. de superioritat. territor. thes. 85.* quæ exstat in *nucleo discurs. jur. publ. pag. mihi 929.*

quodque etiam cum petitorio conjungi potest, ut alterum altero juvetur. Interdictum enim retinendæ super rebus incorporalibus sive juribus cum petitorio copulari posse, quia non sunt sibi contraria, concludit decisive

Referens apud Meichsner. *tom. 2. lib. 2. decis. 4. num. 48. & 49.* ubi de communi testatur: ut & Referens apud Gylmann. *in Symph. tom. 1. part. 2. tit. 17. vol. 7. num. 5.*

Quemadmodum etiam in hoc casu nostro Actorem petitorium cum possessorio cumulare voluisse, patet ex positionali tertio, ubi ponit verum, daß die Herrschafft Steinfurt mit allen hohen und niederen Obrigkeiten von undencklichen Jahren und Zeiten den Herren und Grafen zu Steinfurt von wegen des Reichs zuständig gewesen, auch noch Grafen Arnolden Klägern, als derselben Inhabern, zugehörig sey. Quibus addi potest, quod etiam Fiscus Cæsareus eo nomine pro tuendis juribus Imperii & Interesse publico Actori nostro adsistit, ut scilicet in superioritate eique annexis Regalibus, quæ ab Imperatore in suo Comitatu recognoscit, adeoque in statu immedietatis & libertatis pro præstandis collectis & pensitationibus Imperialibus conserverut.

Interest enim Cæsaris & Imperii, ut status ejusdem Imperii integre conserventur, nec inferior aliquis a superiori & potentiori statu, in diminutionem jurisdictionis & collectarum Imperii, eximatur: sed potius numerus vasallorum augeatur, quam diminuatur, cum in iis consistat dignitas & robur Imperii

per notata Gail. *l. 1. observ. 21. num. 1.*

Ex quibus omnibus concludo, supradictam cumulationem libello actoris, vi adjunctæ clausulæ salutaris de administranda omni meliori modo justitia, adeoque nobili & heroico Judicis officio conformem, & tam Actori quam Imperio utilem & salutarem esse.

Quæstio II.

An Actio probata?

ANtequam ad probationes accedamus, præsuppono, documenta Duplicarum, 27. Septembris 1693. ex parte Actoris sub numer. 172. exhibitarum, quorum aliqua ad probandum non parum faciunt, in originali, vel probante forma apud Acta adesse, & a parte quoque adversa recognita fuisse, cum in tali forma, si per sententiam præambulam id injungatur, adhuc procul dubio ad agnoscendum produci queant.

Deinde cum Procurator Rei in suis Exceptionibus num. 55. contra personas & dicta testium plures exceptiones opposuerit, hæ, quatenus opus, prius diluendæ erunt, quo magis probationibus sua constet fides & integritas: monente etiam JCto *in l. 3. ff. de test.* quod diligenter testium fides examinanda sit. Primo excipit Reus contra personas testium Actoris, & quidem 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 20. 23. 25.

25. 28. 29. 30. & 38. quod sint Producentis cives & subditi, nec tamen in toto examine reperiatur, a juramento, quo Domino suo obstricti, esse quoad hunc actum depositionis relaxatos, ideoque pro inidoneis reputandi. Fateor quidem, regulariter id in jure obtinere, idoneos non esse testes, quibus imperari potest, per text. in *l.* 6. *ff. de testib.* adeoque subditorum in causa Domini sui testimonium non valere: nisi subditis juramentum, quo alias dominis obligati sunt, de consuetudine & observantia, de qua testatur Modest. Pist. *volum.* 1. *cons.* 7. *num.* 25. fuerit remissum, quod hic factum esse non video. Veruntamen cum testes etiam alias inhabiles & non admittendi admittantur, quando veritas aliter haberi non potest, Farinac. *de test. quæst.* 62. *limit.* 1. 2. 3. 4. 5. 8. Mascard. *de probat. vol.* 1. *concluſ.* 124. *num.* 48. ut in hoc nostro casu vere contigit, quo ratione loci & temporis, nimirum invasionis Comitatus, verisimiliter alii testes habitu non intervenire, vel factum melius percipere potuerunt, quam subditi, quorum & nonnulli ipsimet capti & spoliati vel pignorati sunt, ideo motam exceptionem inidoneitatis non obstare puto, quo minus hi testes plenam fidem faciant,

per tradita Carpzov. *Jurispr. for. part.* 1. *const.* 16. *def.* 73.

ubi *num.* 9. dicit, hanc verissimam esse omnium DD. sententiam, & explicationem ejus, quod vulgo dicitur, veritatem in hoc vel illo facto aliter haberi non posse, si nimirum negotium, de cujus probatione agitur, sit difficilis probationis de sui natura, hoc est, tale, ut vel ratione loci vel temporis verisimiliter alii testes habitu intervenire non potuerint. Quod & infinitis fere autoritatibus confirmat

Prosp. Farinacius *de test. d. quæst.* 62.
item Mascard. *de probat. lib.* 3. *concl.* 1359. *num.* 9.

ne vel repellantur ii, qui de negotio controverso melius sunt informari, quam alii: Farin. *qu.* 55. *num.* 163. vel ad impossibilis probationis necessitatem nimia juris severitas litigatores adigere videatur, ut pulchre loquitur

Anton. Faber *in Cod. l.* 4. *tit.* 15. *def.* 60. *num.* 9.

Præterea notandum venit, quod etiam ipse Reus in primo Rotul. Monast. aliquos testes, veluti 1. 3. & 7. & in secundo Rot. octavum produxerit, quorum hic zu Horstmar, illi zu Billerbeeck im Amte Horstmar habitant, adeoque æque ipsius subditi sunt, nec tamen magis appareat, relaxatos eos esse, ideoque valde inhumanum & inæquale foret, ejusmodi testes subditos, quos pro se admittendos Reus duxit, contra adversarium suum improbare & rejicere, cum in judiciis æqualitas sit servanda, per textum, ut Gailius dicit *lib.* 1. *observat.* 91. *numer.* 14. aureis literis scribendum, in *C.* 1. *de sentent. & re judic. in* 6.

Secundo adhuc specialius excipitur contra undecimum testem, quod tempore productionis fuerit Judex Comitis Steinfurti; tum contra duodecimum, quod fuerit Consul ibidem; tum etiam adversus vigesimum nonum, quia fuit ein Kirchen-Geschworner zu Steinfurt. Sed quoad undecimum, aperte falsum est, ipsum tempore productionis in eo officio adhuc stetisse, cum ex ipsius depositione ad Interrogatorium gener. Rot. Actoris constet, daß er vor 10. Jahren des Producenten Richter zu Steinfurt gewesen, damahls aber, scilicet tempore examinationis, sich seiner Wirthschafft, Kauffmannschafft und des Pflugs ernähret habe. Jam vero in dignoscenda testium habilitate & inhabilitate spectandum esse tempus examinis & depositionis, docemur *l.* 2. *&* 3. *ff. de testibus.* Quod ad duodecimum testem, ipsum fuisse Consulem Steinfurtensem, id est, civem honoratiorem, qui, (ut ipse respondit ad d. Interrog. gen.) dem Producenti und der Stadt Steinfurt mit gewöhnlichem Eyde verbunden, contra id brevitatis gratia huc repeto, quæ de civibus & subditis testibus supra in genere adducta sunt. Quam futile vero illud argumentum sit, quod ratione vigesimi noni testis affertur, er sey ein Kirchen-Geschworner, ergo testis inhabilis pro Comite Domino suo, cuivis judicandum relinquo.

Æque fere futilia & inania sunt, quæ tertio loco contra personas 2. 4. & 7. testium objiciuntur. Nam ex eorum depositionibus ad interrogatorium generale Rotuli Bentheim, liquet, quod secundus testis Johann von Merfeld, uti & quartus Johann von Aßbeeck sint Nobiles Rei Landsassii, quorum ille Actoris Producentis quidem sit vasallus, sed adhuc nullo ei fidelitatis juramento obstrictus, hic vero Aßbeeck utriusque & Actoris & Rei sit vasallus: ita ut non tantum in hoc Aßbeeck major affectio pro ipsomet Reo, quam Actore, ob duplex vinculum subjectionis & fidelitatis, sed etiam in illo Merfeld, quia Rei est juratus subditus, & Actoris injuratus tantum vasallus, præsumatur. Quoad septimum vero testem Eberhard von Höven, est ille quidem vasallagii nexu Producenti obstrictus, & simul quoque Nobilis ejusdem Landsassius, als zu Lahr in territorio Comitis seßhafft: sed vel ideo, quia illic sedem habet, ubi inter alia actus violenti perpetrati, sicque probabiliter optimam de causa notitiam habuit, nihil de ejus fide detrahetur, per ea, quæ supra tradita sunt.

Ad hæc in genere obſervandum, ſuſpicionem, quæ oritur ex ejusmodi obligationibus ad præſtandam Domino fidem, reverentiam & obſequium, vel aliis etiam reſpectibus gratiæ, favoris ſeu affectionis & ſimilibus, tolli per præſumtiones contrarias, quæ oriuntur e præſtito juramento de veritate dicenda: quia nemo præſumitur immemor ſalutis æternæ, ac nunquam præſumitur perjurium, maxime ſi teſtis alias ſit homo nobilis, aut probatæ fidei ac honeſtæ vitæ.

Eleganter Modeſt. Piſtor. *p.* 1. *qu.* 46.

Quarta exceptio deſumta eſt a ſtatu & conditione 16. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 31. 35. 36. 38. & 41. teſtium, eo quod ſint Leibeigen gebohren, ſeu homines proprii, & duo quidem poſteriores in ſpecie Producenti ad ſervitutem devincti, proptereaque omnes illi ad teſtimonium ferendum inhabiles. Quod ego minime puto. Quamvis enim ſervi illi apud antiquos Romanos ob ſtatum ſervilem teſtes eſſe prohibeantur, *l.* 8. *l.* 11. *C. d. teſt.* & iisdem adſcriptitii glebæ ſeu homines proprii, qui nonnullis locis in Germania adhucdum habentur, quodammodo æquiparari poſſint, ratione ſcil. quorundam effectuum, quod quoad operas & bona ſint Dominorum, ab his alienari poſſint, ut & Judiciis petitoriis ac poſſeſſoriis peti, imo & apprehendi, includi atque caſtigari, nec ea conditione liberentur, niſi dominorum voluntate, qui eos aliquando ex gratia vel pecunia data manumittunt: de quo videri poſſunt

Chriſtoph. Lehmann: Speyeriſche Chronic *lib.* 2. *cap.* 20. von Anfang der Leibeigenſchafft in Teutſchland ꝛc.
Et Joh. Jac. Speidel. *notab. hiſtoric. polit. voce* Leibeigene Leute.

multum tamen a veteribus Romanorum mancipiis illos differre, experientia teſtis eſt. Nec enim hi homines proprii, quoad ipſum ſtatum, ſunt ſervi, quia libertate non ſunt omnino privati, licet in iis libertas pactionibus valde ſit reſtricta & imminuta. Cum igitur leges Romanæ prohibitoriæ, quibus Romanorum ſervi a teſtimonio arcebantur, ad Germanorum homines proprios pertinere & applicari non poſſint, ob diverſam & meliorem horum qualitatem, econtra vero adhiberi teſtes poſſint omnes, quibus non interdicitur teſtimonium, per text. in *l.* 1. §. 1. *ff. de teſt.* nil cauſæ eſt, quod hos teſtes (quorum etiam trigeſimus quintus & trigeſimus ſextus non ſunt homines proprii, ſed Clerici, nec etiam quadrageſimus primus Producenti, ut itidem erronee allegatur, ſed Abbatiſſæ zu Borckhorſt eigenhörig, vid. eorum Reſponſiones ad d. Interrogat. gen. Rotul. Bentheim.) ratione objecti ſtatus non admittere, vel pro idoneis reputare debeamus: maxime cum & multo maxima pars ipſius Rei teſtium (ut patet ex eorum reſponſionibus ad Interrog. gen. ſecundum 2. Rot. Monaſt.) eadem qualitate der Leibeigenſchafft ſint imbuti, quos tamen ipſemet Reus, tanquam idoneos, pro ſe producere & probare non dubitavit. Quibus accedit, quod Advocatus Actoris in ſeiner auferlegten Handlung num. 142. ad hanc exceptionem ſtatus replicat, nec ex adverſo contradictum, quod horum hominum propriorum teſtimonia etiam aliorum teſtium adminiculis ſuffulciantur, & ſi talis exceptio valere deberet, illic locorum nulli fere teſtes reperiri poſſent, cum omnes ruſtici in toto Comitatu Leibeigen und adſcriptitii vel glebæ addicti ſint. Notum vero & abſurdum non eſt, ut etiam minus idonei teſtis teſtimonium per eum, qui omni exceptione major eſt, repleatur,

l. ſi quis ex argentariis 6. §. 1. *ff. de edend.* Anton. Fab. in *C. lib.* 4. *tit.* 15. *def.* 60. *num.* 7.

& teſtes alias minus habiles probare, quando veritas ob defectum aliorum teſtium, qui habitu intervenire, vel inveniri non potuerunt, aliter haberi non poteſt, jam ſupra docuimus. Quod hic multo magis locum habet, quia hi homines proprii non tantum in diſtrictu Comitatus degunt, & Comitis Jurisdictioni ſubjecti ſunt, (uti videre eſt ex eorum depoſitionibus ad Interrog. gen. Rot. Bentheim.) ſed etiam complures eorum illi ipſi ſunt, quibus tempore invaſionis bona ſua fuere ablata, adeoque factum nonniſi per tales melius probari poteſt, quamvis Advocatus Rei omnes illos, qui pignorati fuere, pro teſtibus in propria cauſa inepte habere, & propterea ſpecialiter etiam ex hoc capite excipiendo rejicere eosdem velit. Sed hæc & alia leviora ſunt, quam ut ullam diſquiſitionem vel reſponſionem mereantur.

Quemadmodum vero Advocatus Rei in perſonas teſtium, ita quoque ad convellenda eorum dicta cuncta, quæ excogitari de eo genere poſſunt, ſive vera, ſive falſa, ſive apta, ſive inepta, ſive digna, ſive indigna, ſine diſcrimine, ſine ordine & modo ad nauſeam usque conquiſivit: prout & totum examen, quaſi non rite a Commiſſario eſſet peractum, per oppoſitas frivolas nullitates cavillatorie impugnaſſe eum, jam ſupra quæſtione tertia demonſtratum eſt: evidenti argumento diffidentiæ cauſæ, quam cum defendere non potuit, probationes adverſarii cavillationibus evertere fruſtra laborat. Accuſat vero dicta teſtium, quod ſint vel variantia, vel dubia, vel ſibimet contraria, vel ſingularia, vel ſine ratione ſcientiæ, vel ſaltem de credulitate, vel opinione, vel etiam ex auditu teſtium prolata &c. Sed nihil eſt, quod ex his obſtare Actori noſtro poſſit. Nam licet una vel altera prædictarum qualitatum in teſtimoniis unius vel alterius teſtis appareat, ſunt tamen multo plures, quorum teſtationibus defectus iſte abunde ſuppleri poſſit. Et tum procul dubio ſe-

cundum

cundum majorem testium numerum probationes æstimandæ erunt. Testibus namque hinc inde contrariis, vel variantibus vel singularibus, &c. plures numero vincunt pauciores.

Farinac. *de test. quæst.* 65. *num.* 107.
Mynsing. *Cent.* 4. *obs.* 38.

Nam ubi major est numerus, digniorum præsertim & honestiorum, ibi major præsumitur veritas. Præterea testium dicta ita sunt interpretanda, quantum fieri potest, ut testes ad concordiam redigantur, & probationes sustineantur. Idque in perpetuum observare Judex debet, inquit Carpzovius *Jurisprud. for. p.* 1. *const.* 16. *defin.* 42. *num.* 2. *&* 3. ne dicta testium per cavillationem & calumniam male accipi patiatur, quæ potius benigne sunt adjuvanda, favore probationum, & ut perjurii suspicio evitetur,

per *l.* 22. *ff. de test. l.* 40. *ff. ad leg. Aquil.*
Anton. Fab. *in Cod. lib.* 4. *tit.* 15. *def.* 30. *num.* 6.

His igitur missis, ut ad scopum propositæ quæstionis nostræ, an scil. actio probata sit, revertar, primum requisita fractæ pacis pro qualitate hujus causæ necessario examinanda veniunt. Ad hoc igitur, ut actio ex Constitutione Pacis publicæ, ob pacem violatam, utiliter competat, istæ qualitates plerumque pro requisitis poni solent: nimirum, quod violenta & armata manu, hominibus coactis, per insidias, dolo malo & de industria, persona capta, aut rebus alicujus vis illata, vel bona ejus ablata sint.

Gail. *de pac. publ. lib.* 1. *cap.* 6. *num.* 6. *& cap.* 7. *per tot. eod.*

Agens enim ex ista Constitutione non solum factum, quod scil. Reus conventus invaserit, dejecerit, spoliaverit, vel damnum dederit &c. sed etiam qualitates facti, videlicet armatam manum, vim publicam, & dolum ex proposito (has enim tres qualitates Constitutiones de Pace publica conjunctim requirunt. Vid. Landfried d. A. 1548. Præfat. §. 1.) in libello deducere & probare debet: adeo, ut illis qualitatibus deficientibus, & non probatis, factum non contra pacem publicam commissum, sed aliud censeatur, & diversum ab eo, quod in libello propositum est, & Jurisdictio Cameræ, neque in puncto Citationis super rupta pace, neque in puncto Mandati de restituendo fundata, ideoque criminis fractæ pacis accusatus in utroque puncto absolvendus, & causa ad ordinarium Judicem remittenda sit, actorque necesse habeat, reum coram ordinario super spolio, turbatione vel injuria convenire & persequi, uti id expresse sancitum est in *Recess. Imperii de Anno* 1594. §. **Dieweil dann** 69.

Conf. Gail. *de pac. publ. lib.* 1. *cap.* 13. *per tot.* & *lib.* 1. *obs.* 3. *num.* 6.

Quæ tamen ita intelligenda & limitanda sunt, nisi Judicium Camerale alias in prima instantia Judex sit competens, quando nimirum Reus Jurisdictioni Cameræ in prima instantia immediate subjectus est, aut si qualitas causæ sui natura eo pertineat, juxta dispositionem *Ordinat. Camer. part.* 2. *tit.* 27. quemadmodum in hoc nostro casu forum Cameræ, etiam extra hanc causam turbatæ pacis, abunde fundatum esse, supra in quæstione prima de formalibus ostensum est.

Quibus sic breviter præmissis, proximum jam est, ut speciem seu factum nostrum, postquam probavimus, ad supradictas qualitates seu requisita accommodemus.

Ad factum igitur principale, super quo præsens actio instituta est, quod attinet, conqueritur seu ponit Actor in articulis positionalibus (*num.* 14.) *art.* 6. *& seqq.* quod Reus Episcopus Franciscus, tam contra Constitutionem Imperii de pace publica, quam insinuatum Mandatum de non offendendo, per Præfectum Monasterienfem, Heydenreich Drost, ejusque socios, Comitatum Steinfurtensem violenter invaserit, & subditis Comitatus in pagis Lahr, Holtzhausen, Borckhorst und Steinfurt, eo quod inique indictas ipsis collectas denegarint, bona ipsorum mobilia & moventia successive spoliari, auferri, & non sine notabili subditorum damno Horstmariam exportari, nec non aliquos subditorum capi & detineri curaverit. Hanc invasionem, spolium seu rerum ablationem & subditorum captivationem, diversis successivis temporibus factam, satis superque probatam esse, clare elucet respective ex depositionibus testium in Rotulo Actoris, & quidem 11. 12. 14. 15. 17. 18. 22. 26. 27. 28. 30. 31. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 43. & 44. ad articulum posit. octavum. Item test. 9. 11. 14. 17. 18. 20. 21. 22. 27. 30. 35. 36. 37. 38. 40. & 41. ad articulum nonum. Item test. 7. 9. 10. 11. 15. 18. 19. 22. 23. 30. 37. & 41. ad articul. decimum. Item per complures testes ad articulum 13. 14. 16. & 21.

Probato sic in genere facto, videndum jam est, an & qualiter requisitæ qualitates facti, quas supra dixi, in specie probatæ sint? Et primum quidem, quoad vim armatam, notum est, eam fieri coactis & coadunatis hominibus armatis,

text. in *l.* 3. *ff. ad leg. Jul. de vi publ.*
Gail. *de pac. publ. lib.* 1. *cap.* 7. *num.* 2.

Ad hoc requisitum probandum ponit Actor in decimo tertio positionali, daß der Bischoff non attento execut. Cæsareo Mandato de non offendendo, mense Decemb. 1547. durch seinen Amtmann Heydenreich Drost & Consortes, mit gewehrter gewaffneter Hand, in ziemlicher Anzahl zu Roß und Fuß, des Grafen Unterthanen in d. pagis, thätlicher Landfriedbrüchiger Weise habe überfallen und vergewaltigen lassen.

Hunc positionalem (salvo tempore, in quo ipse ponens, ut infra patebit, errasse videtur) plurium testium depositionibus ad eundem, quoad vim seu manum armatam, satis probatum existimo, veluti per septimum testem Eberhard von Höven, virum nobilem, qui dicit: Es wären die Fürstl. Befehlhabere in Zeit der zweyten Pfandung zu Roß und Fuß kommen (ex quo collecta manus armata colligitur) und hätten die Unterthanen abermahl gepfandet, auch etliche gefangen genommen, wisse aber nicht eigentlich, quo anno vel mense.

Nonus testis, Jürgen Koch, des Bischoffs Hauß-Vogt zu Horstmar, qui ipsemet unam cohortem duxit, adeoque is unus instar omnium esse potest, dicit ad d. 13. posit. Daß er als Vogt zu Horstmar mit dem Vogt zu Schoppingen, als seinem Mithelffer, samt andern Unterthanen des Stiffts Münster, ohngefehr 10. starck, aus des Drosten zu Horstmar Befehl, in das Kirchspel Borckhorst gezogen, und daselbst den Capellan und Schultzen gefangen genommen, daß aber die von Borckhorst ohngefehr 80. starck ausgezogen, und ihme die Gefangene wieder abgenommen, daß auch einer unter denselben gewesen, nomine Peter Klein, der habe ihm ein Feuer-Rohr unter Augen gehalten, also daß er bald darüber solte geblieben seyn. So sey auch noch ein ander Theil von ohngefehr 8. oder 9. Personen vor ihm in gemeldtes Kirchspell gezogen, und habe daraus einen, Temminck genannt, gefangen nach Horstmar geführet. Daneben sey eine dritte Parthey in das Kirchspell Steinfurt gefallen, und habe zwey Kirchenmeistere daraus gefangen nach Horstmar geführet.

Quis sani & sinceri judicii exinde non concluderet coadunationem hominum, & talem vim armatam ac atrocem, quæ ad publicum tumultum spectavit? Nam primo divisi fuere in tres cohortes, seu manipulos, qui diversa in loca duxere, & impressionem fecere. Ergo armati fuerunt, quod ipsa vocabula (gezogen und eingefallen) satis arguunt. Et quamvis una vel altera cohors tantum in novem vel decem hominibus constiterit, turbam tamen faciunt, per text. in *l.* 4. *ff. vi bonorum rapt.* ubi Ulpianus §. 3. *Si decem*, inquit, *homines fuerunt, turba dicetur.* Deinde manus armata, præterquam quod apparitores cum suis auxiliatoribus ad ejusmodi actus emissi, semper armis, hoc est, gladiis, hastis, frameis, fustibus, & similibus, quibus noceri potest, instructi esse soleant, ex eo adhuc evidentius colligitur, daß d. Peter Klein dem Vogt ein Feuer-Rohr unter Augen gehalten, so daß er bald darüber solte geblieben seyn. Nam si hic Sub-Præfectus non vi armata Capellanum & Scultesium captivos abducere voluisset, certe iste Peter Klein arma ipsi, & quidem cum periculo vitæ non opposuisset: præsertim cum (ut alii testes asserunt) fuerit Capitaneus, in quo viro militari non præsumitur tanta turpitudo, ut armis inermem repulerit. Denique rem ad publicum scandalum & tumultum turbatamque pacem spectasse, inde evincitur, daß die Eingesessene circiter octuaginta duce illo Capitaneo gegen die Münsterische ausgezogen (quod verbum evidenter pariter armatos significat) und dem Vogt die Gefangene wieder abgenommen. Qualis motus & armis congregata multitudo adversum decem homines non præsumitur excitari potuisse, nisi & hi armati incessissent & vim fecissent.

Porro Testis undecimus dicit, d. articulum 13. verum & notorium esse, ausserhalb daß er die Zeit so eigentlich nicht wisse.

Decimus quintus testis affirmat similiter articulum, ausserhalb daß ihme die Zeit nicht vorstehe, noch wisse, ob auch etliche zu Pferde gewesen, und dem articulirten Mandato zuwieder geschehen. Sonsten hätten sie sich in etliche Hauffen getheilet, davon ein gemein Geschrey sey und Klagen derjenigen, denen es wiederfahren.

Testis vigesimus quintus testatur ad d. posit. 13. Es wären des Nachts eine sichere Anzahl Fuß-Knechte (quod bene notandum) in den Kirchspeln Steinfurt und Borckhorst gewesen, und hätten aus Borckhorst den Capellan mit dem Schultzen im Vieh-Hoffe gefänglich weggenommen, die ihnen dannoch wieder abgedrungen, zudem wären noch zwey andere Haußleute aus dem Kirchspell Borckhorst gegriffen, so nach Horstmar geführet, und allda enthalten blieben.

Testis vigesimus septimus ad d. posit. 13. dicit: Daß die Horstmarschen ihme dem Zeugen ein Pferd genommen, wisse aber nicht, ob sie im Harnisch oder auch zu Pferde gewesen. Ergo fuere saltem im Harnisch, si non etiam zu Pferde.

Testis trigesimus sextus d. posit. 13. dicit verum esse, uti audiverit, ihme gedencke aber der articulirten Zeit nicht.

Testis trigesimus nonus affirmat eundem art. 13. addendo, daß solches auf St. Blasii-Tag jüngst 3. Jahr gewesen, daß es geschehen sey. Cui adstipulatur, quoad tempus, testis 38. ad hunc posit. 13. qui dicit, es sey nächstverschienen Liechtmessen 3. Jahr gewesen, daß er wäre gefangen genommen. Ex quo colligitur, secundam hanc invasionem post insinuatum Mandatum de non offendendo fuisse factam. Nam St. Blasius incidit in proximum diem nach Liechtmessen, sc. in 3. Februarii, & examen hoc testium anno 1551. 26. ejusdem Febr. primum cœptum, d. vero Mandatum vigore relationis nuncii fuit executum 18. Januar. 1548. Ergo facta calculatione, weil es gewesen um Liechtmessen An. 1551. drey Jahr, daß der zweyte Einfall geschehen, sequitur necessario, daß er geschehen um Liechtmessen 1548. & sic post executionem d. Mandati, quæ facta mense Januario ejusdem anni. Quæ ideo

curatius notanda duxi; quia Mandata de non offendendo futuram offensionem, non autem præteritam concernunt; & proinde ad pœnam, Mandato insertam; aliter agi non potest, nisi post insinuatum Mandatum vis publica inferatur, per notata Gail. *lib.* 1. *de pac. publ. cap.* 3. *num.* 1. Et quamvis Actor in articulato tempore erraverit; tamen magis respiciendum ad id, quod probatum, quam quod articulatum. Denique Testis quadragesimus primus affirmat d. art. 13. salvo tempore. Ex quibus testium dictis simul junctis & bene ponderatis, vim armatam collectosque homines satis puto apparere. Sed & magis adhuc corroborantur hæc magno hic illic concitato terrore & fuga, quæ sine collecta & armata manu incuti non potuissent. Nam trigesimus testis ad d. 13. posit. dicit, daß etliche aus den Kirchspeln Borckhorst, Lahr und Holtzhausen metu carceris gewichen.

Testis undecimus ad art. 8. deponit, daß etliche Eingesessene zu Borckhorst sich in sein des Zeugen Herberge über 14. Tage enthalten, weil sie in ihren eigenen Häusern sich nicht dürffen wagen.

Idem Testis 11. ad. 21 posit. iterum dicit, daß ohngefehr 12. der Gefangenen, so wieder entrunnen, zusamt dem salvirten Capellan und Schultzen zu Borckhorst sich länger, als 14. Tage, bey ihm Zeugen enthalten, und um ihr Geld gezehrt, weil sie in ihren eigenen Häusern sich nicht dürffen finden lassen.

Testis trigesimus septimus ad d. 21. posit. Es wären Ebkeman und Lindhoff aus dem Kirchspell Steinfurt gegriffen, andere aber, als die Hunde in der Nacht gebellet, aus steter Furcht entlöffen, viele auch in Büsche und Hölen gewichen.

Quibus omnibus curatius penticulatis de coadunatione hominum & vi armata non dubitandum.

Alterum requisitum, scil. vis publica, infertur ex priori. Nam ab ipsomet Imperatore Justiniano *in §. Item lex Julia de vi Instit. de public. judic.* vis publica definitur ea, quæ cum armis fit, coactis scilicet convocatis armatisque hominibus. Unde & a juris autoribus, quicquid ad armatam vim pertinet, *ad l. Jul. de vi publ.* relatum est, ut *leg.* 3. §. 1. *& §. ult. l.* 4. *& 5. in pr. ff. ad l. Jul. de vi publ.* Quamvis igitur secundum hoc requisitum, ejusque probatio posset videri supervacua, cum alterum sub altero comprehendatur: ut tamen de vi violataque pace & securitate publica eo luculentius constet, notandum est, aliquos Comitis subditos, alium propria ex domo coactum, alios e publica via raptos, extra Comitatum (exceptis iis, qui ipsis iterum erepti fuere, vel aufugerunt) Horstmariam in durissimum carcerem abductos fuisse. Id cognoscere licet ex attestationibus testium, videlicet testis 14. ad art. 21. Rot. Bentheim. qui dicit, daß zwey Haußleute Ebkeman und Lindhoff zu Steinfurt für der Pforten angegriffen, und zu Horstmar ins Gefängniß geworffen.

Id confirmatur per testem 21. ad eund. artic. 21. qui attestatur, daß die Horstmarschen auch zwischen Weges etliche andere, als Temminck, Lindhoff und Ebkemann gefangen und nach Horstmar geführet, wie allenthalben kündig.

Testis 35. Der Capellan zu Borckhorst dicit, daß, nachdem er Morgens früh gefangen aus seinem Hause weggeführet, ihme auf der Strasse der Schultze zum Vieh-Hoffe begegnet, welcher gleichfals gefangen genommen, und wären sie beyde aus dem Dorff Borckhorst durch die Wymel-Bäume geführet, indem aber wären die Glocken angeschlagen, und der Zeuge mit dem Schultzen also durch den Hauptmann Peter Klein samt den gemeinen Eingesessenen zu Borckhorst wieder errettet worden. Quod adhuc specialius exprimit test. 22. ad d. art. 21. qui dicit, daß selbige Gefangene durch Peter Klein ihnen den Münsterschen auf der Severinschen Heyde persequendo wiederum abgedrungen worden.

Testis 27. ad art. 8. deponit, die Münsterische wären in das Kirchspell Borckhorst gefallen, hätten alldar den Capellan mit dem Schultzen im Vieh-Hofe gefangen, welche ihnen wiederum abgedrungen, hätten sonst noch einen, Temminck genannt, gefänglich nach Horstmar geführet, daneben noch binnen Lahr den Hof-Schmidt, und im Steinfurter Kirchspell zwey andere gefangen, davon der eine, Ebkemann genannt, ein böß Bein in der Gefängniß bekommen, und derwegen eine Zeitlang für dem Artzt gelegen. Und solches alles habe Zeuge zum Theil gesehen, zum Theil gehöret.

Testis 38. eundem art. 8. dicit verum, dann er Zeuge sey derentwegen gefangen, und vorerst 9. Tage an Händen und Füssen dermassen geschlossen worden, daß ihm die Nägel von den Füssen gesprungen, und habe folgends noch 7. Wochen gefänglich gesessen, sey auch zu ihm noch einer Ebkemann aus Steinfurter, und Temminck aus Borckhorster, und der Hof-Schmidt aus Lahrer Kirchspell gefangen gewesen.

Ex qua violatione viarum & securitatis publicæ adhuc magis perspicuum fit, violento facto, mit gewaltiger That (ut verba Constitutionis sonant) pacem publicam esse ruptam, *per textum in Recessu Imperii Augustano d. Anno* 1548. §. **Ferner zu noch mehrer** 20. ubi in terminis disponitur, quod pro majori conservatione des Land-Friedens auf freyer Strassen niemand gefangen und hinweg geführet, oder anderer Gestalt beschweret, und da darüber jemand auf der Strassen angegriffen würde, nach Gewohnheit eines jeden Orts, an die Glocken geschlagen werden solle, und jeder Oberkeit Amtleute und Unterthanen dem Thäter nachzueilen pflichtig und schuldig seyn, quemadmodum hoc in præsenti nostro casu ita contigisse, & a subditis Comitis bene observatum fuisse, ex supradictis constat.

Devenio ad tertium & ultimum requisitum, ut scil. vis publica illata sit dolo ex pro-

propoſito, fürſetzlich, gefährlich und freventlich, ut habent verba Conſtitutionis, id eſt, ex propoſito, doloſe, obſtinate, malitioſe & ex inſidiis, ut explicat

Gail. *de pac. publ. lib.* 1. *cap.* 7. *n.* 6.
Mynſ. *Cent.* 3. *obſ.* 98.

Quamvis vero Conſtitutio fractæ pacis verum dolum requirat, attamen cum dolus in mente delinquentis conſiſtat, & propterea directo difficulter probari queat, ſatis eſt, ſi ex perſpicuis indiciis, ex circumſtantiis & evidentia ipſius facti probari poſſit; ut ſi appareat vis publica, coadunatio hominum, manus armata, invaſio alieni territorii.

Receſs. Imperii de An. 1594. §. **Ebener maſſen**, 68.

Ipſa enim violentia probat dolum, quia, qui vim facit, dolo malo facit, ut ait Ulpianus *in l.* 2. §. 8. *ff. vi bonor. rapt.* Quinimo etiamſi non ſit facta violentia, parati tamen erant facere, ſi quis reſtitiſſet, attenditur propoſitum, & dicitur violentia, *per leg. Si quis ex domo, in pr. ff. de furt.* ubi eſt clarus textus ad decernendam citationem ad videndum &c.

Jam ſi in hoc noſtro caſu evidentia facti, ejusque qualitates & circumſtantias reſpiciamus & ponderemus, quis non dicat, in dolo deſtinato & vero eſſe eos, qui contra tam ſancte conſtitutas leges, ad conſervationem pacis publicæ in Imperio promulgatas, quarum ignorantia allegari non poteſt, imo contra Mandatum ipſius Sacratiſſimi Cæſaris, omnem offenſionem ac vim fieri prohibentis, & e contra mandantis, ut jure judicioque experiantur, alterius territorium collectis hominibus armatis ſubito invadunt, bona ſubditorum ſpoliant, auferunt, & non ſine magno ipſorum damno & incommodo extra territorium avehunt, redeunt, ipſos ſubditos ex propriis ædibus, alios e via publica, ita ut res ad pulſum campanæ, publicum motum & colliſionem venerit, rapiunt, abducunt, & miſerrimis carceribus mancipant, eaque omnia ad extorquendum iniquas contributiones, quarum ipſi & Judices & executores in propria cauſa eſſe volunt.

Enimvero utut ponamus, citra tamen præjudicium veritatis, loca ligitioſa in Comitatu pertinere ad Reum, vel jus colligandi ſibi in illis competere, tamen non debuit vi armata & propria autoritate jus ſuum proſequi, *l.* 13. *ff. quod met. cauſ.* ubi vis fieri dicitur, quoties quis id, quod deberi ſibi putat, non per Judicem repoſcit. Et Imperatores reſcripſerunt in *l. ſi quis in tantam.* 7. *Cod. Unde vi.* eos, qui poſſeſſionem rerum, apud alios quoslibet homines conſtitutarum, ſine Judice violenter invadunt, ſiquidem domini ſint, poſſeſſionem reſtituere poſſeſſori, & dominio cadere, ſi non ſint, præter reſtitutionem, etiam æſtimationem earundem rerum præſtare debere. Et ne quis in controverſia propria jus ſibi ipſi manu dicat, ſed eandem coram Judice diſceptet, ex ipſis juris naturæ regulis eleganter deducit

Hugo Grot. *de jur. bell. & pac. lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 1.

ubi ita ſcribit: *Quanquam judicia publica non a natura, ſed a facto ſunt humano, cum tamen multo ſit honeſtius, & ad quietem hominum conducibilius, ab eo, cujus nihil interſit, rem cognoſci, quam homines ſingulos, nimium ſæpe amantes ſui, quod jus putant, id manu exſequi, tam laudabili inſtituto obſequendum ipſa dictat æquitas & ratio naturalis.* Hactenus ille.

Quare etiam tot Conſtitutiones de pace publica in Imperio publicatæ, tamque gravibus pœnis munitæ ſunt, ut ſcilicet non vi & armis, ſed jure & judicio agatur, ſicque tranquillitas & ſecuritas publica conſervetur. Cum igitur quis ſciens, quod omni jure illicitum, & expreſſis etiam legibus Imperii prohibitum eſt, facit, dolo carere non poteſt.

Dd. *communiter in l. dolum. Cod. de dol.*

Dolus enim ſemper præſumitur in iis, quæ ſunt de genere prohibitorum. Et licet Dd. *ex textu in l.* 1. §. *fin. ff. de abig.* colligere velint regulam, qua dicitur, quamlibet cauſam, etiam injuſtam, excuſare a dolo: tamen hoc obtinere non poteſt in Conſtitutione des Land-Friedens, quæ nullam omnino cauſam admittit, per expreſſa verba: **um keinerley Urſach willen**: ut ſcil. eo magis reprimatur quorundam prompta audacia, jus ſuum vi & armis perſequendi, ſed unusquisque de ex ortis controverſiis jure experiatur, atque ita tranquillitas & pax in Imperio eo melius ſarta tectaque ſit: qui eſt finis Conſtitutionis. Deinde etiam illa regula non procedit, quando quis explicat actum, per ſe illicitum, tunc enim ipſo facto cenſetur eſſe in manifeſto dolo: de quo *d. lex Dolum. Cod. de dolo & Receſſ. Imper. de A.* 1594. *ſub* §. **Ebener maſſen.** De quo in præſenti noſtro caſu eo minus dubitandum cenſeo, quod non tantum de coadunatione hominum armata, ſpolio & captivatione ſubditorum ſatis appareat, ſed etiam propoſitum offendendi (quod in probatione doli præcipue attendendum) ex eo adhuc manifeſtius colligatur, quia Monaſterienſes noctu, adeoque ex doloſis inſidiis territorium Comitis ingreſſi, homines ante lucem vel ſummo mane e propria domo, quæ tamen cuique tutiſſimum refugium & receptaculum eſſe debet, *l. plerique ff. de in jus voc.* imo e lecto abripuere: inſuper quoque graves minas, de majori adhuc damno inferendo, non tantum jactarunt, ſed etiam quodammodo effectui dederunt: uti hoc plurium teſtium dictis teſtatum eſt, videlicet reſpective teſtis 12. 28. & 37. ad art. 8. Rot. Benth. Item omnium fere teſtium ad art. 21. Item per teſt. 7. 11. 12. 21. 36. 39. 41. & 43. ad art. 11. Ut taceam, quod etiam Præfectus zu Horſtmar, juſſu D. Epiſcopi, ad Paſtores & Kirchen-Diener pagorum controverſorum

derer

Dräu-Schrifften ad publicandum & terrendum emiserit, uti videre est e depositionibus testium 11. 36. 39. & 40. ad artic. 19. dict. Rotul. Bentheimensis. Quibus omnibus bene perpensis, non video, quid ad probandum dolum, propositum & destinatam voluntatem nocendi, & denegationem collectarum vindicandi, easque damnis & malis extorquendi, desiderari amplius queat.

Fundata igitur sic & probata cum necessariis suis requisitis actione fractæ pacis, sequitur jam, ut examinemus ipsam causam principalem, seu originem, ex qua res ad fractionem pacis venit, nimirum controversiam super jure superioritatis & præprimis collectandi in supradictis quatuor pagis, in quo jure Reus se ab Actore impeditum & turbatum dicit; Actor vero, se illic locorum jurisdictionem territorialem, & libertatem seu exemtionem a collectis Monasterienſibus possidere, & per iniquas istis pagis seu subditis noviter impositas contributiones in ea quasi possessione turbatum esse, contendit. Ideoque ad utile interdictum, uti possidetis, quod in rebus incorporalibus seu juribus locum habere, Actorique nostro in subsidium dandum esse, supra deductum est, justo ordine nos accingamus. Sunt autem requisita hujus interdicti primo possessio ex parte agentis, & secundo turbatio a parte Rei.

Gail. *de pignorat. obs.* 22. *num.* 3. *cum allegat. ibid.*

Quibus tertium addunt DD. scil. justificationem tituli, quando de possessione jurisdictionis & regalium lis est, uti in præsenti causa: quia possessio sine titulo in jurisdictionalibus, aliisque ejusmodi juribus incorporalibus nihil operatur.

Klock. *tit.* 1. *cons.* 29. *n.* 37. *& tit.* 1. *cons.* 10. *num.* 171.
Mascard. *de probat. concl.* 1371. *n.* 76.
Menoch. *rem. ret.* 3. *num.* 599.

Hæc requisita an ab Actore nostro debite probata sint, videamus. Sed de secundo quidem, videlicet turbatione a parte Rei, non est, quod multum laboremus. Nam si constiterit de possessione Actoris, & quidem titulata, simul quoque probatum erit, & necessario consequetur, Reum per impositionem collectarum & pignorationem (quod utrumque non negat, sed in Actis rotunde fatetur) Actorem in jure superioritatis & immunitatis turbasse: cum utique is vim facere seu turbare dicatur, qui prohibet alterum re vel jure suo, quod possidet, libere uti frui, imposita servitute, captis pignoribus, aut aliam quamcunque molestiam, gravamen & impedimentum inferendo.

L. vim facit ff. de vi & vi armat.
Schneidevv. *ad §. Retinendæ Inst. de interd. num.* 61.
Menoch. *ret. poss. rem.* 3. *num.* 468.

Quin imo eo ipso, quod Reus se in judicio opponit & litem defendere prætendit, cum non possideat, vel non justam possidendi causam habeat, turbare dicitur.

Arg. l. 25. *ff. de rei vindic.*
Klock. *d. tit.* 1. *cons.* 29. *num.* 40.
Menoch. *dict. loco.*

Quapropter de aliis duobus requisitis, possessione scil. & justificatione tituli, quodque de illa vel probanda, vel coloranda seu adjuvanda adducitur, inquirendum venit. Ut autem totam hanc rem & probationem possessionis, quod nimirum Domini de Steinfurt in quasi possessione jurisdictionis & nuncupatim juris collectandi in quatuor pagis seu parochiis quæstionis, Lahr, Holtzhausen, Borckhorst und Steinfurt, a tempore immemoriali & antiquissimo constituti, & immunes a prætensa collectatione Monasterienſium fuerint, a suo principio, in quantum ex Actis colligi potest, deducamus, sciendum est, aliquos Præsulum Monasterienſium jam inde ab Anno 1343. & ultra, diversas jurisdictionis species, ut Citationes, Mandata, pignorationes & contributiones, in ditione Steinfurtensi, & speciatim in d. quatuor pagis, potissimum vero in Borckhörster und Steinfurter Kirchspeln, prætendisse, eaque loca sibi subjicere, & ad Monasterienſe tribunal Sandwell, & per consequens nach Horstmar trahere laborasse. Cum autem Domini Steinfurtenses, se in eo fundantes, quod istos pagos & totam ditionem jure hæreditario seu universalis dominii jam possederint, antequam das Gericht Sandwell ad Stifft Münster perveniret, illis prætensionibus & conatibus fortiter sese semper opponerent, suaque & majorum suorum jura & possessiones mascule defenderent, res sæpius ad diffidationes & arma venit: quemadmodum illis temporibus diffidationes & bella privata (das Faust-Recht) quæ ab obitu Friderici II. Imperatoris in magno illo interregno cœpere, adhuc magno Germaniæ malo in frequenti usu fuisse, nec desiisse, donec a Maximiliano constitutione des Landfriedens isti malo provisum, ex historiis, aliisque publicis monumentis constat.

Hi tumultus & bella primum Ao. 1343. cum Episcopo Ludovico, & dein cum Episcopo Ottone Anno 1396. ita composita & transacta fuere, ut Domini Steinfurtenses semper in jure & possessione sua redintegrati & confirmati fuerint, Præsule Ludovico ratione suarum prætensionum ad forum competens in petitorio remisso! uti hæc omnia ex documentis Duplicarum Steinfurtensium, 27. Septembris 1693. sub numero 24. cum subnexa transactione sub eodem numero 24. item num. 26. 27. & 51. productis, si ea diligenter conferantur & ponderentur, satis apparent. Eaque documenta ex Archivo Comitum desumta, hic plenam probationem facere, non dubitarem.

Nam licet alias scripturæ, ex Archivo ipsorum producentium depromptæ, non omnino probent, maxime vero si agatur de commodo eorum, quorum est Archivum, ut Klockius habet *tit. 1. consil. 10. n. 562. cum seqq. & ibi alleg. auctoribus*, tamen cum hæc documenta non fuerint ex adverso contradicta, quid aliud hic sentiendum, quam ut cum Menochio statuam, quod ille, contra quem producitur aliquod instrumentum, aliquave scriptura, præsumatur atque censeatur eam approbare & fateri veram, si nihil contradicat ?

Menoch. *lib. 2. præsumpt. 46. n. 1.*

Adde, quod, cum etiam ipsius Rei Procurator varias & complures ejusmodi scripturas & Instrumenta, ex Archivo Episcopali desumpta, exhibuerit, eisque plenam haberi fidem velit, Reo plane non fiat injuria, si pari ratione ex propria ipsius sententia etiam hæc Actoris documenta pro fide dignis accipiamus, si nimirum in authentica vel probante forma prius fuerint producta.

Cæterum hisce, quæ supra dicta, & documentis stabilita sunt, accedit non minori considerationedignum, quod d. Episcopus Otto, postquam in ultimo bello captus a Ludolpho, Domino Steinfurtensi, adeoque mitior & æquior factus fuerat, eodem illo anno 1396. vigore documenti sub num. 4. in Rot. Bentheim. modo dicto Ludolpho corporali juramento sancte promisit, se nunquam, neque facto seu vi, neque consilio, quocunque modo aliquid inposterum attentaturum adversum d. Ludolphum, ejus hæredes & subditos, quin imo, si in controversiam & diffidationes cum aliquibus eorum, qui sub Ludolphi protectione vel jurisdictione essent, incideret, jus & justitiam desuper a Ludolpho & hæredibus ejus petiturum & exspectaturum.

Quod si ergo jam illis vetustis temporibus Episcopi jurisdictionalia & jus collectandi in d. pagis etiam armis sibi arrogare voluerint, id tamen efficere adeo non potuerint, ut Dominis Steinfurtensibus eorum possessio per speciales transactiones confirmata semper fuerit, præterea etiam Præsul Otto per juratas literas reversales non tantum omnibus attentatis in futurum amplissime renunciaverit, sed etiam semet ipsum prædicto casu eveniente Dominorum Steinfurtensium jurisdictioni subjecerit, inde conclusive & irrefragabiliter sequitur, Dominos de Steinfurt jam tum in indubitata possessione jurisdictionis jurisque collectandi, & omnimodæ immunitatis a superioritate vel jurisdictione & collectis Monasterienſibus stetisse, & Episcopos vim feciſſe. Quemadmodum & Advocatus Steinfurtensis *in der auferlegten Handlung* num. 142. disertis verbis scribere non veretur, quod jam antiquis temporibus Episcopi quovis modo ditionem Steinfurtensem pari violentia, qua & alias ditiones incorporassent, sibi subjicere conati quidem fuerint, sed non potuerint.

Et postea in Duplicis num. Cam. 172. dicit, & documento sub num. 38. docet, quam violentis omnique jure prohibitis mediis, ut puta arrestis & intercluſione omnis commercii & commeatus, adhuc pendente hac lite, nimirum An. 1564. Episcopus subditos Comitis ad tributa cogere præsumpserit: addendo, quod idem Episcopus paulo post etiam subjectos Domini de Gehmen, ut & ab illis exactiones tali modo extorqueret, pari calamitate involvere, quamvis fustra, tentarit. Ad quæ omnia ex adverso nihil responsum, sed alto ea silentio præterita, cum tamen alias etiam minima & levia intacta relicta vix fuerint. Quod ego ad ostendendam eo magis vim, quæ & antiquis, & recentioribus temporibus crebro usurpata est, obiter hic notandum duxi.

Quibus sic a prima sui origine juxta fidem Actorum deductis, probatur ulterius ex parte Actoris quasipossessio immunitatis a collectis Monasterienſibus Reversali de An. 1473. (num. 5. docum. in Rot. Benth.) quo Episcopus Henricus seinen Neeven von Gehmen und Steinfurt, um willen sie ihme ufm Lahrbroeck in Zulassung der Schatzung gutwillig gewesen, per modum contractus promisit, se in vita sua illos Dominos non amplius contributionibus gravare nec debere nec velle. Ex quo manifeste colligitur, Episcopum, cum sciret, imperare se d. dominis, tanquam ab ipsius superioritate & jurisdictione immunibus, tributa non posse, precario eosdem rogasse, ut libera & bona voluntate, gutwillig, pro ea vice steuram concederent, illos vero Dominos de Gehmen & Steinfurt ad istas preces Præsulis, ipsorum Consanguinei, ex liberalitate, consanguinitate & familiaritate libere quidem in collectam eam consensisse, aliter tamen consentire noluisse, nisi Episcopus per talem cautionem literariam ipsorum libertati & exemtioni in futurum caviſſet.

Quam collectionem clare evincit tum ratio obligationi seu promissioni addita, um willen sie ihme in Zulassung der Schatzung aufm Lahrbroeck gutwillig gewesen, tum etiam ipsa obligatio, daß er Bischoff sie bey seinem Leben mit keiner Schatzung weiter beschweren solle noch wolle. Ex quo sane expeditum est, Episcopum collectas illas recepisse precario, nec animo sibi acquirendi possessionem, quia promisit, sese in perpetuum illos non amplius gravaturum vel collectaturum.

Nam si præmemorati Domini non fuissent exemti a jurisdictione & oneribus Monasterienſibus, sed Episcopus jure Imperii in exigendis collectis adversus ipsos, tanquam Landsassios & subditos, uti potuisset, nunquam certe talem obligationem scriptam, & tam favorabilibus & libertatem spirantibus verbis conceptam, dedisset, sibique per hoc tantopere præjudicasset.

Sed

Sed & hæc possessio exemptionis & immunitatis adhuc multo luculentius a parte Actoris nostri docetur per alias literas reversales, ab eodem Episcopo Henrico An. 1489. Comiti Everwyno de Bentheim & Domino de Steinfurt extraditas, (num. 7. Doc. in Rot. Benth.) in quibus Episcopus pro se & successoribus suis in amplissima forma fatetur, daß er in Comitiis Provincialibus von d. Everwyn, seinem lieben Neeven, Rath und Getreuen, gesonnen, die damahls zu Dienst des Reichs von der Münsterischen Landschafft eingewilligte Schatzungen über seine, des Herrn zu Steinfurt, Unterthanen mit zuzustehen, daß aber er Dominus de Steinfurt, sich coram Episcopo & Statibus suis dazu nicht schuldig erkennen wollen, facta etiam desuper protestatione coram Capitulo, jedoch, damit er des Reichs Diensten, dazu er auch gefordert wäre, entlediget werden möchte, auf dießmahl concediret hätte, daß die Seine solche Contribution mit ausgeben solten, cum hac tamen conditione & modo, daß er Everwyn solche Steuren selbst per suos a subditis suis aufheben, und an Münster præsentiren lassen wolte.

Et quod tali modo & conditione Everwynus in collectas consenserit, ac subditos suos collectando, collectasque exactas & receptas præsentando promissis steterit, Episcopus non tantum simpliciter confitetur, sed insuper etiam pro adimpleta sic promissione & præsentatis nummis gratias agit.

Sed quo d. Dominus de Steinfurt Everwynus juri suo immunitatis adhuc magis præcaveret, per Secretarium suum Fridericum Hudepoll in præsentia requisiti Notarii & testium, coram Decano Ecclesiæ Monasterienſis Ottone Corff solenniter protestatus est, se istas, quas dixi, collectas non ex jure seu debito, sed tantum ex gratia & favore pendere velle, & quidem sine ullo præjudicio & consequentia: siquidem neque ipse, neque progenitores ejus ejusmodi oneribus unquam subjecti, sed semper liberi ab iis fuissent. Quam protestationem etiam sequenti die per eundem Secretarium Hudepoll, Notario & testibus itidem præsentibus, coram Theodorico Stahl, Canonico, & Hermanno Grevinckhoff, Vicario Ecclesiæ, ac Curiæ Monasterienſis Sigillifero, als vom Bischoff und Capitel verordneten Schatz-Einnehmern, quovis meliori modo repetiit, sub eaque protestatione collectam pecuniam numerari ipsis curavit: uti hoc latius videre est ex Instrumento publico, desuper confecto, sub num. 8. Docum. in Rot. Benth.

Quibus documentis quasi possessionem libertatis & exemptionis a collectis Monasterienſibus, tam clarè probatam pro Actore existimo, ut in hac meridie nulla amplius lucerna sit opus. Siquidem ex iis luculentissime apparet, Dominum de Steinfurt, cum nullo jure & obligatione ad istiusmodi munera teneretur, sed tam ipse, quam majores ejus semper liberi ab iisdem exstitissent, ad preces, auf Gesinnen des Bischoffs, ex favore & gratia, adeoque ex mera liberalitate, pro ea vice collectas istas concessisse, & ad instar donationis, pro qua etiam Episcopus gratias egit, præsentasse, ita tamen ut hoc sibi fraudi vel præjudicio inposterum non esset, nec ullam in consequentiam traheretur, & præterea quoque collectas ipsemet a suis subditis in d. pagis exigeret & reciperet. Ex quo porro evidenter colligitur, concessionem hanc fuisse mere precariam & conditionatam, quæ uti accipienti veram & justam possessionem minime tribuit, ita si quis abutatur precaria concessione, possessionem non precariam sibi arrogando contra eum, qui precario dedit vel concessit, perinde est, acsi vi aut clam in alieno quid faciat: cum natura æquum sit, tam diu alterum mea liberalitate uti, quamdiu ego velim, & ut possim revocare, cum mutavero voluntatem,

l. 2. §. 2. ff. de precar.

Quod adeo verum est, ut, etiamsi convenerit, non nisi post certum tempus precariam concessionem revocari debere, tale pactum, tanquam contra naturam & substantiam precarii adjectum, non valeat, sed pro non adjecto habeatur: quia nulla vis est hujus conventionis, ut rem vel jus alienum domino invito possidere liceat, ut inquit JCtus *in l. 12. ff. de precar.*

Cum igitur testantibus Actis originarius Reus Episcopus Franciscus, posthabita prædicta possessione immunitatis & permissione precaria & conditionata, etiam sibimet ipsi facta, absolutam possessionem juris steurandi & pignorandi in d. pagis proprio sibi jure & Marte sumere inceperit, adeo quidem, ut ipsius Præfecti primordiali Actori Comiti Arnoldo exigendis & recipiendis steuris crebra impedimenta injecerint, non attento, quod d. Comes per reverentiam, & impotentiam eo usque se demiserit & adhuc liberali voluntate, gutwillig declaraverit, ut exactiones seu steuras inferre Monasterienſi Ærario paratus esset, si modo æquam earum, moderationem prius obtinuerit, & in antiquo suo jure ejusque possessione exigendi & recipiendi zu Handhabung und Vollenstreckung seiner angeerbten und herbrachten Gerechtigkeit relinqueretur, nec in eo inique impediretur, uti hoc liquet ex transumptis ipsius Rei in Rotul. secundo Monast. sub num. 1. & 15. item in primo Rot. Monast. sub num. 10. id equidem per violentiam in alieno factum esse, nemo puto inficias ibit. Quales actus violenti & injusti nullum alicui jus tribuunt, sed pro mera turbatione habendi,

Klock. *tom. 2. conſ. 10. num. 149. & tom. 3. conſ. 149. num. 286.*

Nec enim Dominos de Steinfurt per precariam & conditionatam solutionem collectarum, pro prima vice, (in quantum ex actis apparet) anno 1473. & dein A. 1489. factam, quasipossessionem immunitatis & juris collectandi suos subditos amisisse, sed potius eam corroborasse, tam de jure, quam facto, exinde manifestum est, quod non tantum primæ precariæ concessioni obligatio de non amplius per totam vitam tributis gravando, & secundæ permissioni ista conditio suos collectandi fuerit annexa, sed etiam Dominus Everwynus de Steinfurt per tam solennes protestationes hoc jus immunitatis sibi amplissime conservaverit. E contra vero taliter solutas collectas, tanquam conditionatas & precarias, Dominis Episcopis & Episcopatui nullam possessionem tribuere posse, explorati juris est, quia, qui precario possidet, non possidet,

per text. express. *in l. 6. §. 2. ff. de precar.* ubi Ulpianus: *Is*, inquit, *qui rogavit, ut precario in fundo moretur, non possidet, sed possessio apud eum, qui concessit, remanet.* Unde & illi, qui precario dedit interdictum uti possidetis, datur adversus eum, cui dedit, *l. 2. §. & naturalem. ff. de precar.* non vero vice versa *l. 17. cod. & l. 1. pr. ff. uti possidetis.*

Quandoquidem vero quasipossessio non melius, quam per exercitos jurisdictionis actus, probatur, qui veri sunt quasipossessionis indices, secundum Menoch. *remed. 3. ret. n. 576. & cons. 701. n. 10.* ideo dispiciamus, quid Actor in eo genere præstiterit. Et quidem quod Domini & Comites de Steinfurt superioritatem & omnimodam jurisdictionem secularem tam altam, quam bassam, seu merum & mixtum imperium in quatuor pagis quæstionis quiete semper possederint & exercuerint, Magistratus, Judices & Præfectos constituendo & destituendo, mandata & inhibitiones proponendo, Gebot und Verbot anzulegen, mulctas indicendo & percipiendo, facinorosos apprehendendo & capitaliter puniendo, an Leib und Leben zu straffen, id respective omnium fere testium depositionibus in Rotulo Actoris abunde probatum existit, veluti test. 7. 9. 10. 11. 17. 25. 26. 28. 29. 30. 31. 35. 36. 37. 39. 40. 41. 42. 43. 44. & 45. ad art. posit. 3. Item per testes 5. 7. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 36. 38. 39. 40. 41. 42. & 44. ad positionalem quintum.

Item respective per testes ipsius Rei, videl. testem. 6. ad defensionalem secundum primi Rot. Mon. Item per testes 4. 5. 6. & 9. ad defensionalem quintum primi Rot. Mon. Item per testes 2. & 14. ad d. defens. quintum secundi Rot. Monast. Quibus, quoad ordinationem Judicum, jungi potest Bestallungs-Brief sub num. Cam. 144. quo Everwynus Comes de Bentheim, & Dominus de Steinfurt An. 1487. Heydenreichen von Lennep constituit zum Goh-Gräven auf dem Ruschau, id est, Judicem illius districtus Ruschau, quo controversi pagi Lahr, Holtzhausen, &c. pertinent, ut infra plenius docebitur.

Jam vero jus constituendi Judices, Scabinos, Prætores & Magistratus, eosque destituendi, signum esse Domini & superioritatis, docemur inter alia *leg. 1. ff. ad leg. Jul. de ambit.* ibi: *quia ad curam Principis Magistratuum creatio pertinet. Novell. 15. cap. 1. §. 1.* Thom. Michaël *de jurisd. concl. 52.* Unde vulgatum illud: *Qui te judicat, Dominus tuus est.* Quod ita quoque considerat Referens in causa Bürgermeister, Rath und Gemeinde Ober- und Nieder-Ingelheim contra Chur-Pfaltz apud Meichsner. *tom. 2. lib. 2. decis. ult. num. 120. & seqq.* Et justitiæ administrationem esse superioritatis territorialis Symbolum & criterion infallibile, ejusque quasi possessionem arguere, post infinitos alios tradit idem Meichsner. *tom. 3. decis. 1. sub num. 17.*

Sed posset hic objici, quod etiam ii, qui regalia, & non territorialia jura habent, imo qui tantum simplicem jurisdictionem exercent, constituere soleant magistratus, officiales, Scabinos, judices &c. in suis pagis & oppidis. Ergo ista constitutio non est infallibile argumentum superioritatis territorialis. Ad hoc respondeo cum Reinckingio *de regim. sec. & eccles. lib. 1. class. 5. cap. 4. num. 106.* per distinctionem:

Quando magistratus, officiales & Judices constituuntur ab eo, qui tantum regalibus, non vero juribus territorialibus gaudet, tunc id jus constituendi adhæret regalibus, vel exercetur in vim & pro tuitione regalium. Quando ordinantur vigore simplicis jurisdictionis & pro ejus exercitio, & administratione, tunc ei jurisdictioni adscribitur.

Quando vero constitutio fit a Dominis territorialibus, von den Landes-Herrn, uti Actorem nostrum hac qualitate præditum esse, infra clarissime patebit, tunc censentur constituti in vim juris territorialis: quia talia sunt prædicata, qualia permittuntur esse a suis subjectis.

Porro quamvis alias verba, Gebot und Verbot, generaliter accepta tam ad merum quam mixtum imperium, & simplicem jurisdictionem pertineant, *argum. l. 1. 2. & similium ff. de jurisdict.* tamen si versentur circa ea, quæ sunt jurisdictionis territorialis propria, & appareat, istis Mandatis & inhibitionibus paritum esse, tum etiam superioritatis recognitio exinde probatur, uti ex Mascardo, Vultejo & Meichsnero tradit

Reinck. *dict. cap. 4. num. 115.*

Originarium vero Actorem Comitem Arnoldum sub gravi pœna per publicas proclamationes prohibuisse subditis suis, ne denunciatas ex parte Rei collectas, quæ proprie ad jura superioritatis referuntur, solverent, subditosque etiam paruisse, ex Actis clarissimum est, & infra specialius demonstrabitur. Quod autem talia edicta

&

& proclamationes naturalem & actualem quasipossessionem jurisdictionis probent, docent quoque

Thom. Mich. *de jurisdict. d. concl.* 52. & Christoph. Ming. *de superiorit. thes.* 71.

Non attingo, impositione & receptione mulctarum & pœnarum, quæ fructus sunt jurisdictionis, nec non apprehensione, incarceratione delinquentium, & summi supplicii irrogatione merum & mixtum imperium probari; sunt enim satis trita & vulgata. Neque enim hic multis deducere lubet, quod, si quis unius atque alterius actus jurisdictionalis & superioritatis exercitium, usum & quasi possessionem usurpaverit & probaverit, id quoque ad alios actus extendendum: quia jurisdictionis usus in uno actu censetur jurisdictionem tribuere in alio.

DD. *in l. imperium ff. de jurisdict.*
Gylmann. *in symphor. supplic. part.* 1. *tit.* 2. *vot.* 1. *ante num.* 64.

Nam jurisdictio respicit universalitatem, quæ per se una est, licet multis modis exerceatur. Et ex probatione specierum resultat probatio generis, uti hoc per plura allegata deducit

Reinck. *de reg. sec. & eccl. d. cap.* 4. *num.* 240. *& seqq.*

ubi *num.* 250. subjicit, traditionem hanc maxime procedere in actibus, qui sunt de potentioribus speciebus, & in quibus reliqui quodammodo concomitanter insunt & adhærent, ut est subditorum obedientia: (de quo modo aliquid diximus, & mox plura dicemus) quia obedientiæ nexus complectitur omnes actus jurisdictionis, per allegata ibidem.

Sed magis ad specialia veniamus, quæ propius ad rem & propositum faciunt, nimirum indictionem seu exactionem & receptionem collectarum, quæ quod semper a solis Comitibus, non vero Episcopo (nisi quod vel ex permissione Comitis fuit, vel de facto & per vim attentatum est) in locis controversis facta sit, probatum reperitur per testem 43. ad Interrogat. speciale 2. in Rot. Bentheim. Item per testes 4. 11. 12. 13. 14. 15. 17. 19. 21. 22. 23. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 35. 43. & 44. ad Interrogat. spec. quartum. Item per testes 12. 14. 15. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 35. 40. 41. & 43. ad Interrog. spec. quintum. Item per testes 11. 12. 14. 15. 17. 21. 24. 25. 26. 27. 30. 31. 36. 41. 43. 45. ad Interrog. speciale septimum. Item per testes 4. 6. 7. 14. 15. 16. 17. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 30. 31. 35. 36. 37. 38. 39. & 40. ad Interrogat. spec. nonum. Et denique per testes 23. 31. & 39. ad positionalem septimum.

Hæc testium dicta confirmantur per transumta ipsius Rei in Rotul. primo Monast. ubi in doc. sub num. 3. apparet, daß der Steinfurtische Rentmeister verschiedene Schatzungen aus dem Amte Ruschau (nemlich Lahr und Holtzhausen und dazu gehörigen Bauerschafften) so dann aus den Kirchspeln Steinfurt und Borckhorst aufgehoben.

Item in documento sub num. 12. ibidem continetur, daß in Ao. 1535. die eingesetzte und eingewilligte Land-Schatzung in den Kirchspeln Borckhorst, Lahr, Holtzhausen ꝛc. durch Special-Befehl des Grafen Arnden aufgehoben seyn.

Quæ instrumenta cum Reus pro se produxerit, contra se quoque valere patietur, cum contenta in eo per productionem approbasse censeatur, idque non tantum pro se, verum etiam contra se: scripturæ namque indivisibilis fides est, ita ut, qui parti ejus innititur, totam approbare cogatur.

Wesenbec. *consil.* 2. *num.* 78.

Quibus adminiculantur literæ Abbatissæ zu Borckhorst, ad Comitem Arnoldum Anno 1534. scriptæ, (quæ exhibentur inter adjuncta Duplicarum Steinfurtensium sub n. 47.) quibus inter alia scribit: Weil der Rentmeister zu Horstmar wider die Schatz-Ordnung und Verwilligung in Forderung eines Schatz-Registers oder Tax zu verfahren sich unterstehe; So hätte sie des Grafen Rath und Wohlmeynung vernehmen wollen, ob sie genannten Rentmeister von mehrern Gütern, als allein die in seinem Amte gelegen, das Register oder Tax überliefern solle. Dann sie zweiffelte nicht, Ihre Lbd. würden die eingewilligte Schatzung in Dero Grafschafft und Gebiete, gleichwie bißhero geschehen, selbst aufheben lassen. Quibus literis adhuc aliæ, ab eadem Abbatissa ad eundem Comitem eod. A. 1534. datæ (sub n. d. Duplicarum 48.) pro majori confirmatione addi possunt: darin sie schreibet: Nachdem Se. Lbd. der Graf durch Dero Secretarium Ihro auf Ihr letztes Schreiben hätten lassen ansagen, daß Sie mit samt dem Capitel der letztangesetzten Schatzung halber bey Sr. Lbd. solten verbleiben, und der Verwilligung nach Uberliefferung thun, so sey Sie mit samt Ihrem Capitel hertzlich damit zufrieden, und wolle mit höchstem Fleiß daran seyn, erstes Tages ihre Güter alle zu registriren, die Tax davon bey einander zu machen, und alsdann Sr. Lbd. zuzuschicken ꝛc.

Præterea morosos in solvendis collectis a Comite vel ejus autoritate semper fuisse pignoratos, Episcopum vero pignorationem, ex qua præsens controversia fuerit orta, sibi noviter per vim arrogasse, adeoque turbasse, attestantur testes 11. 12. 15. 16. 17. 21. 25. 27. 30. 36. & 40. ad Interrog. spec. decimum sextum.

Denique, quæ ex parte Rei attentatæ sunt denunciationes collectarum, die Verkündigungen der Schatzungen, Comitem in continenti revocasse, & contrarium edixisse, abunde verificatum est per testes 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 19.) qui addit, daß es bey dem Verbot geblieben) item 20. 21. 22. 27. 28. 30. 35. 36. 37. 39. 41. & 43. ad Inter-

Interrog. speciale quartum in Rotul. Bentheim. Item per testes ipsius Rei 5. & 11. ad defensionalem nonum in primo Rotul. Monaster. & testem 11. ad defensionalem decimum ibidem. Item in secundo Rot. Monaster. per testes 4. 7. 12. 14. 15. 18. & 19. ad d. defensionalem nonum, & per testem 1. ad d. defens. 10. eod. 2. Rot. Et singulariter notandum, quod d. 14. testis ad Interrog. spec. quartum in Rot. Bentheim. depositioni suæ addat, daß die Publicatio der Schatzungen an Seiten Münster vor Belägerung der Stadt Münster (quæ obsidio per Episcopum Franciscum cœpit Anno 1534.) nie sey geschehen. Cui adstipulantur d. testes 7. & 19. ipsius Rei in 2. Rot. Monast. ad d. defens. 9. Quorum duorum testium, imo vel unius dicto contra producentem standum esse, attestatur Meichsner. *tom. 2. lib. 1. decis. 8. num. 45.* Ex quo manifestum fit, quicquid per dict. Episcopum originarium Reum factum est, per meras novationes & turbationes factum & attentatum esse. Et e contra quasi possessio Actoris per obedientiam subditorum ejus magis enitescit, eo quod hi Domino suo inhibenti & contrarium mandanti, quamvis multo imbecilliori Episcopo, eo usque paruerunt, ut propterea tot malis & calamitatibus a parte adversa afflicti fuerint. Nam qui paret imperio & mandatis, subditus est, & agnoscit dominium ejus, cui paret, per notata Thom. Mich. *de jurisdict. concluf. 52. lit. b.*

Ex quibus omnibus quasi possessionem collectandi suos subditos in pagis quæstionis evidenter & ad oculum per Actorem demonstratam esse, vix puto quempiam fore, qui dubitaverit. Jam vero cum onera, census & collectæ, vigore sublimioris dominii & eminentiæ, exigantur, ejusque symbola ac notæ recte dicantur, Andr. Knichen *de sublim. territor. jur. cap. 3. num.* 314. ideo probans præstationem collectarum intentionem superioritatis habet fundatam.

Meichsner. *tom. 2. lib. 1. decis. 8. num. 11. in causa* Hirnheim *contra* Chur-Pfalz.

Nec obstat ratio dubitandi, quod collectatio sit de regalibus, per text. *in cap. unic. quæ sint regalia.*

Sequitur Meichsn. *tom. 2. lib. 1. decis. 6.* ubi *num. 25.* dicit, quod Jus collectandi non imperio vel jurisdictioni, sed regalibus cohæreat. Quam sententiam quoque prolixe & multis autoritatibus defendit Sixtin. *de regal. lib. 2. cap. 14. num. 12.*

Sed hæ opiniones facile conciliari possunt. Nam conceditur, collectationem esse de Regalibus, sed illa ipsa Regalia sunt qualitates superioritatis territorialis, quæ eidem insunt & catenatim adhærent, præsertim si (ut mox videbimus) illa potestas territorialis ex possessione feudi Regalis, utpote Ducatus, Comitatus &c. descendat: quamvis non e contra sub regalibus jus superioritatis comprehendatur.

Ming. *de superior. terr. cap. 1. concluf. 12.* Et ita etiam se ipsum explicat Meichsner. *dict. tom. 2. lib. 1. decis. 9. in causa* Maynz *contra* Erfurt, ubi *num. 2.* ait: daß impositio collectarum nicht sey Jurisdictionis, auch den Gerichten nicht anhängig, sondern in die hohe Obrigkeit und Regalia gehörig.

Sed & hæc superioritas territorialis adhuc clarius ex eo enitescit, quod subditi ditionis Steinfurtensis tam nobiles, quam plebeji, ab antiquo Dominis suis juramentum subjectionis & obedientiæ, die Huldigungs Pflicht, præstare sint soliti: uti hoc colligitur ex documento sub numer. Cam. 149. ubi inter alia continetur, quod Ludolphus, Dominus de Steinfurt, ejusque filius Baldevvinus anno 1355. inter se convenerint, daß Ritter, Knechte, Burgmänner, Bürger, Thürhüter und Pförtner der Herrschafft Steinfurt ihnen zugleich huldigen solten. Et adhuc primum Actorem Comitem Arnoldum homagium a Landsassiis & subjectis d. ditionis vel Comitatus more antiquitus recepto recepisse, eoque in quietam ejus possessionem venisse, patet ex transsumto sub num. 11. in Rotul. Bentheim. ubi habetur, daß dict. Graf Arnold post mortem Comitis Evervvyni, als rechter natürlicher Erbe, beyde Grafschafften Bentheim und Steinfurt, samt der freyen Grafschafft Lahr, angenommen, auch von Landsassen und Unterthanen derselben Huldigung und Eydespflicht, wie sich nach altem Gebrauch gebühret, empfangen, und also in ruhige Possession kommen sey. Quo ipso sane dignitas & potestas territorialis vel maxime contra Principem adversarium evincitur, cum inter actus superioritatis & subjectionis non ultimum, imo vel primum sibi locum vindicet exactio & præstatio homagii.

Ming. *de super. territ. concl. 64.*
Thom. Michael. *de jurisdict. concluf. 57.*
Meichsner. *tom. 2. lib. 2. decis. ult. num. 122. & seqq.*

Eaque actum universalem jurisdictionis inducit, qui alios comprehendit, & de necessitate subjectionem arguit, eaque sola quasi possessionem superioris Jurisdictionis probat.

Late Reinck. *de reg. sec. l. 1. class. 5. cap. 4. num. 1. & seqq.*

Licet vero ex his enumeratis actibus quasipossessio superioritatis & jurisdictionis in pagis litigiosis pro Actore jam satis demonstrata sit, ea tamen adhuc multo fortius & evidentius ex eo evincitur, quod Actor noster sit immediatus Imperii status, Comitatumque Steinfurtensem cum d. pagis, eo pertinentibus, ab Imperatore & Imperio in feudum teneat. Quo ipso Actorem, ut alii status Imperii immediati, superioritatis jus, ipsi territorio Comitatus inseparabiliter cohærens, cum annexis regalibus, & omnimoda jurisdictione civili & criminali, die hohe Landes-Obrigkeit, Herr-

Herrlichkeit und Gerechtigkeit, mit allen oberen und niederen Gerichten, mit allen ihren Ehren, Würden, Freyheiten, Nutzen und Zuhörungen, possidere, ac propterea ab omni alia jurisdictione, imperio & oneribus alterius, Imperatore inferioris, exemtum eum esse, indubium est, per ea quæ erudite deducit

Christoph. Ming. *de superiorit. territ. conclus.* 22. 25. 42. & 70.

Ut autem talis Imperii status quis censeatur, hæc quatuor requiruntur: Primo, ut sit in matricula Imperii descriptus, & quidem authentica, quæ non solum nomen, sed etiam quotam solvendam, den Anschlag contineat. Secundo, ut citetur ad Comitia, ibique sessionem & votum habeat. R. A. *d. Ao.* 1548. §. **Wann auch ein ausgezogener** 56. Et quamvis hæ sint potissimæ qualitates, quæ etiam sufficiunt ad probandam quasi-possessionem status Imperii; pro tertio tamen eandem arguit, si quis indictiones & collectas Imperio immediate pro rata sua solverit, *Recessus Imperii de Anno* 1548. *d. loco, ibi*: **Und wider Ihn darbracht werden möchte, daß er je in Menschen Gedächtniß in des Reichs gemeinen und nicht** *privilegirten* **Hülffen** *contribuiret* **ꝛc.** Pro quarto requirunt, ut territorium cum omnimoda jurisdictione & regalibus, quorum vigore Imperatorem in suo territorio repræsentat, immediate ab vel sub Imperio possideat.

Late Reinck. *de regim. sec. & eccles. lib.* 1. *class.* 4. *cap.* 1. *num.* 4. *& multis seqq.* & noviſſime
Roding. *in Pand. Camer. lib.* 1. *tit.* 17. §. 9.

ubi tamen tantum tria requisita habet, & illud de præstatione collectarum omisit: forte quia quis potest privilegio vel præscriptione immunis ab hoc onere esse, & tamen status esse, uti hoc colligitur ex modo dicto *Recessu Augustano* §. **Und soll unser** 54. dummodo cæteræ qualitates, & præprimis duæ priores, quas dixi, adsint & probari possint.

Sed hæc requisita omnia si adsint, indubie quasipossessionem status Imperii vel superioritatis probari, ad longum deducit

Gail. *lib.* 1. *observ.* 21.

Hæc igitur requisita an in Actore nostro verificari possint, inquirendum est. Et primo quidem, quod jam olim Domini de Steinfurt, antequam ista ditio in Comitatum Imperii erecta fuit, (quod factum Ao. 1495.) albo Imperii, ut status, inscripti sint, patet ex vidimato Extractu Matriculæ sub num. Cam. 145. ubi habetur: daß erstlich in dem Anschlag zu Nürnberg in Ao. 1431. wider die Hussen aufgerichtet, die Grafen von Bentheim-Steinfurt auf 10. Glefen, und wiederum in dem Anschlag Ao. 1467. zu Nürnberg beschlossen, zur Reichs-Hülffe wider die Türcken, unter den Reichs-Grafen und Herren auf 10. zu Roß, und 20. zu Fuß, expresso nomine angeschlagen worden. Cui non obstat, quod ex adverso in Replicis sub numer. 162. objectum, hanc matriculam de Comitatu Bentheimensi, non vero de ditione Steinfurt interpretandam esse. Nam ad hoc respondetur, Comites de Bentheim simul fuisse Dominos de Steinfurt. Jam vero cum in matricula non simpliciter Comites de Bentheim, qua tales, sed in specie, qua Domini de Steinfurt, Grafen von Bentheim-Steinfurt, disertis verbis taxati reperiantur, nihil absurdius foret, hoc ratione Comitatus Bentheimensis in concreto, non vero in abstracto seu separatim de ditione Steinfurtensi intelligendum esse.

Sed nodus hic in scirpo quæsitus, clare solvitur per alios recentiores Extractus matriculares (inter documenta duplicarum Steinfurtensium sub num. 49.) ubi primo in matricula de Anno 1500. inter Comites Westphaliæ, Steinfurt auf 12. fl. und der Graf von Bentheim separatim auf 18. fl. angeschlagen: Secundo de Ao. 1505. ubi Comes de Steinfurt auf 1. zu Fuß, und der Graf von Bentheim auf 8. zu Fuß gesetzet: Tertio de Anno 1521. worin der Herr von Steinfurt auf 2. zu Pferde und 9. zu Fuß taxiret: & denique quarto de Anno 1551. worin der Herr von Steinfurt auf 2. zu Pferde, und 4. zu Fuß moderiret worden. Sed singulariter hic notandum, quod d. Matricula de Ao. 1521. pro maxime authentica sit habenda, & præ cæteris omnibus valeat, velut melior consilio consensuque ordinum facta, uti expresse cavetur *Recessu Imperii de Anno* 1582. §. **Wann auch zu Franckfurt** 64. ibi: **Weil dann unverborgen, daß die** *Matricul* **von** *Ao.* 1521. **mit Rath und Bewilligung gemeiner Stände aufgerichtet, für Unsere und des H. Reichs gerechte und gewisse** *Matricul* **zu halten ꝛc.** Quod & repetitum & confirmatum *in Recessu Imperii d. Anno* 1594. §. **Wann auch bey voriger** *Tractation* 120. Quare in omni incertitudine ad hanc matriculam recurrendum est, donec Moderatorum judicio emendetur, per modo dictos & alios Recessus Imperii.

Add. Denais *in jur. Cam. tit.* 191. §. 9.
Zachar. Viet. *de caus. exemt. Imp. concl.* 5.

Ex quibus omnibus luculenter apparet, Dominos & Comites de Steinfurt, tam anterioribus, videlicet ante annum 1495. compilatis, quam posterioribus & recentioribus Imperii matriculis, & inter eas illa omnium certissima & justissima, A. 1521. Wormatiæ contexta, aperte deprehendi, adeoque vel ex hac sola causa intentionem & quasi possessionem immediatæ subjectionis & status Imperii pro se fundatam habere, donec contrarium per eximentem probetur.

Meichsner. *decis. Camer.* 6. *numer.* 10. & 11. *tom.* 3.

Quemadmodum & matricula confert Imperio,

perio, cujus nomine Procurator Fiscalis hic accessorie agit, quasi-possessionem subjectionis

Gail. *d. observ.* 21. *lib.* 1. *num.* 4. *& seqq.*

Ad colorandam enim quasi-possessionem Imperii sufficit, eximendum Matriculæ inscriptum. Nam velut primum Rom. Imperii breviarium seu primam orbis Matriculam Cæsar Augustus SCto intercedente fieri curavit: de quo Tacitus *lib.* 1. *Annal.* quod Tiberius, post obitum Augusti, proferri in Senatu libellum recitarique jusserit: in quo opes publicæ continebantur, quantum civium sociorumque in armis: quot classes, regna, provinciæ, tributa, vectigalia, & necessitates ac largitiones: quæ cuncta sua manu perscripserat Augustus: qui libellus nihil aliud, quam matricula Imperii, fuit, & a Suetonio in Augusto breviarium Imperii appellatur: ita & Imperii Romano-Germanici Matriculæ communi Imperatoris & Ordinum consensu confectæ, atque in solennem & authenticam scripturam autoritate publica redactæ sunt, quæ exinde fundatam intentionem pro immatriculato pariunt, adeo, ut si hisce indicibus quempiam contineri, & subsidia omnis generis Imperio solvisse deprehendatur, etiamsi nihil aliud adminiculi haberet, tamen pro eo & in possessorio & petitorio pronunciandum sit.

Recess. Imper. d. A. 1548. §. hätte aber 59. Add. Klock. *de contribut. cap.* 19. *num.* 32. *& seqq.*

Sicut & vice versa negantis intentio ex inspectione matriculæ probatur, ita ut, si districtus vel terra quæpiam in Catalogo der Anschläge non reperiatur, non præsumatur esse per se territorium, & alicui immediate sub Imperio competere, sed esse de alicujus provincia, & ejus superioritati subjecta, ut ipsi contribuat, per notata

Klockii *d. cap.* 19. *num.* 61.

Quantum ad secundum requisitum, scil. edicta Cæsarea sive vocationes ad Comitia Imperialia, attinet, illud equidem, quod Domini & Comites Steinfurtenses cum ante, tum vero maxime post d. A. 1495. ad ejusmodi Comitia & Conventus ad instar aliorum Imperii statuum, sæpissime vocati fuerint, amplissime comprobatum existit. Et quidem quod ista vocatio ante d. annum 1495. facta sit, ad id probandum refert se Advocatus Actoris in der auferlegten Handlung, sub num. 142. ad Ausschreiben Friderici III. Imperatoris, in causis hic inter easdem pendentibus, Mandati simpl. ulter. & adhuc ulter. inter Adjuncta Replicarum sub lit. F. productum, darin Cæsar Evervvynum, Grafen zu Bentheim und Herrn zu Steinfurt, in Ao. 1487. binnen Cölln zu erscheinen, und die Reichs-Dienste zu leisten, solle beruffen haben. Sed quia Referenti non creditur, nisi constet de relato, *Authent. si quis in aliquo C. de edend.* relatum autem apud hæc mihi tradita Acta non exstat, ideo ea tantum mihi consideranda putavi, de quibus in Actis apparet. Liquet vero prædicta vocatio ex copia authentica seu a Lectore Cameræ auscultata, Anschreibens Kaysers Maximiliani I. an die Gevettern ejusdem nominis, Everwyn und Everwyn, Grafen zu Bentheim und respective Herren zu Steinfurt d. A. 1494. sub num. Cam. 143. darinnen dieselbe vom Kayser ad Comitia Wormatiensia, und weiter zu dem Rom-Zug mit einer starcken Anzahl zu erscheinen erfordert und ermahnet worden. Cui minime adversatur, quod Advocatus Rei in d. Replicis eadem chorda oberrando regerit, hanc nimirum citationem ad Comitia esse generalem, & intuitu solius Comitatus Bentheimensis emanatam, de eoque solo intelligendam: idque confirmari inscriptione istarum literarum sequentis tenoris: Den Edlen, Unsern und des Reichs lieben Getreuen, Everwyn und Everwyn Gevettern, Grafen zu Bentheim. Sed facilis est responsio. Nam cum hi Evervvyni utrique antiqua origine fuerint Comites de Bentheim, alter vero eorum (scil. pater des Primordial-Klägers Comitis Arnoldi) specialis Dominus de Steinfurt exstiterit, adeoque unus Comitatum Bentheimensem, alter ditionem Steinfurtanam possederit, uti hoc colligitur aus der zwischen Ihnen in Ao. 1487. errichteten, und a Carolo V. Cæsare Ao. 1531. vigore transsumti in Rot. Bentheim. sub num. 11. confirmirten Erb-Vereinigung, quæ, ut ibi videre est, ita incipit: Wy Everwyn, Graf toe Bentheim, und Wy Everwyn, Graf von Bentheim, Herr toe Steinfurt, doen kund &c. ideo plane non est verosimile, unam illam citationem ad ambos, contemplatione solius Comitatus Bentheimensis, quem unus saltem possidebat, fuisse emissam.

Quod autem remotum a verosimili est, falsitatis habet imaginem, per vulgaria. Quin potius veritati & rationi convenit, unis iisdemque literis ambos de eadem domo diversis respectibus, scil. alterum qua Comitem Bentheimensem, alterum qua Dominum de Steinfurt, convocatos.

Nec obstat inscriptio literarum, ea enim facile conciliari potest, quia uterque, ut dixi, fuere Comites de Bentheim, ratione originis, quamvis alter particularis Dominus de Steinfurt. Quod prædicatum omissum de rei veritate & substantia nihil potest adimere.

Sed validior probatio vocationis ad conventus Imperii universales desumitur ex cumulo Cæsarearum literarum, quibus originarius Actor, Comes Arnoldus, separatim & nuncupatim, qua Comes de Steinfurt, ad consultandum & statuendum una cum cæteris statibus de negotiis Imperii, und zwar bey den Pflichten, damit Er Imperatori & Imperio zugethan, citatus fuit, & quidem in A. 1526. ad Comitia Spirensia & Ratis-

Ratisbonenſia, Ao. 1527. iterum ad Ratisbonenſia, A. 1528. ad Spirenſia, A. 1530. ad Auguſtana, A. 1531. ad Spirenſia, & Ratisbonenſia, A. 1535. ad Wormatienſia, A. 1541. ad Spirenſia, Ao. 1544. ad Wormatienſia, & Ao. 1546. ad Ratisbonenſia: uti hoc planum & perſpicuum eſt ex transſumtis in Rotul. Bentheim. ſub numer. 17. 18. 19. 22. 25. 28. 30. 35. 41. 52. & 53.

Quod vero & hic contra tot clara teſtimonia Advocatus Rei in Exceptionibus ſuis ſub Num. Cam. 55. opponere auſit, cunctas illas citationes ad Comitia interpretandas & accipiendas eſſe de ſolo Comitatu Bentheimenſi, tanquam eo reſpectu emiſſas, id tam abſonum eſt, ut ſibilo magis, quam reſponſione dignum ſit. Nam id non ſolum inſcriptionibus literarum, (quæ omnes hoc modo: Dem Edlen, unſerm und des Reichs lieben getreuen Arnolden, Grafen zu Steinfurt: inſcriptæ ſunt, nulla facta mentione Comitis de Bentheim) ſed adhuc luculentius inde refutatur, quod vigore transſumtorum ſub num. 29. & 30. in Rot. Bentheim. Evervvynus, Comes de Bentheim, & ipſius agnatus d. Arnoldus, Comes de Steinfurt, ſinguli ſeparatis literis ſub eodem dato, ſcil. Bruxellis 8. Octobr. 1531. a Carolo V. Cæſare ad Comitia Ratisbonenſia fuerint evocati.

Cæterum ſupra allegatis citationibus ad Comitia Imperialia pro majori corroboratione etiam jungenda veniunt varia edicta generalia, ab Imperatore ad omnes & ſingulos Imperii ſtatus diverſis temporibus emanata, & dicto quoque primo Actori inſinuata, & ab eodem acceptata: quorum transſumta ſub num. 20. 21. 24. 37. & 58. in Rot. Bentheim. exhibentur. Faciunt huc quoque Literæ Ferdinandi, Regis Romanorum, anno 1536. ad d. Comitem Arnoldum datæ, & in Rot. Bentheim. ſub n. 38. transſumtæ, quibus inter alia admonetur Comes, ſich nebenſt andern ſeinen Creyß-Verwandten eines Creyß-Hauptmanns mit ehiſtem zu vergleichen.

Denique, quia etiam evocatio & comparitio ad conventus circulorum de connexis eſt, & quaſi-poſſeſſionem ſtatus Imperii adhuc magis arguit & confirmat, per notata Reinkingii *de reg. ſec. & eccleſ. lib. 1. claſſ. 4. cap. 1. num. 25.* ideo huc quoque non immerito referendus & conſiderandus eſt Extractus zweyer Creyß-Tages-Abſchieden *de Anno* 1631. *&* 1642. (inter Documenta Duplicarum Steinfurtenſium ſub num. 50.) ex quo liquet, Comitem Steinfurtenſem, tanquam ratione iſtius Comitatus in quaſi-poſſeſſione immediatis conſtitutum, & in illa qualitate ad congreſſus Circuli Weſtphalici ſemper convocatum, ejusque onera paſſum, illis adhuc annis in Conventibus Circularibus, Coloniæ Agrippinæ habitis, per ſuum Mandatarium ad ſeſſionem & votum, Monaſterienſi contradictione & proteſtatione non obſtante, (ſine tamen præjudicio hujus proceſſus) ſpecialibus Conventuum Decretis fuiſſe admiſſum.

Sic itaque etiam ſecundo requiſito ſatis ſuperque demonſtrato, quod ſcil. Actor frequenter ad Comitia Imperialia, ut Status, vocatus, eas citationes, uti & alia edicta Imperii acceptavit, nedum quod præterea etiam ad conventus circulares comparuit & admiſſus eſt, eo ipſo pro immediato Statu & conſorte Imperii haberi eum neceſſe eſt: etiamſi in Comitiis Imperii non comparuiſſet, donec contrarium per eximentem probetur, quod hic factum non eſt.

Gail. *d. obſ.* 21. *lib.* 1. *ſub num.* 9.

Sufficit enim, eſſe crebrius vocatum ad Comitia, & jus ſuffragiorum, & talia edicta Cæſarea acceptata. Nam acceptans literas cenſetur comprobare contenta earum, & confiteri, ſe talem eſſe, qualem literæ declarant, per allegata ejusdem Gailii *ibid.* Et ex ſolo Comitiorum jure quaſi-poſſeſſionem ſtatus Imperii induci, tradit

Andr. Knichen *de jur. territ. c. 3. n. 164.*
Item Vietor *de exemt. concluſ. 5.*

Sed & ipſum primum Actorem A. 1541. comparuiſſe in Comitiis, & quidem per ipſiusmet Rei Cancellarium, Jodocum Rulandum, & Doctor. Chriſtianum von der Wied, quibus ſpeciale Mandatum Comes ad id dederit, videre eſt aus der auferlegten Handlung ſub num. Cam. 142. Quod quia ex parte Rei non refellitur, nec ullo verbo contradicitur, tacite conceditur. Tacens enim in judicio ad illa, quæ contra ſe ab adverſario dicuntur, nihilque opponens, pro confitente & conſentiente habetur. *C. 2. de appell. in 6.* maxime quando, cum poſſet, non contradicit, ut late tractat

Menoch. *lib. 3. præſumt. 116. num. 1. cum ſeq. & lib. 2. præſumt. 46. num. 2.*

Quo ipſo Actoris & Fiſcalis intentio adhuc magis firmatur, quia nemo admittitur ad Conſilium & Senatum Imperii, niſi ſit conſors Imperii, & Par Curiæ Imperialis, & ſic immediate Imperio ſubjectus. Gail. *d. obſ. 21. n. 9.* Et vel unico actu comparitionis & conſultationis quaſi-poſſeſſionem ſtatus Imperii acquiri, tradit Viet. *d. concl. 5.*

Ad tertium requiſitum, indictionem ſc. & præſtationem collectarum Imperialium, deveniendo, & illud abunde ab Actore comprobatum reperio. Nam primo ex ſuperioribus patet, Comitem de Bentheim, Evervvynum, primi Actoris patrem, qua Dominum de Steinfurt, jam tum priore anno, quo ditio Steinfurtana in Comitatum evecta, ſc. A. 1494. zu dem Rom-Zug a Maximiliano Cæſare fuiſſe requiſitum. Deinde conſtat ex transſumto ſub n. 12. in Rot. Benth. eundem Imperatorem per literas de dato Freyburg 1498. eidem Evervvyno, Comiti de Steinfurt, imperaſſe bey den Pflichten, womit Er dem Reich verwandt, den in Comitiis Wormatienſibus

& Fryburgensibus in utilitatem Imperii eingewilligten gemeinen Pfenning zu geben, und allenthalben in seinen des Grafen Gebieten von den seinen eintreiben, und den verordneten Schatz-Meistern gen Franckfurt erlegen zu lassen.

Duos namque generaliter collectandi modos olim ab Imperatore ac Imperio introductos, diversisque temporibus usurpatos fuisse, ex Imperio Recessibus passim deprehendere licet: unum, quo omnibus tam Statibus & Magistratibus, quam privatis & subditis, hoc est, omnibus Imperii civibus, nemine excepto, collecta indicta, sicuti factum est mit dem gemeinen Pfenning, ut est videre in *Recessibus de A.* 1495. item *de Ao.* 1500. *&* *de Ao.* 1542. §. Und wiewohl 50. *&* *seq.* item *d. Ao.* 1544. §. Als aber Wir, 26. Et hic modus duravit usque ad d. annum 1544. inclusive, & postea exolevit. Altero modo non omnibus Imperii subditis indistincte, sed immediatis tantum Imperii Statibus cum ipsorum consensu collectæ primario fuere impositæ, ita tamen, ut subditos suos in subsidium collectare possint, de quo inferius plura. Et hæc ratio ac forma indicendæ collectæ fuit crebrior & usitatior, & ab anno 1544. hactenus perpetuo in Imperio observata, ita ut ab illo tempore Imperator Principum & Statuum Imperii subditis immediate & directo amplius aliqua onera non imposuerit, sed quotiescunque necessitas publica postulavit aliquid conferre, Principes ac Status propterea requisiti, collectam, in quam consensere, subierint: cum potestate tamen subcollectandi suos subditos: uti hoc Recessuum & rerum Imperii peritis non ignotum est.

Quamvis igitur priori modo mit dem gemeinen Pfenning, collecta ista omnibus Imperii subditis, tam mediatis, quam immediatis, ab Imperatore fuerit imposita, curam tamen æstimandi bona suorum subditorum, & id, quod collectæ nomine cuique pro modo facultatum suarum indictum fuerit, exigendi, inque publicum Imperii ærarium inferendi, Statibus Imperii, tanquam Dominis territorialibus, demandatam fuisse, partim ex supra citatis literis Maximiliani apparet, & in d. *Recessu de Anno* 1542. §. Es sollen auch 53. & *in* §. dann so sollen 70. latius est comprehensum.

Posteriori vero modo, Comitibus de Steinfurt, qua Statibus Imperii, & nominatim sæpius memorato primordiali Actori, Comiti Arnoldo, census & subsidia pecuniaria vel militaria Imperii, uti & quotam suam pro sustentatione des dämahligen Reichs-Regiments, & Cameræ Imperialis creberrime indicta & imperata, vel requisita ab eo fuisse, id luculentissime patet ex magno numero Requisitorialium, Monitorialium & Mandatorum de solvendo & præstando, quæ respective ab ipso Imperatore vel Rege Romanorum, & Imperiali Camera ad dict. Comitem Arnoldum in annis 1517. 18. 29. 31. 32. 35. 36. 38. 41. 42. 43. 44. & 48. successive emanata, & in Rotulo Bentheimensi per transsumta sub num. 13. 14. 16. 23. 26. 31. 34. 36. 38. 39. 42. 43. 44. 47. 49. 50. 51. 55. 56. & 57. producta fuere. Solutionem vero collectatum Imperii, ut & ratæ portionis pro sustentatione Regimenti Imperii & Cameræ Imperialis, a d. primo Actore, immediate Imperio esse factam, non minus luculenter probatur per multas quitantias, quæ von den Legestädten Eßlingen, Nürnberg, Speyer und Franckfurt, respective in annis 1524. 25. 26. 27. 29. 30. 31. 32. 33. & 34. continuo solventi Comiti vel ejus Mandatario traditæ, & quarum transsumta dict. Rot. Bentheim. à num. 59. usque ad num. 77. inclusive inserta sunt. Præterea Comites Steinfurtenses & nuncupatim etiam sæpius dictum primum Actorem ad collectas, onera & subsidia Imperii requisitos esse, eademque obedienter præstitisse, verificatur etiam per testes 7. 9. 10. 42. & 43. ad positionalem primum, item per testes 7. 9. 10. 12. 13. 15. 19. 21. 27. 36. 37. 41. 42. 43. & 44. ad positionalem secundum in dict. Rotulo Bentheim. Et specialiter notandum, quod dict. testis 7. vir nobilis, sexaginta annorum, & d. testis trigesimus sextus 51. annorum, ex Johannitarum ordine, asserant, id, quod modo dictum est, quovis tempore & ultra hominum memoriam, ut secundus positionalis habet, ita factum esse.

Quod vero Advocatus Rei etiam contra hæc cramben suam ad nauseam usque recoquit, ejusmodi impositiones & præstationes collectarum, pluraque alia, quæ immedietatem & statum ostendunt, invertendo, & ad Comitatum Bentheimensem detorquendo, quasi de illo solo, non vero Steinfurtensi, ea explicanda & exaudienda sint, id nullam amplius meretur refutationem vel responsionem, quia est mere cavillatorium. Nam, ut bene Ulpianus *in l.* 177. *ff. de verb. signif.* natura cavillationis hæc est, ut ab evidenter veris per brevissimas mutationes disputatio ad ea, quæ evidenter falsa sunt, perducatur.

Pro majori tamen demonstratione cavillationis valde conducunt Arctiores Monitoriales (sub num. Cam. 148.) ab Imperiali Camera 18. Januarii 1509. ad Comitem de Bentheim, pro se, für sich selbst, & tanquam Tutorem der Herren von Steinfurt, pro solvendis quotis sustentationis Cameræ emanatæ. Quibus addantur transsumta in Rot. Benth. sub num. 32. & 33.

Cæterum majori consideratione dignum, quod, cum Actor indictiones & collectas Imperio immediate semper præstiterit, nec eximi ab illa immediata subjectione velit, in eadem quoque conservandus & tuendus sit, per textum expressum in *Recess. Imperii Augu-*

Augustano de Ao. 1548. §. **Uber solches**, 57. *ibi*: **daß die Stände, so nicht ausgezogen seyn wollen, sondern die Beschwerden des Reichs und Anschläge selbst tragen, von dem H. Reich nicht gedrungen, sondern bey alten Herkommen gelassen, und darüber nicht beschweret werden sollen.** Ex quo porro infertur, Actorem a prætensis exactionibus & oneribus Monasteriensibus esse exemtum atque immunem, & ipsummet suos subditos in pagis controversis collectandi facultatem habere, ut alii status Imperii in suis territoriis: quibus non tantum collectas Imperiales, sed etiam provinciales ex jure superioritatis a suis subditis requirere & exigere licet. Nam quia Principes & status Imperii collectam Imperialem per se sustinere non possunt, nec de reditibus propriis & consuetis exactionibus persolvere, **dieweil es denselben unerschwinglich oder nicht wenig beschwerlich, ihre Anschläge aus ihren Cammer-Gütern und Gefällen zu leisten**: ideo ipsis illa potestas e publico facta, ut subditos suos in auxilium collectare possint, ut est dispositum in *Recessu Imperii de Ao.* 1530. §. **Und dieweil die eilende Hülffe** 118. & *de Anno* 1544. §. **Und dieweil nun diese Hülffe** 10. & *de Anno* 1548. §. **Wiewohl nun** 95. & passim in aliis postea secutis Recessibus adhuc explicatius continetur. Sed & præter hanc Imperii contributionem, statibus vigore suorum Regalium, quæ superioritati adhærent, liberum relictum & *in Recessu de Anno* 1542. §. **Es sollen auch** 53. & *Recess. d. Ao.* 1544. §. **Es sollen auch alle** 30. expresse reservatum est, etiam in aliis casibus & necessitatibus occurrentibus subditos suos collectare. Quod & alii Recessus Imperii generaliter disponunt, **daß eine jede Obrigkeit oder Stand des Reichs ihre Unterthanen mit Steuer belegen möge**: Idque summam habet rationem, cum propter sustentationem dignitatis, quam conservari Imperii interest, tum vel maxime pro protectione, & tuitione pacis. Nam ut eleganter Tacitus *lib.* 4. *histor. Neque quies gentium sine armis, neque arma sine stipendiis, neque stipendia sine tributis haberi queunt.*

Probatis sic tribus requisitis, quasi-possessionem status Imperii ostendentibus, restat nunc quartum & ultimum, ut scilicet status bona ab vel sub Imperio immediate possideat, id est, feuda, dignitates & Regalia ab Imperatore & Imperio immediate habeat & recognoscat. Quod quidem etiam in hac nostra hypothesi optime probatum reperio per investituram Cæsaream, tanquam fundamentum, quia scil. Actor a Cæsare de Comitatu Steinfurtensi fuit investitus. Quæ sola Imperatoris investitura transfert dominium & possessionem.

Menoch. *cons.* 910. *n.* 21. *& seq. lib.* 10.
Knich. *d. jur. territ. cap.* 2. *num.* 8.
Matth. Stephan. *d. jurisdict. l.* 2. *p.* 1. *c.* 7. *num.* 123.

Sed quia instrumenta investiturarum magis ad petitorium, quam possessorium, spectant, ideo de hisce convenientius in justificatione tituli agemus, ad quam demonstrata hactenus possessione vel quasi jurisdictionis & superioritatis, indeque dependentium collectarum, nunc transitum facio.

In disquirenda igitur justificatione tituli, ceu tertio requisito propositi interdicti utilis, uti possidetis, præmittendum est, quod controversorum quatuor pagorum duo, scil. **Lahr und Holtzhausen, samt dazu gehörigen Bauerschafften, als Eyckrode, Wisch, Oldendorff, Stottendorff, Hopingen und Beerleve**, constituant **das Amt oder Oh-Gerichte Ruschau**, vel eo pertineant: uti hoc non tantum complurium testium attestationibus, sed etiam partium confessionibus clarum & indubitatum est. Jam vero constat ex Instrumento **einer Erbscheidung oder Theilungs-Vertrags**, inter Ludolphum, Dominum de Steinfurt, ejusque filium Baldevvynum A. 1355. celebrato, quod d. Ludolphus per modum divisionis vel conventionis filio suo Baldevvyno, ejusque hæredibus, de ditione sua & bonis, præter alia multa, etiam cesserit & tradiderit **die freye Graffschafft und das Oh-Gerichte zu Ruschau**, (quod in specie **zu Lahr** constitutum, jam in A. 1244. a Domino de Ahaus ad Dominum de Steinfurt, etiam Baldevvynum nominatum, translatum fuisse, indicat Rubrica in Documento sub num. Cam. 147. ibi: Transport **des Herrn von Ahauß**) cum omnibus eo pertinentibus juribus, hominibus, fundis, aquis, pascuis, reditibus, & in specie etiam **mit Beede und Schatzungen**: cum ulteriori placito, quod ditionis subditi tam nobiles, quam plebeji, patri & filio simul homagium præstare deberent. Hoc instrumentum exstat sub num. Cam. 149. & a Lectore Cameræ attestatum est, cum originali integro & illæso, de verbo ad verbum, de litera ad literam concordare. Ex quo luculenter apparet, d. **Amt Ruschau**, cum omni jure, adeoque etiam jure immunitatis, & cæteris pertinentiis, ac nominatim cum censibus & collectis, ab immemoriali & antiquissimo tempore, per cessionem & traditionem ex causa divisionis seu conventionis factam, ad dict. Baldevvynum, ejusque hæredes & successores pervenisse.

Quem titulum cessionis & traditionis ex justa causa factæ ad transferendum rerum dominium habilem esse, ex ipsis *Institut. lib.* 2. *tit.* 1. §. *Per traditionem* 40. docemur. Et huic documento ex adverso non nisi per generalia contradictum, quia ejusmodi inter patrem & filium inita conventio privata juri superioritatis Episcopi præjudicare non potuerit.

Quod uti quidem verum, si tale jus Præsules in illa ditione tunc habuissent & exercuissent, ita, quia ne hilum de hoc in Actis docetur, nec dicere sufficit, ita per talem generalem contradictionem ne minimum quidem de vi & efficacia istius Instrumenti detrahi posse, palam est.

Porro titulus iste, quem dixi, quoad Amt Ruschau, confirmatur singulari privilegio Caroli IV. (num. 1. Documentorum Rot. Bentheim.) cujus vi Imperator Ao. 1357. & sic duobus annis post dictam conventionem, præfato Baldevvino de Steinfurt, ob bene merita & ex speciali gratia ac potestatis plenitudine, hæreditarie in feudum concessit d. freye Graffschafft und Schöpffenstuhl zu Lahr, (quod est caput des Amts Ruschau) mit allen Rechten, Nutzen, Freyheiten und Gewohnheiten, die dazu gehören, in aller Masse und Weise, als andere freye Graffschafften von Römischen Kayserm oder Königen andern Edelleuten sind verliehen, so daß Er Baldewyn und seine Erben selbige freye Grafschaft und Schöpfenstuhl zu Lahr, cum omnibus juribus, emolumentis, libertatibus & consuetudinibus, ohne alle Hinderniß inne haben, behalten und pro feudo Imperii recognosciren sollen.

Non tamen credendum est, per illa verba: Freye Graffschafft: intelligi, Baldevvynum de libero Comitatu Imperii cum regalibus & superioritate fuisse investitum: nam concessio non est facta sub nomine & qualitate der hohen Landes-Ober- und Herrlichkeit, uti in feudis regalibus seu regalem dignitatem annexam habentibus, scil. Ducatus, Marchionatus, Comitatus &c. fieri consuevit, *cap. 1. quis dicatur Dux, Marchio vel Comes.* Sed illa vocabula: **Freye Graffschafft:** non aliter intelligenda & accipienda puto, quam de libero Judicio seu libera jurisdictione, von einem freyen Gericht zu Lahr über das Amt Ruschau. Quam quidem jurisdictionem Domini de Steinfurt jam ante, ut ex superioribus patet, in patrimonio suo habuerunt, & quidem cum quibusdam symbolis regalium & superioritatis, als Beede und Schatzungen, item cum jure exigendi homagium: easque insigniores species seu actus superioritatis territorialis usu s. continuata possessione adeoque usucapione sibi videntur acquisivisse. Sed per hoc privilegium Cæsareum, quod procul dubio majoris authoritatis & tuitionis gratia quæsitum, ipsis cum jurisdictione simul quoque fuisse concessa jura regalia & territorialia, neminem puto fore, qui affirmaverit: nisi dicere velimus, quoniam concessio facta est mit allen dazu gehörigen Rechten, Nutzungen, Freyheiten und Gewohnheiten, eo omnia fuisse concessa & comprehensa, quæ hactenus observata & usurpata fuerunt. Nam alias uti olim Grafen seu Comites erant Judices, & justitiæ præfecti, quemadmodum Hertzogen seu Duces militiæ: Wehn. *in observat. pract. verb.* **Grafen**, & verosimile est, Comites ab antiquo Saxonum verbo Graf, quod Judicem denotat, appellatos, uti videre est ex *Spec. Saxon. lib. 3. artic. 53. & seq.* ita per vocem Graffschafft nihil aliud hic indigitari censeo, quam Judicium seu Gericht, & sic freye Graffschafft ein freyes Gericht oder Botmäßigkeit, sine tamen Regalibus & territorii superioritate, quæ ab Imperatore cum dignitate regali feudali concedi solet: uti hoc recte ita intellectum est ab Advocato Rei in Exceptionibus numer. 55. & Replicis num. 162. Et puto, diese freye Graffschafft fuisse tale judicium, qualia multa in Westphalia ab antiquis Imperatoribus & Regibus, jam inde a Carolo M. constituta, vel concessa, confirmata, & ob abusus sæpius reformata esse, constat ex Frehero *de occultis judiciis Westphalicis*, tum etiam ex *Reformatione horum judiciorum de Ao.* 1439. apud Goldast. **in Reichssatz.** *pag.* 163. *& 2. seqq.* Item *Reformatione Friderici III. d. A.* 1442. *art.* **von dem heimlichen Gerichte.** Item *Reformat. Jud. Westphal. d. A.* 1495.

Cæterum Domini de Steinfurt jurisdictionem hanc im Amte Ruschau adeo in dominio suo habuerunt, ut etiam tribus annis post impetratum d. privilegium Cæsareum scil. Ao. 1360. Commendatori & cæteris ordinis S. Johannis zu Steinfurt, weil dieselbe dd. Dominis de Steinfurt Ludolpho & Baldevvyno 140. Marck-Pfenninge Lehns-weise vorgestreckt, privilegium exemtionis ab illa jurisdictione des Amts Ruschau, so viel des Ordens Leute und Güter darin seßhafft und gelegen, betrifft, ad tempus & tam diu concesserint, donec ipsi vel hæredes eorum redditione pecuniæ creditæ istam exemtionem jurisdictionis reluissent, & ad se retraxissent, uti hoc liquet ex transsumto sub num. 2. in Rot. Bentheim. Quam solutionem & reluitionem etiam primum Actorem, Comitem Arnoldum, tanquam dd. Ludolphi & Baldevvyni, majorum suorum, successorem, anno 1549. realiter feciisse, attestatur per apocham Commendator ordinis Wilbrand von Dincklage, vigore transsumti sub num. 3. in d. Rot. Bentheim.

Quemadmodum igitur secundum ea, quæ diximus, Domini & Comites de Steinfurt ab aliquot seculis dict. Amt und Oh-Gerichte zu Ruschau, cum omnibus juribus, commodis & pertinentiis, continuo successionis ordine in dominio suo & possessione, tam validis, ut dictum, titulis munita, habuerunt, ita quoad cæteros duos pagos litigiosos, videl. Borckhorst & Steinfurt, deponunt quidem testes 24. 25. 26. & 27. ad Interrog. speciale 24. in Rotul. Bentheim. quod & hi modo dicti pagi unter dem Gerichte Lahr gehören. Quod & quantum ad Borckhorst attinet, confirmant test. nonus & 35. ad positional. tertium, item testis quadragesimus ad positional. quintum eodem Rotul. qui dicunt,

daß

daß nebenst Holtzhausen und Lahr auch Borckhorst zu dem Amte Ruschau gehöre. Quod idem quoque dicit testis tertius ad secundum defensionalem Rotuli primi Monasteriensis. Quinimo ad defensionalem secundum secundi Rot. Monasteriensis deponit testis septimus, se audivisse a parentibus, daß alle vier Kirchspele in das Amt Ruschau sollen gehören.

Quæ, si ita sint, certe isti pagi Steinfurt und Borckhorst diverso jure censeri non possunt, quam Lahr & Holtzhausen. Sed vix est, ut istis testium dictis, præprimis quia rationem scientiæ non dant, fidem adhibere possim. Saltem quoad Borckhorst ex Actis planum & manifestum est, quod, cum antiquitus ibidem Monasterium seu Ecclesia collegiata, ein frey weltlich Stifft, fundata sit, jus advocatiæ seu protectionis istius secularis fundationis ab Archiepiscopo Magdeburgensi, qui d. Ecclesiam fundasse videtur, Dominis de Steinfurt in feudum hæreditarium fuerit concessum: id quod partes utrinque non negant, sed fatentur. Cujusmodi feuda Advocatiæ, quibus defensio Ecclesiæ aut Monasterii alicui commissa, multa olim tam ab Imperatoribus, ceu supremis Ecclesiæ Defensoribus, quam ab ipsis Prælatis Ecclesiarum in Imperio constituta fuisse novimus: ut scil. cum ecclesiasticis non conveniret, sese negotiis immiscere secularibus, & præterea sæpius illi Laicorum injuriis essent expositi, tales Advocati secularia curarent, ecclesiasque & earum bona ac jura in judicio & alias ab injuria & vi defenderent, nec non jurisdictionem exercerent.

Struv. *Syntagm. jur. feud. cap.* 4. *aphor.* 20. *num.* 1. *& seqq.*

ubi etiam sub num. 1. ex Gryphiandro de *Weichbild. Saxon.* scribit, supereſſe hinc in Thuringia das Voigtland, terram Advocatorum, quod quatuor ibi fuerint Advocati Barones.

Sed quicquid hujus sit, sive parochiæ Borckhorst & Steinfurt pertineant zum Amte Ruschau oder Goh-Gericht zu Lahr, sive non, illud saltem abunde liquet ex multorum depositionibus testium, quod omnes quatuor pagi quæstionis pertineant ad ditionem s. Comitatum Steinfurtensem: veluti hoc attestatum est ad positionalem quintum Rot. Bentheim. per testes 15. 16. 17. 21. 22. 24. 25. 26. 27. 29. 30. 36. & 41. qui omnes, excepto ultimo, sunt testes senes, respective ultra 50. 60. 70. & 80. usque ad 90. annos, quorum etiam quidam dicunt, se semper ita & non aliter audivisse, & non aliter scire, & nunquam aliter vidisse, vel a parentibus audivisse. Quales requiruntur ad probandum tempus immemoriale.

Meichsner. *tom.* 1. *libr.* 1. *decis.* 24. *numer.* 9.

Mynsing. *cent.* 1. *obs.* 30.

Et hæc testium dicta de proprietate seu pertinentiis confirmantur respective per test. 5. 10. & 12. ipsius Rei in primo Rot. Monast. ad defensionalem secundum, item testes 5. 6. & 9. ad defensionalem tertium ibid. Item test. 2. 3. & 12. ad defensionalem secundum secundi Rot. Mon. Quod & repetitur per test. 2. ad defens. 5. secundi Rot. Monast.

Et licet quæstio de dominio, uti & Instrumenta privilegiorum & Investiturarum Imperialium ad petitorium pertineant: utile tamen est in hoc nostro interdicto, quasi uti possidetis, articulare & probare dominium simul cum possessione, ad colorandum possessorium, seu ad coadjuvandum vires interdicti propositi. Quapropter etiam hujusmodi articulus de proprietate in possessorio retinendæ pertinens & relevans dicitur & admittitur, eo quod causæ principali adminiculum præstet. Titulata enim possessio nudæ possessioni præfertur, quia ex titulo magis justificatur, per notata Gail. *lib.* 1. *obs.* 81. *num.* 6. *&* 7. Quinimo in rebus incorporalibus seu juribus justificationem tituli omnino necessariam esse, ita ut absque ea possessio nullum effectum habeat, jam supra demonstratum est. Cum autem concessiones & investituræ Cæsareæ pro optimo & sufficientissimo titulo habendæ sint, ita ut in dubium nemo eas revocare possit, præsertim si habeant clausulas, ex certa scientia &c.

Klock. *t.* 1. *consil.* 10. *num.* 920. *cum seqq.*

ideo pro ulteriori justificatione tituli præcipue jam inspiciendum nobis venit Diploma seu investitura Cæsarea (sub transsumto in Rot. Bentheim. num. 9.) qua Imperator Maximilianus anno 1495. sæpius memorato Evervvyno, Comiti de Bentheim & Steinfurt, intuitu meritorum, animo bene deliberato, & bono consilio Electorum, Principum & Statuum Imperii, non tantum ditionem Steinfurtensem, una cum d. freyen Graffschafft zu Lahr, und allen andern ihren Herrlichkeiten und Zugehörungen, nichts ausgenommen, wie dann solches alles von seinen Vorfahren erblich auf ihn kommen, und Er schon vormahls von Kayserl. Majest. lieben Herrn und Vettern zu Lehen inne gehabt und gebraucht hätte, in feudum iterum concessit: Sed præterea etiam ex singulari gratia, motu proprio, certa scientia & Imperatoria vel regia potestate, eandem ditionem in Comitatum erexit: ita quidem, ut ea ditio nunc in futurum perpetuis temporibus nomine Comitatus appellari, omnibusque privilegiis, beneficiis & libertatibus, quibus alii Comitatus in Imperio, uti frui, Comesque Evervvynus inposterum Comitatum hunc Steinfurtensem, cum omnibus appertinentiis, ut supra, more & exemplo majorum suorum ab Imperio in feudum possidere & recognoscere, nec non vice & loco Imperatoris Comiti

Tecklenburgico conſueta ſolennia, & Imperio debita ſervitia præſtare inde debeat. Denique mandat Imperator omnibus & ſingulis Electoribus, Principibus eccleſiaſticis & ſecularibus &c. ne dictum Evervvynum præmemoratis gratiis, libertatibus & feudo impediant, ſed quiete uti frui ſinant &c.

Hæ literæ inveſtituræ deinceps A. 1531. ejusdem Evervvyni filio, Comiti Arnoldo, originario Actori, ratione Comitatus Steinfurtenſis, a Carolo V. Cæſare in ampliſſima forma fuere renovatæ & confirmatæ, ut cognoſcere licet ex transſumto ſub numer. 11. in Rot. Bentheim.

Cum igitur conceſſo ſic Comitatu per modum feudalis beneficii & inveſtituræ, omnis jurisdictio cum Imperio & ſuperioritate conceſſa intelligatur, concluſive ſequitur, omnia jura, regalia, jurisdictiones, pertinentias, caſtra cum territorio juſtiſſimo titulo Actori fuiſſe acquiſita.

Neque officit aut relevat, quod ex Receſſu Auguſtano de A. 1548. §. Wiewohl auch in der Ringerungs-Handlung, 66. ex adverſo objicitur, daß die Erhöhung der Grafen und Herren, ſo kürtzlich ihre Dignitäten erlangt, und dem Reich immediate nicht, ſondern andern ihren Landes-Fürſten unterworffen, auch nicht Güter ohne Mittel von oder unter dem Reich hätten, ſolchen ihren Landes-Fürſten an Dero Landes-Fürſtl. Obrigkeit keinen Abbruch und Schmälerung gebähren ſolle. Ex quo inferri vult, prædictam inveſtituram Principi Monaſterienſi, ejusque juri ſuperioritatis, quod in Comitem, ipſiusque ditionem ſ. Comitatum habuerit, præjudicari non potuiſſe. Id enim in meris falſis præſuppoſitis fundatum, ad præſentem caſum minime applicari poſſe, ex eo patet, quod d. Evervvynus nullo modo in numerum eorum cenſeri poſſit, qui recenter titulum & dignitatem Comitis adepti, aliorum Principum Landſaſſii & ſubjecti ſunt, nec bona in, ab vel ſub Imperio immediate habent; cum iſte Evervvynus non tum primum A. 1495. Comes creatus, ſed ex antiquiſſimo Comitum Bentheimenſium ſtemmate ortus, jam ante in Comitum cenſu, imo etiam pro Comite Steinfurtenſi habitus, id tantum ab Imperatore obtinuerit, ut ipſius ditio Steinfurtana, quæ & ipſa jam ante immediate ab Imperio dependit, & a majoribus ſuis huc usque in feudum recognita fuit, novo Comitatus charactere fuerit condecorata: ita ut per hanc erectionem Comiti non novum jus quæſitum, ſed quod jam antea ipſe & majores ſui habuerunt, de novo confirmatum fuerit: uti hoc ex ipſo diplomate Cæſareo ad oculum videre eſt: ibi: daß uns der Edel, Unſer und des Reichs lieber getreuer Everwyn, Graf zu Bentheim und Steinfurt, hat vorbracht: & porro, die vorbeſtimmte Herrſchafft Steinfurt zu einer Graffſchafft erhebet ꝛc. Und wollen, daß die berührte Herrſchafft Steinfurt nun hinführo in ewigen Zeiten eine Graffſchafft heiſſen und ſeyn, auch derſelbe Graf Everwyn gemeldte Graffſchafft Steinfurt und freye Graffſchafft zu Lahr, mit den obbeſtimmten ihren Herrlichkeiten, Vögteyen, Rechten, Renten, Zinſen, Nutzen, Gülten, Lehnmannſchafften, Gerichten, Waſſern, Wäldern, Weyden und Zugehörungen, von Uns und dem Heil. Reich in Lehns-Weiſe inne haben, nutzen und nieſſen ſolle, wie ſeine Vorfahren und Er die bishero inne gehabt und genoſſen haben, von allermäniglich unverhindert. Quemadmodum etiam Dominos de Steinfurt jam ante hanc erectionem pro immediatis Imperii ſtatibus habitos eſſe, ex matriculis & vocatione ad Comitia und zu dem Rom-Zug, tanquam potiſſimis requiſitis, jam ſupra oſtenſum eſt. Neque etiam quicquam Actori obeſt, vel adverſario prodeſt conſuera clauſula reſervatoria (ſalvo Imperii & cujuscunque jure) d. Inveſtituræ Inſtrumento inſerta, quam Advocatus Rei urget. Nam uti hoc per ſe æquum, & imperantium majeſtati, ſplendori, honeſtati & juſtitiæ quam maxime convenit, ne per ejusmodi conceſſiones jus tertii lædatur, ita Præſules Monaſterienſes vel ante vel poſt d. inveſtituram jus aliquod ſuperioritatis & collectandi in Dominos & Comites Steinfurtenſes, eorumque ditionem vel Comitatum & nominatim in pagos controverſos, ad eum pertinentes, vere & juſte habuiſſe & poſſediſſe, probatum mihi non videtur, uti in ſequenti quæſtione plenius videbitur.

E contra vero cum ſuperius recenſita tria requiſita propoſiti interdicti utilis, uti poſſidetis, ſecundum deducta plene hic adeſſe reperiantur, actionem ſufficienter & abunde probatam eſſe, haud dubitaverim.

Quæſtio III.

An Actio eliſa?

QUandoquidem ſæpe accidit, ut, licet ipſa perſecutio, qua actor experitur, juſta ſit, tamen iniqua ſit adverſus eum, cum quo agitur, ut ait Imperator in *princ. Inſtitut. de except.* ideo probata intentione actoris, proximum nunc erit, exceptiones Rei, ad ipſius defenſionem comparatas, perſcrutari, ne Principi Imperii hoc præcidamus, quod cuicunque homini non civili modo, ſed & gentium & naturali, imo divino jure debetur. Variis autem & quamplurimis Reus noſter utitur rationi-

bus

bus & argumentis, partim in ſuis Cauſalibus, articulirten Urſachen, (num. Cam. 7.) ſeu defenſionalibus, partim etiam in aliis Productis propoſitis, quorum quædam ad excludendam actionem ſuper fracta pace, ejusque pœnam, alia ad conſervationem & manutenentiam prætenſi juris ſuperioritatis, & potiſſimum collectandi, ejusque poſſeſſionis vel quaſi in pagis controverſis, imo ad eximendum plane Actorem ab immediata jurisdictione & collectis Imperii, Reoque ſubjiciendum tendunt.

Sed quoad evitandam pœnam ruptæ pacis, non eſt, quod in rationum deſuper adductarum examinatione multum ſudemus. Nam quemadmodum accuſatione inſtituta ex conſtitutione pacis publicæ adverſus violatorem, mortuo vel accuſatore vel reo, perit inſtantia, quoad pœnam banni corporalem & bonorum amiſſionem: & ſaltem quatenus ad pœnam pecuniariam, quæ ex dicta Conſtitutione transgreſſori imponitur, & reſtitutionem ablatorum & damnorum inſtituta fuit, (quorum primum hic factum non eſt, & alterum infra circa punctum paritionis ventilabitur) in defuncti hæredes tranſit: ita pari ratione pœna privationis, quoad eccleſiaſticas perſonas, in earum ſucceſſores locum habere non poteſt, & per conſequens modernus Reverendiſſimus Princeps Reus a petita privationis pœna abſolvendus erit, poſtquam per mortem ipſius violatoris Epiſcopi Franciſci inſtantia eo reſpectu dudum exſtincta eſt. Qui quidem caſus cum in ordinatione ſit omiſſus, diſpoſitioni juris communis relinquitur: quo pœnalis illa actio non tranſit in hæredes vel ſucceſſores, ſive ante ſive poſt litem conteſtatam, quia eſt ex publico delicto, per text. in §. *Non autem omnes*, ibique DD. *Inſt. de perpet. & temp. act.*

Add. Mynſing. *cent.* 1. *obſ.* 98. *& cent.* 4. *obſ.* 35.

Ut taceam, quod etiam alias hodie poſt *Receſſum Imperii Ratisbonenſem de anno* 1654. poteſtas Cameræ Imperialis, ſtatum Imperii in bannum vel privationem declarandi, ſi non in effectu ſuſpenſa, ſaltem valde reſtricta appareat, poſteaquam in d. *Receſſu* §. **In Fällen und Sachen** 162. proviſum, quod de modo & ordine, unum vel alterum ſtatum in bannum declarandi, in futuris Comitiis demum agi & ſtatui debeat: quod hactenus factum non eſt.

Add. *Capitul. moderni glorioſiſſimi Imperat.* §. **Wir ſollen und wollen auch** 28.

Miſſa igitur de his ulteriori diſquiſitione, tanquam inani & ſupervacanea, ad reliquas Rei defenſiones progrediendum, & videndum, an per eas altera actio ſubſidiaria, ſive utilis in factum, quæ hodierno tempore datur loco propoſiti interdicti utilis, per §. *ult. Inſtit. de interd.* eliſa ſit? Et primum quidem Rei fundamentum in eo conſiſtit, quod pagi quæſtionis ſint ſiti in territorio Monaſterienſi, & in ſpecie ſub præfectura Horſtmarienſi, propterea que Epiſcopatui ſubjecti: cum juxta deducta in ſecundis Replicis Monaſterienſibus num. 162. explorati juris ſit, ut, quicquid in territorio alicujus ſitum eſt, ad dominum territorii, quoad jurisdictionem & ſuperioritatem, ſpectare cenſeatur. Et hoc adeo verum eſſe, ut, quando comprehenduntur caſtra intra fines ipſius territorii vel principatus, alicui in feudum conceſſi, ſufficienter probetur, iſta caſtra eſſe de eodem principatu vel territorio. Sed ad hoc reſpondetur primo, quod de hoc ſitu locorum teſtes ad defenſionales 2. 3. & 4. primi & ſecundi Rotuli Monaſt. diverſimode deponant.

Deinde dato, omnes omnino pagos, imo totum Comitatum (uti teſtes 2. & 10. ad defenſion. tertium ſecundi Rot. Monaſt. & adhuc magis explicatius teſtis 12. ad defenſionalem quintum primi Rot. Monaſt. atteſtantur) in territorio Epiſcopatus eſſe conſtitutum, inde tamen ſtatim non ſequitur, eſſe quoque Epiſcopatui ſubditum. Nam licet territorialis ſuperioritas regulariter in omnes territorio incluſos competat, per tradita Andr. Knich. *de jur. territ. t.* 3. *num.* 89. *& ſeqq.* poteſt tamen in territorio eſſe locus exemtus, & caſtrum cum territorio ſuo etiam in alterius provincia ſitum, ad alium dominum pertinere, & per ſe territorium facere, ſeparatum a provincia.

Meichsner. *tom.* 2. *lib.* 1. *deciſ.* 8. *in cauſa* **Hirnheim** *contra* **Pfalz**, *num.* 43. item *tom.* 3. *deciſ.* 6. *num.* 65.

Hocque reſpectu locus aliquis quidem eſſe poteſt in territorio, non tamen de territorio: cum hæc diſtincta ſint: in eines Fürſten Land und Obrigkeit, und unter eines Fürſten Land und Obrigkeit ſitzen.

Vietor. *de exemt. concluſ.* 27.
Reinking. *de reg. ſec. & eccl. lib.* 1. *claſſ.* 5. *cap.* 1. *n.* 73. *& ſeqq.*

Quam tritam JCtorum diſtinctionem etiam Advocatus Actoris in der auferlegten Handlung, ſub num. 142. recte allegat.

Prius enim ſubjectionem infert, alterum non item: cum paria ſint, eſſe extra territorium, & eſſe in territorio, ſed exemtum, id eſt, habere proprium ac ſeparatum territorium in alieno territorio.

Klock. *de contribut. c.* 20. *num.* 308.

Ejusque rei multa ac pene innumerabilia præjudicia in hac Camera Imperiali exſtare, teſtatur

Meichsner. *deciſ. Cam. tom.* 2. *lib.* 1. *deciſ.* 6. *in cauſa* **Teutſchmeiſters** *contra* **Oettingen.**

ubi ſub *num.* 99. in terminis ita ſcribit: Inſolitum non eſt, quod quis caſtrum cum peculiari territorio intra Provinciam alterius

rius habeat, & sic ad alium, quam Provinciæ Dominum cum omni sua jurisdictione pertineat: sic quod unum castrum sit in territorio Januensium, non tamen de territorio Januensium: sicut loca exempta sunt in Diœcesi, non tamen de Diœcesi, per autores ibi allegatos.

Et insuper notorium est, multos Imperii Comites, Prælatos & Nobiles immediatos passim Principum oris velut palis circumseptos esse, in quos tamen nihil juris habent.

Knich. *d. tract. c. 4. num. 73.*
Mynsing. *cons. 16. num. 42.*

Quinimo tales ne quidem in territorio aliorum Principum proprie habitare dicendi sunt, cum quilibet immediatus sive liber & exemtus etiam in territorio alterius Principis sibi singulariter, quoad suos subditos & possessiones, territorium constituat.

Bidemb. *quæst. nob. 1. num. 7. & seqq.*
Mager. *de Advocat. armat. c. 6. num. 105. & seqq.*

ubi tantum de Nobilibus immediatis loquitur, quod, cum hi exemti sint, & non minorem, quam Status Imperii, jurisdictionis & potestatis in liberis suis castris & pagis eminentiam habeant, liberi quoque existant ab onere territorialis jurisdictionis Principum, in quorum ditionibus castra pagosque possident. Et proinde a fortiori, si Comes & Status aliquis Imperii territorium in ditione alterius Principis habeat, idem quoque multo magis statuendum est. Esse vero Comitem Actorem taliter, ut dixi, exemtum, & Comitatum suum cum pagis controversis eo pertinentibus, quamvis in Diœcesi Monasterienst situm, cum omnimoda jurisdictione & superioritate ab Imperatore & Imperio in feudum possidere, in proxime præcedenti quæstione satis superque demonstratum apparet.

Quapropter etiam bene mihi testati visi sunt supra citati testes 2. & 10. ipsius Rei ad defensionalem tertium secundi Rotuli Monast. dum asserunt: daß sie im Stifft Münster liegen, wie Steinfurt auch, aber es sey eine eigene Herrlichkeit. Quibus adstipulatur testis 6. ad d. defensionalem tertium primi Rot. Monast. qui dicit: Was um das Amt Ruschau herliegt, sey Münsterisch, doch sey Steinfurt eine eigene Grafschafft vor sich.

Secundo subjectionem d. pagorum probare nititur Reus ex alio erroneo præsupposito fundamento, quod ex priori fluit, nimirum ex jure superioritatis territorialis, der hohen Ober- und Herrlichkeit, quam vigore defensionalis quinti, Diœcesi ejusque Episcopo ultra hominum memoriam illic locorum, in dem Amte Horstmar sitorum, competiisse, & adhuc competere prætenditur. Hunc articulum quintum ex triginta & sex testibus simpliciter affirmare ausus est primus 75. annorum, homo vilis & tenuioris fortunæ, nemlich ein Schumacher zu Billerbeeck, 100. fl. reich, & quodammodo etiam septimus & octavus, cæteris omnibus vel nescientibus, vel aliter & partim contrarium deponentibus. Sed illius primi quidem testis depositio vel ex eo annullatur, quia ratio affirmationi suæ addita, weil die Münsterischen Amtleute zu Horstmar über die Dörffer quæstionis richteten, und dar die Schatzung einhoben, est aperte falsa. Quantum enim hoc a vero recedat, & quod contrarium verum sit, ex superioribus abundantissime liquet. Testem vero, qui rationem dicti sui dat manifeste falsam, nihil omnino probare, notius est, quam ut aliqua allegatione indigeat. Septimus testis 80. annorum sibi ipsi non constat, sed contradicere sibi videtur, & ob id nec ejus attestatio fidem meretur. Octavus testis 50. annorum dicit quidem, se a teneris audivisse, daß die hohe und Ober-Herrlichkeit über die Dörffer quæstionis dem Stifft und dessen Bischoff zuständig sey, und habe nie anders gehöret. Sed quia dict. artic. quintus de probanda temporis immemorialis præscriptione videtur agere, juxta communem DD. traditionem, ad probandum tempus, cujus initii memoria non exstat in contrarium, sequentia requiruntur: primo, quod testes sint ad minimum 54. annor. & de 40. annis testificentur. Deinde, quod testes necessario dicant, communem opinionem esse, quod de contrario usu non existat memoria. Tertio, quod testes ita semper viderint, & audiverint a suis majoribus. Quarto, quod nunquam fuerit observatum contrarium.

Mynsing. *cent. 1. obs. 30.* per multa allegata ibid.

ubi inter alia ex Chassanæo *in consuet. Burgund.* dicit, quod prædicta sint necessario articulanda per Advocatos, alias reperient se deceptos in probatione.

Hæc vero requisita cum in nullo omnium testium utriusque Rotuli concurrant, imo per tota Acta ne articulata aut deducta quidem, nedum probata reperiantur, ideoque vel hinc, si etiam cætera omnia paria essent, præscriptio immemorialis jurisdictionis territorialis minime probata dici potest: idque eo minus, quia e diverso antiquissimam possessionem jurisdictionis & superioritatis in d. pagis, validissimis etiam titulis suffultam, penes Actorem semper fuisse, ex superioribus luce meridiana clarius apparet: nisi si qua ab Episcopo, ejusque præfectis zu Horstmar in ea jurisdictione turbatus fuit, uti productus a Reo testis quartus, Comitis Secretarius, contra ipsum producentem testatur ad d. defensionalem quintum. Quæ turbatio uti Reo possessionem nullo modo tribuere potest, ita allegatam præscriptionem etiam ex defectu justæ possessionis,

nis, tanquam essentialis requisiti (tantum enim dicitur præscriptum, quantum fuit possessum) eidem Reo ad elidendam actionem nihil omnino proficere posse, certum est: considerato amplius, quod, sicut duo in solidum non possunt esse ejusdem rei domini, ita nec duo eandem rem in solidum possidere possint, *l. si, ut certo 5. §. si duobus. ff. commodat.* cum contra naturam videatur esse, ut, cum ego aliquid teneam, tu quoque tenere videaris, & ubi ego sedeo, tu quoque sedeas, nisi me amoto. *L. 3. §. ex contrario ff. d. acquir. poss.* Præterea cogniti juris est, quod is, qui jus aliquod incorporale, veluti jurisdictionem & superioritatem, per præscriptionem immemorialem sibi acquisitam esse dicit, nisi invasor & turbator esse velit, probare debeat, non tantum quod illam jurisdictionem jure suo, sciente & patiente adversario, per tempus immemoriale possederit, sed etiam jurisdictionis titulum & causam legitimam, & denique bonam fidem, eamque ab initio cœptæ præscriptionis adfuisse, demonstrare teneatur. Quæ requisita latissime prosequitur

Mascard. *de probat. vol. 3. conclus. 12. numer. 4.*

Cothmann. *cons. 47. vol. 3. num. 124. & vol. 4. cons. 1. num. 161.*

Hæc vero requisita similiter adeo non probata a Reo sunt, ut ne quidem deducta in Actis inveniantur, nec unquam probari posse, ex præcedentibus per se patet.

Quamvis igitur hoc præsuppositum fundamentum territorii & superioritatis, ex quo subjectionis onera, alias solis subditis perferenda, in controversis pagis Reus prætendit, plane erroneis & non probatis principiis ex hactenus deductis nitatur, ita ut eis inædificata tota structura corruat, necesse sit, specialius tamen perlustranda & examinanda nobis veniunt cætera, quæ pro asserenda superioritate & subjectione afferuntur, argumenta. Et tertio quidem in defensionali sexto & septimo adducuntur præstationes operarum, quod scil. homines Clericorum & Conventuum seu cœnobiorum in d. pagis ultra hominum memoriam servitia corporis & vehiculorum, Leib- und Wagen-Dienste, ut alii Diœceseos subditi sine impedimento vel contradictione cujuscunque præstiterint, & adhuc præstent auf dem Hause Horstmar.

Ad quos quidem articulos, uti & Interrogatorium speciale 22. Rot. Benth. depositiones testium sunt valde variantes & discrepantes. Id tamen plurimorum testimoniis evincitur, quod prædicta servitia aus den Kirchspeln Borckhorst und Steinfurt nicht nach Horstmar, sed Steinfurti præstita fuerint.

De cætero si rem penitius inspiciamus, latet anguis in herba. Nam illi ipsi testes, qui inter alios dict. defensionalem 6. & 7. vel in totum, vel pro parte de se ipsis & aliis affirmant, veluti 2. 8. 9. 10. & 11. evidenter se desuper explicant ad Interrogat. generale quartum & respective quintum primi Roruli Monasterienſis, quod nimirum sint ita dicti Pauels Freyen, & qua tales sub protectione Episcopi, in cujus recognitionem vel recompensationem Sie dem Bischoff zweymahl des Jahrs auf dem Hause Horstmar dienen, sonsten seyen sie Unterſassen des Grafen zu Bentheim und Steinfurt, und demselben botmäßig. Ex quo luculenter apparet, quod hi homines pro d. patrocinio & clientela Episcopo serviant. Tristissimum vero & decantatissimum axioma est, tale jus patronatus aut protectionis nullam patrono seu protectori in clientes suos tribuere jurisdictionem, sed clientes in tutelam & protectionem patroni receptos, sub jurisdictione ordinaria sui magistratus manere, cui in omnibus, ut antea, parere debent.

Gail. *l. 2. observ. 54. num. 1. & 3.*

Ex quo porro sequitur, quod hi testes, præsertim cum expresse, ut dictum, deponant, se Comitis jurisdictioni esse subditos, magis contra, quam pro producente probent. Testes autem, quando contra producentem deponunt, plenissime probant, adeo ut non obstante inhabilitate (quæ tamen hic non adest) nihilominus integram fidem faciant, *l. si quis testibus. Cod. de test.*

Deinde advertendum, quod testis 9. des Producentis Hauß-Vogt zu Horstmar ad dict. Interrogat. speciale 22. deponat, die Closter-Leute und sonst eigenhörige des Fürsten wären zu den Diensten verpflichtet. Quem sequuntur testes 10. 40. & 11. ad dict. Interrogatorium, qui postremus tantum dicit von den Closter-Leuten im Gerichte Sandwell.

Ex quibus depositionibus infertur, ista munera personalia sordida & viliora, Leib- und Wagen-Dienste, ad quæ Clericorum vel Monasteriorum, & ipsius etiam Episcopi homines proprii adstricti sunt, Reo non magis simplicem jurisdictionem, nedum territorialem, in pagos litigiosos præbere, quam privatis, qui simile vel etiam absolutum jus operarum in suos homines proprios habent, vel in aliorum sive clericorum, sive laicorum homines proprios certas & determinatas operas forte singulari privilegio vel ex pacto & præscriptione in alterius territorio sibi acquisiverunt.

Pari fere modo se habet, quod quarto ad fundandam intentionem de quibusdam aliis præstationibus specialibus in defensionali octavo opponitur, quod nimirum ex

pagis Borckhorst und Steinfurt Goh-Gräfen-Haber, Hüner und Vogt- oder Pfacht-Schweine, auf Horstmar zu gebührlichen Zeiten geliefert werden. Nam præterquam quod articulus non de omnibus pagis controversis, sed saltem de Borckhorst und Steinfurt loquitur, si dicta testium ad istum articulum octavum, ut & Interrogat. speciale decimum Rotul. Bentheim. quodammodo discrepantia, recte perpenderimus & conciliaverimus, satis inde clarescit, istas præstationes tantum fieri a quibusdam, & quidem partim von der Geistlichen und Clöstern ihren eigenhörigen Leuten, partim etiam von des Bischoffs Eigenhörigen oder Zinß-Leuten. Ad cujusmodi præstationes vel census etiam privatorum homines proprios vel censuarios ipsis tanquam ihren Eigenthums- oder Zinß-Herren obstrictos esse, tam notum est, quam quod notissimum. Prout etiam testis 22. ad dict. artic. defensional. octavum secundi Rot. Monast. notanter dicit: in ihrem Kirchspel (nemlich Borckhorst) seyn etliche, die geben den articulirten Habern, so müsten sie auch dem Dechanten zu Münster Habern oder Gersten geben. Quis vero diceret, Decano propterea jus territoriale in istum pagum competere? De Reo nostro ex paritate rationis idem judicium. Et quis unquam in Imperio audivit, quod alicui Præsuli vel alii Statui, cui ejusmodi certi reditus, census, decimæ, pensiones, operæ & similia jura ex alterius status ditionibus debentur, ob id illorum districtuum superioritas competat? Futilia sunt, & ad speciem composita, ut pleraque alia, ideoque vix responsione digna.

Quintum defensionis Rei argumentum vi articuli defensional. noni & decimi, ex eo desumitur, quod edicta & mandata Episcopalia a tempore immemoriali per Præfectos Horstmarienses Pastoribus locorum litigiosorum ad publicandum fuerint transmissa, ibidemque, ut in aliis templis des Amts Horstmar, publicata. Sed respondetur, has proclamationes quandoque precario & ex speciali concessione Comitis fuisse factas, quamdiu Episcopus & Comes amici inter se & concordes fuere, & quando talia mandata nihil in se continuerunt, quod Comitis juri præjudicaret. Cum vero ab anno 1534. Præsul Franciscus (cujus tempore antiquas turbationes & querelas, postquam ultra 138. annos, nimirum ab ultima transactione, anno 1396. inter Episcopum Ottonem & Ludolphum, Dominum de Steinfurt, celebrata, quieverant, iterum recruduisse, ex diligenter perpensis Actis satis colligitur) post feliciter peractum obsidium Civitatis Monasterienſis, ejus urbis potitus, altiora in pagis controversis prætendere, & non contentus particularibus suis juribus operarum & præstationum seu censuum, etiam jurisdictionalia attentare, & inter alia ejusmodi edicta seu mandata & proclamata cum de aliis rebus, tum etiam de solvendis collectis, Comiti valde præjudicialibus, proprio jure & autoritate sibi arrogare cœpit, a Comite in continenti fuere revocata, & contrarium edictum, uti hoc ex quamplurimorum testium collatis depositionibus clare evincitur & concluditur, videlicet 2. 4. 5. 6. 9. & 11. ad dict. articulum defensionalem nonum & decimum in primo Rotulo Monasterienſi. Item per testes 2. 3. 4. 5. 7. 8. 9. 12. 14. 15. 18. & 19. ad eundem defensionalem nonum secundi Rotuli Monasterienſis. Item per testes 1. 5. & 21. ad dict. defensionalem decimum ibidem. Item per testes 3. 4. 11. 12. 15. 16. 17. 20. 21. 24. 25. 28. 36. 39. 40. 42. 43. & 44. ad Interrogatorium speciale 23. Rotuli Bentheimensis. Et singulariter notandum, quod testis 7. ad dict. articulum defensionalem nonum in secundo Rotulo dicit: Die Abkündigung sey der Schatzung halber wohl geschehen, seit der Belägerung von Münster aber sey ihnen alsobald dasselbe von wegen des Grafen wieder verboten. Cum quo se conformat testis 19. ibid. qui ait: Wann seit der Münsterischen Belägerung in ihrem Kirchspel die Schatzung abgekündiget sey, so haben es die Steinfurtische wieder abkündigen lassen. Quod & testis 14. ibidem indigitare voluit, dum dicit: Wann man Schatz habe geben sollen, so sey die Verkündigung geschehen, aber etliche Jahren her haben die Steinfurtische solches wiederruffen lassen, sich an die Verkündigung nicht zu kehren. Et testis 11. primi Rotuli, affirmando dict. defensionalem nonum, pro ratione dicit: Er habe das Verkündigen gehöret, die Schatzung habe der Bischof auch dar verkünden lassen, aber eine Zeit her habe der Graf die Schatzung wieder aufkündigen lassen, allein in vorigen Zeiten nicht, da pflegten sich der Bischoff und Graf wohl zusammen zu vertragen.

Quibus testium dictis pro majori robore addantur multorum testium enunciata ad Interrogatorium speciale quartum Rotuli Bentheimensis. Quorum decimus quartus deponit, daß die Verkündigung der Schatzung von den Cantzeln vor der Münsterischen Belägerung nie geschehen, aber nach derselben, jedoch habe es Producens Comes wieder verbieten lassen. Et quadragesimus tertius ibidem indicat, daß Comes die Publication wohl einige mahlen verstattet, zuweilen auch verbieten lassen.

Ex quorum omnium conjunctis & comparatis attestationibus evidenter concludendum, Comitem quidem ex vicinitate, amicitia & familiaritate per modum precarii prædictas proclamationes nonnunquam permisisse, sed postquam Episcopus easdem in maximum Comitis præjudicium in jus trahere, & potestate propria sumere sibi

sibi attentavit (uti hoc etiam apparet ex responsione Actoris ad d. defens. 10.) rupta amicitia mandata Episcopalia, quæ antea precario concessa, revocasse, eorumque paritionem subditis suis pro conservando jure territoriali, ejusque quasi-possessione, rectissime prohibuisse. Ex quo porro infertur, ejusmodi concessionem precariam Episcopo nullum proprium jus aut possessionem attribuere posse: Sed omnia ea, quæ sine Comitis permissu, propria autoritate noviter usurpavit, pro meris actibus violentis & turbativis habenda, nec ad inducendam præscriptionem temporis immemorialis quicquam proficere posse, cum nec justus titulus, nec legitima possessio vel quasi, neque etiam adversarii patientia, quæ in juribus incorporalibus loco traditionis habetur, per *l. quoties ff. de servitut. & l. 2. Cod. eod.* hic adsint, & nunquam probari possint: uti hæc omnia in præcedentibus latius suis locis intelleximus. Accedit, quod, cum etiam non probatum sit, edictis & mandatis Rei subditos quæstionis obediisse, non possit quoque subjectio & superioritatis recognitio exinde probata dici: quoniam præceptum solum sine probata obedientia ei præstita, nihil relevat: uti ex Baldo & Matth. de Afflict. refert

Reinck. *d. tract. de reg. sec. lib. 1. class. 5. cap. 4. num. 116.*

E contra vero, cum d. subditi contrariis Comitis mandatis & inhibitionibus, ex jure territorii profluentibus, obsecuti sint, eo ipso superioritatis agnitionem & quasi-possessionem pro Actore probatam esse, in quæstione proxime superiori jam cognovimus.

Sexto objicitur in defensionali 12. & 13. quod jurisdictio, das Goh-Gericht litigiosorum pagorum, antiquitus ab Episcopo quodam Monasterienſi, cuidam Domino de Steinfurt, ex Comitis majoribus jure pignoris fuerit obligata, & per consequens (uti in defensionali 14. infertur) dominium seu superioritas eorum locorum ad Reum pertineat: eo quod jura superioritatis, quæ sunt de essentia Principis, eique medullitus adhærent, non sint venalia, neque abdicabilia, per allegata in secundis Replicis num. 162. Hos articulos 12. & 13. probare conatur Reus partim testibus, partim etiam, quoad pagos Steinfurt & Borckhorst, Extractu quodam eines alten Buchs ex Archivo Monasterienſi, 27. Jan. 1563. sub lit. A. & num. Cam. 60. producto, & a Lectore Cameræ auscultato. Quoad dicta testium testantur quidem complures ad d. articulos 12. & 13. in Rot. Monast. uti & Interrogat. speciale undecimum Rot. Bentheim. de fama, & quod ita a parentibus & aliis senibus audiverint.

Deinde, quod in specie das Amt Ruschau attinet, deponit test. 36. ad Interrog. spec. duodecimum in Rotul. Bentheim. daß in Vorzeiten die Herren zu Steinfurt den Johannitern daselbst, zu Behuf ihrer der Johanniter eigenhörigen Leute, im Amte Ruschau gesessen, alle Brüchen, so dictis Dominis Steinfurtensibus durch ihre Goh-Gräfen zu strafen zukommen, versetzet und verkaufft, und daß ihnen, den Johannitern, von den Herrn zu Steinfurt, ein Hof verpfandet gewesen, im Fall das Amt Ruschau von den Münsterischen eingelöset würde, um sich daran zu erholen. Et testis 33. dicit ad Interrogatorium Additionale primum Rot. Bentheim. Er habe auscultirte Copeyen gesehen, und daraus so viel vernommen, daß die verpfandete Güter (nemlich das Amt Ruschau, de quo Interrogatorium loquitur) lößbar seyn.

Sed quam falsa, confictaque & erronea omnia sint, ex sequenti veritatis luce patebit. Nam primo, quantum ad Amt Ruschau, bene attendendum, quod Advocatus Rei in d. Replicis sub num. 162. fol. 3. asserit, sed nihil de eo producere ausus est, daß Lahr und Holtzhausen, samt dazu gehörigen Bauerschafften, (in quibus pagis das Amt Ruschau consistere, jam supra audivimus, & in suprad. defensionali 14. expresse id articulatur) von Bischoffen Wallraffen von Möers im Jahr 1452. auf Sonntag Esto mihi für 2000. Goldfl. Herrn Everwyn zu Steinfurt, jedoch sub clausula (salvo jure superioritatis & reluitionis) sey versetzet und verpfändet worden. Jam vero aperte constat ex instrumento sub numer. Camer. 149. (quod est omni exceptione majus, utpote autoritate & sigillis magnorum testium munitum, & a Lectore Cameræ cum originali integro & illæso collatum, cujusque adeo fidem ipse Rei Procurator impugnare non ausus est) quod jam anno 1355. Ludolphus, Dominus de Steinfurt, filio suo Baldevvyno, ejusque hæredibus, per modum divisionis seu transactionis, de ditione Steinfurtana inter alia cesserit & tradiderit die Frey-Grafschafft und das Goh-Gericht zu Ruschau, cum omni jure & pertinentiis: quemadmodum hoc supra plenius deductum. Quomodo ergo illud Amt Ruschau Anno 1452. a Prælato Monasterienſi cuidam Evervvyno, Domino de Steinfurt, potest dici oppignoratum fuisse, quod d. Ludolphus jam in priori seculo ante centum fere annos in dominio suo & patrimonio habuit? Quod uti rectæ rationi repugnat, & natura impossibile, ita ex propria adversarii assertione & confessione, tanquam probationum omnium liquidissima, per *l. generaliter C. de non num. pec.* splendida hæc figmenta & defensionalium, quoad Amt Ruschau, falsitas evidentissime dereguntur. Et evenit hic Advocato Rei, ut communiter omnibus, malam causam defendentibus, qui, dum explicare se quovis modo laborant, adhuc magis semetipsos involvunt & irretiunt, propriamque turpitudinem produnt.

Deinde non minus falsum est, quod d. testis ad Interrogat. spec. duodecimum nimis audacter & imperite testificatur. Id enim ex ipso Recessu seu documento der Verschreibung in Rot. Bentheim. sub transsumto num. 2. refutatur, in quo nulla talis facta mentio, uti hic testis deponit. Et quod cæterorum effata testium concernit, cum non tantum non verisimilia, sed manifeste falsa effutiant, ejusque falsitatis inter alia per suprad. Instrumentum Num. Cam. 149. uti & transsumta in Rot. Bentheim. sub d. num. 2. de A. 1360. item sub num. 3. de A. 1549. nec non per contrarias multorum testium de dominio Actoris factas & supra adductas depositiones pleniſſime convincantur, ideo nullam eos in hoc fidem mereri plus quam notum est. Ut taceam, quod alias etiam in antiquis magis credatur instrumentis, quam testibus, etiam deponentibus de fama, quibus instrumentis antiquis lex veritatis adsistit.

Asin. *in praxi judic. part. 2. cap.* 127. *n.* 3. Wesenb. *cons.* 27. *num.* 4.

Et instrumentariam probationem in antiquis præponderare cuicunque alteri probationi, præstareque testibus, qui corrumpi, aut falli possunt, communiter Dd. concludunt. Estque hæc probationis forma optima & expeditissima probatio probata, & non probanda, & ad oculum apparens veritas.

Wesenb. *cons.* 12. *num.* 35.

Nec aliter fere se res habet cum reliquis duobus pagis Steinfurt und Borckhorst, qui ad tribunal Sandwell olim spectasse, ab eoque Domino cuidam de Steinfurt pignorati fuisse prætenduntur: Nam quod pro coloranda probatione dominii istorum pagorum ex suprad. altem Buch conquisitum & sub lit. A. extractum est, quodque pro re judicata venditari vult, id majori jure confusum & obscurum chaos, quam sententia judicialis appellari meretur, & non male illud scriptum ab Advocato partis adversæ eine Bauren-Umfrage vocatur, id quod vel ex rudi ejusdem forma satis apparet. Qualem informem scripturam nihil omnino probare, nedum vim sententiæ judicialis, qua inter cæteros ibi nominatos pagos etiam Steinfurt und Borckhorst Episcopo Monasterienſi jure adjudicati dici queant, obtinere posse, sequentibus moveor rationibus: primo, quod neque ex principio ejus scripti, nec fine ullus certus autor, vel nomen scribentis appareat, sed tantum in Rubrica dicatur: scriptum esse Ao. 1395. tempore Ottonis de Hoya, Episcopi Monasterienſis. Secundo, quia in ipso nigro vel textu nulla fit mentio partium, inter quas, nec Judicii, in quo prætensa ista sententia fuerit lata, nec etiam ulla desuper Acta producta, sed saltem simpliciter ibi narretur: Meinem Herrn von Münster (ne quidem addito nomine Episcopi) sind zugewiesen und genennet 15. Kirchspeln mit Urthel und Recht, die Zugehörungen seyn des Stuhls zum Sandwell, & quidem tertio sine ulla explicata obligatione, vel causa obligationis: & quarto cum assensu & obsequio, mit Zustimmung und Folgung der Mannen und Dienstmannen, id est, ut ego arbitror, hominum ligiorum & jurisdictionalium ipsius Episcopi, und ferner der gemeinen herumgesessenen, nemlich Bauren: quasi vero illi homines ihrem Herrn von Münster potuerint rem alienam, nimirum d. pagos Steinfurt und Borckhorst, in dominio & possessione Domini de Steinfurt ab antiquo existentes, ipso nunquam (ut infra explicatius) ad id citato vel audito, adscribere vel adjudicare: ita ut exinde nihil aliud præsumi vel colligi possit, quam istos homines rusticos, si talia ab ipsis facta sunt, a Domino suo sive Episcopo von Münster ad id expressim convocatos, ad captandam quidem ejus gratiam, sed in perniciem absentis & ignorantis veri pagorum Domini possessoris, per insanabilem nullitatem ea fecisse. Quinto, inter istos pagos seu parochias, quæ ad Judicium Sandwell pertinere dicuntur, recensentur non tantum dicti pagi Steinfurt und Borckhorst, sed etiam primo loco das Kirchspel Oen: cum tamen hæc parochia, tanquam antiquissimum pertinens Comitatus Bentheimensis, ab ejusdem Comite in hunc usque diem notorie, wie Land-kündig, possideatur. Quoad Steinfurt und Borckhorst aber, saltem verisimiliter patet ex Adjuncto sub num. 24. die 27. Septemb. 1693. cum Duplicis producto, & ex Archivo Steinfurtensi deprompto, quod modo dicti pagi jam longe ante d. annum 1395. quinimo antequam das Gericht Sandwell an das Stifft Münster pervenerit, a Dominis de Steinfurt jure successionis hæreditario, & sic justissimo titulo fuerint possessi. Deinde in documento sub num. 51. eodem die exhibito, (quod continet gravamina sive Klag-Puncten Ludolphi, Domini de Steinfurt, contra illum ipsum Episcopum Ottonem) conqueritur inter alia d. Ludolphus, daß der Bischoff ein Goh-Gericht zu Sandwell hätte halten lassen, dar Urthel und Recht solte gesprochen seyn, ob Er auf solche Weise in sein des Ludolffs Gewehr und Gut kommen möchte. Welches Er Kläger Ludolff nicht hoffe, daß Ihm schaden möge, weil weder Er noch jemand seinetwegen dabey gewesen wäre, der diesem Handel widersprochen hätte.

Et cum eodem illo A. 1395. quo d. pagi a Rusticis Domino suo de Münster prætense adjudicari voluerunt, diffidationes & motus, qui procul dubio ob ista attentata & violentiam exorti sunt, inter illum Episcopum Ottonem & Ludolphum, Dominum de Steinfurt, sopiti, & in sex Arbitratores ratione mutuarum suarum prætensionum utrinque compromissum fuerit,

rit, dergestalt, daß jegliche Parthey seinen Spruch und Forderung, auch respective Defension und Antwort in Schrifften verfassen, und den Compromissariis ad cognoscendum & decidendum überlieffern, und eorum laudo acquiesciren solten, uti hoc ex num. 26. d. 27. Sept. 1693. producto, videre est: omnes circumstantiæ me dubitare non sinunt, quin supra allegati numeri 24. & 51. sint illæ ipsæ defensiones seu responsiones, & respective gravamina, quæ a parte d. Ludolphi illis Arbitris contra Ottonem Præsulem tum fuere exhibita: Et quamvis hæc documenta sine die & consule appareant, nihilominus tamen, si modo originaliter prius exhibita, & a parte adversa recognita fuerint, de eorum fide ob id nihil detrahi puto: cum etiam exemplo sive concepto Instrumenti, si repertum fuerit in Archivo publico, plena fides adhibeatur,

Carpzov. *jurisprud. for. part.* 1. *const.* 17. *def.* 38. *num.* 2. 3. 4. *&* 5. per multa allegata ibid.

Et quod scripturæ etiam non authenticæ archivum robur tribuat, tradit

Klock. *de contribut. cap.* 19. *num.* 40.

Et hoc maxime procedit in scripturis antiquis, quæ licet etiam privatæ sint, plenam probationem inducunt propter antiquitatem.

Gail. *lib.* 2. *obs.* 149. *num.* 8.

Quibus omnibus exactius ponderatis, cuivis judicandum relinquo, quid de suprad. Extractu A. sentiendum. Nam cum probatio clara, certa & concludens esse debeat,

l. neque natales 10. *l. ad probationem* 21. *cum seq. Cod. de probat.*
Gail. *l.* 2. *obs.* 13. *num.* 5.

stupidus certe sit, & omnium rerum ignarus, necesse est, qui tam futili in materia & forma laboranti scripturæ ullam fidem vel efficaciam probandi tribuere velit. Et ex hactenus quidem dictis sat clare liquet, cuncta illa, quæ de dominio & superioritate d. quatuor pagorum pro fundanda intentione Rei proposita sunt, esse fucata, & veritati cuivis in oculos incurrenti e diametro contraria, adeoque indigna, quæ in supremo Imperii Judicio proferantur.

Sed ut in specie ratione prætensæ oppignorationis sæpius dictorum pagorum Steinfurt & Borckhorst, tota res ex veritatis abysso, quantum ex Actis perscrutari datur, adhuc profundius eruatur & detegatur, observandum est, quod, postquam d. Episcopus Otto, non attento supra allegato Compromisso sub numer. 26. mox novas diffidationes & bellum incepit, in eo autem captus a Ludolpho fuit: res anno sequenti 1396. iterum ad transactionem venerit. In quo Recessu de dato Sabbathi proximi post Laurentii Martyris dicti anni 1396. sub num. 27. die 27. Septembr. 1693. producto, cum inter partes transactum, ut Episcopus & Ludolphus uterque in feudum & jus suum, in sein Lehn und Recht restitueretur, Episcopus vero pro tributo vel potius redemtione sui Ludolpho dependeret septem mille & quingentos florenos Rhenanos aureos, adhuc alius specialis desuper Recessus, de eodem dato fuit confectus, & dicto 27. Sept. 1693. hic in Camera sub n. 52. a parte Actoris exhibitus. In hoc Recessu, qui expresso Capituli consensu erectus, & tam Episcopi quam Capituli sigillis corroboratus fuit, Episcopus Otto sæpius memorato Ludolpho, Domino de Steinfurt, ejusque legitimis hæredibus pro duobus mille florenis aureis (scil. in diminutionem prædictæ redemtionis summæ) pignori obligavit omne illud jus, quod nomine Diœceseos habere se putaret in den Kirchspeln Steinfurt und Borckhorst: ausgenommen seines Stiffts Erbschaffts-Güter, Gülte und Pfächte, die Er ex dict. Kirchspeln pflag zu heben: jedoch mit diesem Bescheide, daß Er oder seine Nachkommen, Bischoffen zu Münster, solch Recht für die vorbesagte 2000. Goldfl. möchten wiederlösen alle Jahr unverjahret, und daß facta reluitione jeglicher der Contrahenten, oder ihre Erben und Successoren wieder in sein Recht nach als vor stehen solte.

Et hic est fons & principium seu Recessus tantopere jactatæ ab Advocato Rei oppignorationis, quoad Kirchspele Steinfurt und Borckhorst. Qui quidem Recessus, uti a d. Advocato in sæpe d. Replicis numer. 162. fol. 3. simpliciter absque reali productione tantum allegatus, ita scribere non erubuit, quod ista obligatio facta fuerit cum clausula: salvo jure superioritatis: cum tamen ne litera quidem in illo Recessu de tali jure superioritatis exstet. Et cum is Recessus magis contra, quam pro Reo militet, ab ipso Actore, ut dictum, in lucem productus fuit. Nam etiamsi illud oppignoratum jus, qualecunque id sit, quod Episcopus habere se putat in d. Kirchspeln Borckhorst und Steinfurt, reali solutione der 2000. Goldfl. redemtum fuerit, nihil tamen aliud inde lucraretur, quam quod tunc via ipsa foret aperta, putativum illud jus separato processu in petitorio instituendo prosequendi & probandi, possessione interim apud Actorem remanente, in qua ipsius majores non modo tempore d. Recessus de Ao. 1396. sed jam tempore primæ transactionis, inter Episcopum Ludovicum, & Ludolphum, Dominum de Steinfurt, in A. 1343. celebratæ, vigore Documenti sub numer. 24. Duplicis Steinfurtensibus annexi, imo jam ante & post continuo vel constituti, vel factis turbationibus semper restituti, & ab hac ultima transactione de Ao. 1396. non amplius inquietati vel conquesti fuere: donec tandem post longam annorum seriem, Episcopo Francisco rerum potiente, antiquum vulnus pari violentia, adeoque frustra refricatum: quemadmodum id aliter

ex Actis & jure investigari & doceri posse non video. Quam enim habet æquitatem (ut Cicero elegantissime ex ipso jure naturæ *lib. 2. de Offic.* deducit) ut agrum multis annis, aut etiam seculis ante possessum, qui nullum habuit, habeat, qui autem habuit, amittat? Quod vero d. Advocatus in supra citatis Replicis de cætero ad causam primæ appellationis, das Amt Ruschau betreffend, inter easdem partes hic vertentem, loco ulterioris probationis se remittere voluit, inane & non alio tendere videtur, quam quod adversarium multiplicationibus causarum fatigare, & litem in infinitum extrahere intendat. Cujusmodi vexationibus & frustrationibus, cum ex antecedentibus lux veritatis clare appareat, eo minus indulgendum censeo, quod non Actoris tantum, sed & Reipublicæ seu Imperii interfit, antiquissimæ huic liti tandem finem imponi.

Septimum & potissimum intentionis suæ fundamentum Reus in eo ponit, quod juxta defens. 15. & 16. collectas Provinciales, gemeine Land-Schatzungen, a subditis sæpius dictorum locorum, pro occurrente Diœceseos necessitate, exegerit & receperit, in ejusque longa & quieta possessione vel quasi semper fuerit, & adhuc sit. Id comprobare intendit primo testium elogiis: secundo transsumtis & aliis documentis. Quandoquidem vero principalis quæstio & controversia in d. duobus articulis defensionalibus versetur, operæ pretium me facturum existimo, si, priusquam ad examinandas probationes, in hoc puncto adductas, deveniam, quædam ad rem præsentem non inutilia, imo vel necessaria præmisero: alioquin enim ex hoc labyrintho nunquam eluctabimur.

Præmitto igitur primo, in decidenda tota hac controversia collectarum semper ante oculos habendum esse titulum & causam originalem. Nam causam originalem semper esse attendendam, patet ex *l. tutor. 69. ff. de fidejuss.* Siquidem causa actus ipsum actum regulat.

Hermann. Vultej. *vol. 4. consil. Marp. 32. num. 238.*

Causam vero originalem & principalem, ex qua jus collectandi, ejusdemque possessio vel quasi in pagis controversis a Reo prætenditur, esse territorialem superioritatem, clare ex Actis liquet. Qui titulus cum contra exemtos de territorio ad acquirendum legitimam possessionem non sufficiat, necessario consequitur, quod talis causa vel titulus jurisdictionis territorialis contra Actorem, utpote quem cum d. pagis exemtum esse docuimus, militare non possit, adeoque nec Reus, deficiente sufficienti & valido titulo, in hoc possessorio judicio obtinere

Arg. *l. 3. §. hoc autem, 13. vers. itaque ff. de itin. actuque privato.*

Menoch. 3. *remed. retin. num. 599.*

attento, quod jurisdictio sit radix & fundamentum omnium onerum & collectarum, juxta Klock. *de contribut. cap. 3. num. 159.* & quod collectarum impositionis vel exactionis causa sit subjectio, qua cessante, etiam effectus, hoc est, collectarum impositio seu exactio cessabit, locumque nullatenus habere poterit, per text. in *l. libertus. §. sola ff. ad municip.*

Add. Klock. *d. tract. cap. 11.*

Quandoquidem vero jam supra ad oculum demonstratum sit; quod pagi quæstionis nullatenus Reo subjecti sint, sed Actor superioritatem & omnimodam jurisdictionem, tam civilem quam criminalem, in eosdem obtineat, consequenter verum erit, istos pagos a prætensis collectis Monasterienſibus omnino immunes & exemtos esse. Nam hoc quidem certum & indubitatum est, collectas regulariter imponi non posse, nisi personis subditis, uti hoc post infinitos alios late deducit

Gail. *lib. 2. obs. 52.*

nisi quis speciali privilegio vel legitima præscriptione illud jus collectandi alicubi sibi acquisiverit.

Id quod a Reo in sæpius d. locis factum esse, ex actitatis minime videre possum. Nam de privilegio aliquo nulla quidem in totis Actis facta mentio. Et licet præscriptio, seu jus quoddam præscriptum, eine verjährte Gerechtigkeit, hinc inde verbo allegetur & jactetur, substantialia tamen præscriptionis requisita, quæ superius jam explicavi, nullibi deducta, multo minus legitime, ut decet, probata esse invenio: nuda autem verba & jactationes non sufficiunt.

Ex quibus omnibus concluſive sequitur, quod, quia secundum communem DD. conclusionem, non subditi non possunt collectari a non superiore seu non Domino, per text. clarum in *l. Rescripto. §. fin. ff. de muner. & honor. l. cum neque Cod. de incol.* cum multis aliis: cuncta illa, quæ ad fundandam Rei intentionem ab ejus parte allata & producta sunt, velut subductis columnis necessario corruere debeant, non secus ac deficiente jurisdictione Judicis totam Judicii structuram collabi necesse est: siquidem ad alienos subditos collectandi potestas, cum jurisdictionis sit, non magis quam jus dicendi potestas extra territorium jus dicentis extendere se potest.

E diverso vero, cum superioritas respectu Actoris, & correlative subjectio incolarum vel pagorum quæstionis ex prædeductis, & inter alia vel ex propria ipsorum subditorum testium confessione luce meridiana clarius appareat, istorum locorum homines a nemine, quam Comite, collectari posse, certum est: præsertim cum sit status Imperii, cui de dominio vel Comitatu suo perpetuo investito, hujusmodi Regalia competunt, quique juxta vulgatum

tum axioma in suo Comitatu tantum potest, quantum Imperator in Imperio, & non deterioris conditionis esse debet, quam alii Comites & Status Imperii, qui hoc regali gaudent. Et sic licet nihil aliud pro se haberet Actor, tamen subsisteret ipsius intentio, tam in petitorio, quam possessorio, ex solo hoc fundamento: uti hoc fuse & pucherrime deducitur apud Meichsnerum *tom. 2. lib. 1. dec. 6. in causa* **Teutschmeisters** *contra* **Oettingen.**

Secundo præmitto, bene considerandum & observandum esse, quo tempore, quaque occasione, & quibus conditionibus collectæ, super quibus præsens lis tandem exorta est, fuerint concessæ: ut ita eo melius videri & judicari possit, quo jure & autoritate originarius Reus collectas imposuerit vel exegerit, & an conditionibus concessionis contravenerit, & in contraventionibus manutenendus sit? quemadmodum id etiam ab Illustrissimo hoc Imperii Senatu in concipienda actoria, 8. Novembr. 1667. lata, rectissime ita consideratum fuisse video.

Denique tertio, quamvis inter partes de variis collectarum generibus in Actis disputatum, cum tamen Actor in libello & articulis positionalibus tantum in genere & indistincte de iniqua impositione & exactione der Steuren und Schatzungen fuerit conquestus, ideo supervacaneum existimo, intrare vastum illud & vagum mare variarum collectarum specierum & distinctionum in Turcicas seu alias Imperiales vel Provinciales, item an sint munus ordinarium vel extraordinarium, an imponantur personis tantum, vel personis propter res &c. maxime cum possessio collectandi transferatur de una specie in aliam, ut, qui sit in possessione collectandi in una specie, is etiam sit in possessione omnium reliquarum specierum, & e contra: uti hoc ex Alexandro, Parisio, Schurffio & aliis latius deducit

Meichsner. *tom. 2. lib. 1. d. decis. 6.*

His ita pro fundamento positis, nunc allatæ ex parte Rei probationes tam testium, quam documentorum diligenter excutiendæ nobis veniunt, non tamen ultra, quam necesse est, quæque consideratione & discussione maxime dignæ videntur. Nam si cuncta illa inania & futilia argumenta, vel etiam documenta, aliasque inutiles & superfluas partium altercationes & allegationes, ad confundendum potius & intricandum, quam probandum, vel probationes infringendum facientes, in medium afferre & ventilare velimus, hoc esset, immensum & vagum pelagus ingredi, & rem in infinitum protrahere, ac nunquam portum attingere. Quo ipso plus molestiæ, quam utilitatis, crearem, nihilque aliud efficerem, quam ut veritas magis obscuraretur, quam illustraretur: mihique hic accideret, quod Klock. *in Vot. Cam. Relat.* 170. illis evenire dicit, qui dum liquidum & perspicuum alioquin fontem continuis agitationibus cient, turbulentiorem cœnosioremque efficiunt.

Quantum igitur primo testificata attinet, tantum abest, ut iis Rei intentio verificata sit, ut potius contrarium non modo per Actoris testes secundum deducta in quæstione antecedenti assertum reperiatur; sed etiam nonnulli ipsius Rei testes in primo Rotulo, & omnes fere in secundo Rot. Monast. contra ipsum stent: videlicet 4. 5. & 6. ad supra d. defensionalem decimum quintum primi Rotuli, item in secundo Rot. testes 2. 3. 5. 6. 7. 9. 10. 12. 13. 14. 15. 16. 19. 20. 21. 22. 23. & 24. ad eundem defensional. 15. uti & decimum sextum: qui omnes unanimiter testantur, quod solus Comes collectas in pagis controversis exegerit & perceperit; nullus vero eorum omnium, uti testis 18. articulatam in dict. defensionali decimo sexto possessionem vel quasi exigendi & percipiendi Episcopo adscribit. Addunt quidem eorum aliqui, Episcopum tributa publicari curasse, sed id vel per turbationem Episcopi, vel per precariam Comitis concessionem factum esse, jam supra satis docuimus.

Et contra tot attestationes nihil omnino relevare potest, quod ad defens. decimum quintum test. 1. 3. 7. & 8. item hi duo postremi ad defens. 16. in primo Rot. Mon. deponunt. Nam primus & tertius dicunt saltem von den 5. Bauerschafften, die in dem Münsterischen Kirchspel Billerbeeck gelegen, und alldar zur Kirchen gehören, seu qui illud templum frequentant, sed tamen ad Amt Ruschau pertinent. Cum quo se etiam conformat octavus, quantum vero quoad articulirte Dörffer, putat saltem, illos pari jure censendos esse. Septimus vero affirmat quidem articulum, daß es vormahls also zu seyn pflegte. Sed ratio scientiæ claudicat, nam in ea specificat tantum Holtzhausen, & de Borckhorst putative loquitur, de cæteris vero nescit. Qualia testimonia per se insufficientia, imperfecta & invalida sunt, eoque magis, quia tanto aliorum testium numero vincuntur, qui etiam verisimiliora & naturæ negotii magis convenientia deponunt. Quod vero testes plures præsertim tot numero vincant pauciores, & magis credendum sit deponentibus verisimiliora & convenientiora negotio, de quo agitur, quam aliis, præclare docet

Carpzov. *jurisprud. for. p. 1. const. 16. def.* 44. *&* 45.

Æque invalidum est, quod testes 10. & 11. ad defens. 15. von des Bischoffs eigenhörigen Leuten, St. Pauels Freyen, wie auch Geistlichen und Closter-Leuten im Amte Ruschau deponunt, quia sunt singulares, per tradita ejusdem Carpzovii *def.* 40. *eod.*

Quod vero testes 2. 9. & 12. ad d. defensionalem 15. primi Rot. Monast. item testes

testes quidam alii ad Interrogat. speciale 4. 5. & 7. in Rotulo Bentheimensi dicunt, etiam Episcopum collectas exegisse & percepisse, id post obsidionem Monasterienſem attentatum est, & Episcopo possessionem aliquam adeo tribuere non potest, ut potius pro contraventione antiquæ observantiæ & concessionis, etiam ipsi Episcopo Francisco a Comite Arnoldo factæ, adeoque pro mera turbatione & violentia, quæ scaturigo hujus litis est, habendum sit. Ad id solide demonstrandum, videndum jam est, quando hæ discordiæ & lites initium sumserint, quaque occasione & quibus conditionibus collectæ quæstionis concessæ fuerint. Quoad tempus, deponunt testes 1. 3. 9. & 11. ad defens. 15. primi Rot. Monast. & testis 7. ad defens. 16. ejusdem Rot. dissidia hæc cœpisse inter partes prædictas post d. obsidionem Civitatis Monasterienſis, id est, post annum 1534. quo obsidio cœpta, & sequenti anno absoluta: antea enim fuisse inter Episcopos & Comites bonam amicitiam & concordiam: prout hoc ex supra jam deductis etiam videre est. Cujus rei non aliam indagare rationem possum, quam quod Comites Episcopis per reverentiam & impotentiam interdum multa indulserint, & toleraverint, interdum etiam Episcopi in terminis suæ jurisdictionis manserint, & quando a Comitibus pro conservanda bona vicinitate & familiaritate aliquid collectarum ex pagis controversis ipsis precario concessum, id ab eisdem Comitibus jure territorii exactum & liberali voluntate, favore & gratia datum, tanquam donum acceperint: servato scil. eo modo, iisque conditionibus, quibus anno 1489. Comitem Evervvynum Præsuli Henrico steuras permisisse, liquet ex transsumto sub num. 7. in Rot. Bentheim. quanquam etiam ante illa tempora d. obsidii, rariſſimas contributiones concessas & datas esse, & quidem fere tantum pro gratioso Episcoporum adventu seu confirmatione, zum Willkommen, subsidium aliquod charitativum vel donativum, appareret ex depositionibus testis 3. ad defens. decimum quintum primi Rot. Monast. item testium 18. & 30. ad Interrogat. speciale quartum in Rot. Bentheim. & ipse Rei Procurator tam in primis, quam secundis Replicis, id non diffitetur. Et talem gratuitam seu precariam & conditionatam collectarum concessionem etiam Episcopo Francisco a Comite Arnoldo factam esse reperio, & quidem occasione dict. obsidionis communi bono, & in saluberrimum finem, ad exstirpandam scil. pestiferam illam Anabaptistarum hæresin & seditionem, tunc temporis Monasterii Westphalorum quam maxime grassantem, & non modo omnibus vicinis, sed toti Imperio periculosam, ad quamque adeo supprimendam & delendam etiam totum Imperium & opera & bonis concurrisse, cum ex historiis, tum etiam ex *Recessu Imperii Wormatiensi de anno* 1535. manifestum est. Prædicta docentur attestationibus testium, videl. test. 36. ad Interrogat. speciale secundum Rot. Bentheim. qui omni exceptione major, utpote Clericus & Johanniter-Ordens zu Steinfurt, non tamen Comiti juratus, notabiliter dicit, daß in Zeit der Münsterischen Belägerung Producens Comes etliche gemeine Land-Schatzungen habe eingewilliget, aus sonderlicher Gunst, auch Sr. Gnaden Gefahr und Schaden zu vermeiden, die deroselben sonst von den Wiedertäuffern hätten überkommen mögen, welche Schatzungen doch durch Sr. Gnad. Leute aufgenommen, und des Fürsten Leuten überantwortet. Et addit porro, daß, wann ein neuer Bischoff erwehlet und eingeführet, alsdann Producens die gemeine Schatzung durch seine Leute habe einnehmen, und davon dem Fürsten eine Verehrung und Glückwünschung, wie Zeuge habe hören sagen, thun lassen, dessen man dann Ihm einen Schein odee Reversal geben habe, daß solches nicht von Rechtswegen, sondern allein aus gantzer Mildigkeit, freyen Willen und Gnaden geschehen sey.

Cui adstipulatur testis 42. ibidem similiter ex Ordine Johannitarum, nec Comiti juramento addictus, inter alia dicens: Er hätte gehört, daß bey einem Johanniter Ordens-Herrn zu Münster die Schatz-Pfenninge, so durch Producenten, Grafen Arnold, Episcopo Erico geschickt seyn solten, dieser aber damahlen nicht hätte wollen empfangen, wären hinterlegt, mit dem Befehl, selbige Gelder nicht zu liefern, ehe Ihm ein Reversal- oder Schadloß-Brief gegeben würde, daß solches dem Grafen nicht nachtheilig seyn seyn solte, so daß es dem Bischoff aus Gnaden und nicht von Recht gegönnet. So hätte er Zeuge auch weiter verstanden, daß Producens in Zeit der Münsterischen Belägerung ein oder zweymahl auf des Bischoffs, Thum-Capittels, Ritter- und Landschafft Vorbitte, in die gemeine Schatzung gewilliget haben solte, damit die Ketzerey desto besser gedämpfet werden möchte. Habe auch gehöret, daß Producens dem ankommenden Bischof eine Schatzung oder Verehrung pflege einzuwilligen ꝛc.

Facit dictum testis 7. ad Interrogator. speciale quartum, qui ait: Er wisse, daß der Bischoff in der Münsterischen Belägerung die Eingesessene der Dörffer quæstionis habe schatzen lassen, aber hören sagen, daß solches dem Bischoff durch den Grafen sey vergönnet worden. Item testis 38. ibidem, qui deponit: Er habe von seinen Eltern, da er noch ein Kind gewesen, gehöret, daß die Eingesessene des Kirchspels Steinfurt dem Bischof eine Schatzung aus Gunst geben.

Quod vero dict. Episcopus Franciscus Comiti Arnoldo Reversali caverit, daß die Hebung der Schatzung in der Graffschafft Steinfurt kein Præjudiz geben solle, indicat rubrica, quæ sub numer. 9. continetur in num.

num. Cam. 147. d. 6. Aprilis 1668. producto. A rubro vero sumptum argumentum esse probabile, per multa allegata tradit Eberhard a Middelb. in *topica legali loco 92. a Rubro. num.* 1. Et sub *num.* 4. *ibid.* dicit: Ex quo aliqua materia ponitur sub aliquo rubro, ex hoc judicatur esse illius naturæ, cujus est rubrum, per citata ibid. Atque hoc in præsenti casu eo magis locum habere existimo, quia attestante Archivario Comitis Bentheimensis, d. Reversale inter cætera ibi designata Originalia, 10. Junii 1646. Cancellario D. Pay, ab eo in Originali extraditum, nec restitutum fuit, adeoque ob deperditum Originale eodem rem probare non modo difficile, sed omnino impossibile est. Juris autem est, quod propter difficultatem & impossibilitatem probandi admittantur probationes per conjecturas & verisimiles præsumptiones: lex enim contenta est ea probatione, quæ fieri potest, si materia sui natura difficultatem probationis habeat per tradita Gailii *lib.* 2. *obs.* 93. *num.* 17. *&* 18. *& obs.* 149. *n.* 9. *eod.*

Sed & hæ probabiles conjecturæ & præsumptiones haud parum juvantur & confirmantur non modo depositionibus prædictorum testium 36. & 42. sed & testis quarti ad defens. 15. primi Rot. Mon. ubi istum articulum quodammodo verum dicit, nimirum in Conformität etzlicher Recessen und Verträge, derhalben bey gemeiner Landschafft des Stiffts Münster aufgerichtet &c. Idemque testis 4. adhuc clarius ad defens. 23. primi Rot. Wann Ihre Gnaden mit den Münsterischen uff Vorwahrte und Bescheid, id est, certis conditionibus & pactis, in eine gemeine Schatzung willigten, hätten Sie dieselbe bey Ihren Untersassen selbst beschreiben, aufnehmen, und den Münsterischen Einnehmern præsentiren lassen: addita ratione scientiæ, weil er des Grafen Diener gewest, habe es so gesehen und erlebet. Et vel hunc unicum testem, cum contra ipsum producentem testetur, plenam probationem inducere, jam supra demonstravimus.

Sed & hæc egregie explicantur & magis corroborantur per Land-Tags-Abschied de dato Münster A. 1536. sub transumpto num. 80. in Rot. Benth. ubi, cum ad exsolutionem æris alieni, zu Abtilgung des Landes Schulden (quod scil. in usum præmemoratæ obsidionis in immensum contractum erat) collectæ & onera provincialia Episcopo Francisco concessa fuerant, hæc clausula addita reperitur: Daß einem jeden in künfftigen Zeiten an seiner Gerechtigkeit hiedurch nichts solte benommen oder gegeben seyn. Prout etiam alias sine tali reservatione ejusmodi collectæ extraordinariæ, a Comite pro utilitate communi libere & gratiose concessæ, ipsius antiquo juri nocere & præjudicare minime potuerunt: quia nulla juris ratio, aut æquitatis benignitas patitur, ut, quæ salubriter pro utilitate hominum introducuntur vel conceduntur, ea nos duriore interpretatione contra ipsorum commodum producamus ad severitatem, ut pulchre loquitur Modestinus in *l.* 25. *ff. de leg.*

Quæ omnia simul juncta & connexa, si forte singula non prosunt, plenissimam prædictorum fidem facere, minime dubitarem. Nam etiam indicia, conjecturas & alia adminicula, quæ alias per se sola non sufficerent, si conjungantur, plene probare, præsertim in iis, quæ sunt difficilis & quasi impossibilis probationis, vulgatissimum est.

Quemadmodum igitur prima occasio & causa, qua a Comite in bonum & saluberrium finem in multas & varias collectas eo, quo dictum, modo consensum est, fuit bellum Monasteriense, contra furores Anabaptistarum gestum: ita alia calamitas bellica, qua Comes Oldenburgicus anno 1538. Provinciam Monasterienſem invadendo & pervastando afflixit, secunda vice occasionem dedit, ut sæpius memoratus Comes Arnoldus (utpote cujus ob vicinitatem, & quia etiam amplissima bona particularia in & sub territorio Monasterienſi extra Comitatus districtum possidebat, maxime intererat, Provinciam defendi, & malis istis liberari) precanti Episcopo Francisco nova & plura subsidia & onera etiam ex locis controversis, pari tamen, quo antea, modo & conditione, benevole concesserit, non tanquam Landsassius vel Membrum der Münsterischen Ritterschafft, (ut male ex adverso articulatur) sed tanquam adsociatus vicinus, cum in defensionem Provinciæ, sibi tam salubrem, tum etiam deletionem s. solutionem ingentium debitorum, quæ ex causa & occasione etiam horum armorum fuerant contracta: uti hoc clare liquet ex ipsis Rei defensionalibus art. 28. 29. & 30. item ex transumptis sub num. 79. & 81. in Rot. Benth. Sed postea cum non servarentur pacta & antiqua observantia, sed Comes per Officiales Episcopi Horstmarienses, descriptionem seu æstimationem bonorum, & quidem valde enormem & insolitam, nec non exactionem census, des Anschlags, etiam a Comite non ultra concessi, in d. locis attentantes, in vetusto jure suo ejusque possessione turbaretur, Comes jure optimo maximo contradixit, taliaque attentata & novationes, quantum potuit, impedivit: uti hoc partim apparet ex documentis sæpius allegatarum Duplicarum Steinfurtensium sub num. 32. 47. & 48. item ex transumpto sub num. 1. in secundo Rot. Monast. partim etiam ex depositione test. 29. ad Interrogat. quartum, item test. 23. ad Interrogat. quintum Rot. Benth. item testis 4. ad defens. 16. in primo Rot. Mon. ubi dicit, daß die Schatzung von den Münsterischen gefordert, und empfangen, jedoch mit Widersprechen des Grafen, qui ea contradictione & protestatione jus suum conservavit, per *l. si debitor*

bitor 4. §. 1. ff. quib. mod. pign. vel hyp. ſolv.

Et e diverſo ejusmodi actus, cui contradictum fuit, alteri non tribuit jus aut poſſeſſionem, *l. 1. ff. quod vi aut clam.*

Quare etiam benefecit Comes, quod exactiones a ſe perceptas Monaſterienſibus dare amplius detrectaverit: uti hoc atteſtatur teſtis 4. Vir Nobilis, & Epiſcopi Landſaſſius in Rot. Benth. ubi dicit: Er ſey zuweilen auf den Land-Tagen geweſen, und habe daſelbſt gehöret, daß Comes ſich beſchweret und gewiedert habe, die durch ſeine Leute aufgehobene Schatzung zu überliefern.

Quod vero Epiſcopus Franciſcus longe poſt d. bellorum tempora, nimirum circa annum 1547. iniquas contributiones pagis controverſis imponere indeque exigere propria vi ac poteſtate de facto attentarit & penſitationem denegantibus pignora auferri curaverit, (ex quo præſens lis adhuc illo ipſo anno ſecuta eſt) id multo adhuc luculentius patet ex dictis omnium fere teſtium ad art. poſitionalem 7. in Rot. Benth. ubi hoc principaliter ſubſequentes, interque eos quidam ſalvo tempore, die ihnen ſo eigentlich nicht vorſtünde, affirmant, nimirum teſtis 9. qui ipſius Epiſcopi Haus-Vogt zu Horſtmar, & ipſe exſequendis violentis pignorationibus adhibitus fuit: item teſtes 17. 19. & 20. qui deponunt ex communi fama: item teſtes 21. 22. 24. 25. 26. 27. 30. 36. qui addunt, daß Producens Comes dieſelbe Schatzung nit eingewilliget habe, dadurch dann die auch für unbillig zu achten: item teſt. 39. qui notabiliter dicit, es habe der Biſchoff ſich unternommen, die Schatzung den articulirten Unterthanen abzudringen, aber dieſelbe nit bekommen: item teſt. 40. & 41. & denique teſt. 8. 10. & 30. qui in ſpecie de facta pignoratione loquuntur.

Hæc vero omnia contra antiqua placita ſeu liberas & conditionatas conceſſiones, & longævam obſervantiam, per meras turbationes, animo ſibi acquirendi & uſurpandi novum & abſolutum jus collectandi alienos ſubditos, antea inauditum, facta & attentata eſſe, ex latius ſupra deductis minime dubitari poſſe arbitror: præſertim cum hæ exactiones ſeu collectæ a Comite non fuerint conceſſæ, ſed anno proxime præcedenti ſcil. 1546. in Comitiis Monaſterienſibus, abſente & ſe excuſante Comite, concluſæ videantur. Id quod ſatis colligitur ex Miſſiva Comitis de dict. anno in ſecundo Rot. Mon. ſub num. 17. ubi Comes abſentiam ſuam excuſando, ſe obtulit, quod iſta in diæta Provinciali per unanimia concluderetur, daß Ihme Grafen an ſeiner wohlhergebrachten alten Gerechtigkeit, Herrlichkeit und Freyheit nicht ſchädlich und nachtheilig wäre, uti decet, ſecuturum.

Quo tamen non obſtante, cum ab Epiſcopo ejusque Ordinibus contrarium in illo conventu, in tantum Comitis & Status Imperii, abſentis & non conſentientis ſeu voluntarie concedentis, præjudicium, ſtatutum & executum appareat, uti mox ſecutus eventus docuit, quid aliud ſunt, quam novationes, turbationes, & inſanabiles nullitates? idque ex defectu jurisdictionis notorio: qua, tanquam baſi & fundamento omnium collectarum, deficiente, quicquid ſuperſtruitur, corruit.

Ex hac itaque ſic inveſtigata origine, qualitate & veritate rei, junctis etiam iis, quæ tam in præcedenti, quam hac quæſtione ſupra deducta ſunt, clariſſime apparere & concludi puto, primo Dominis & Comitibus Steinfurtenſibus jus collectandi in pagis controverſis, vigore jurisdictionis & ſuperioritatis territorialis, juſtiſſimis titulis quæſitæ, ab antiquo competiiſſe, & adhuc competere: ſecundo eosdem in quaſi-poſſeſſione & exercitio ejus juris ante obſidionem Monaſterienſem, a multis retro annis, imo aliquot ſeculis, ſine ulla turbatione (excepta ea, quæ ab Epiſcopis Ludovico & Ottone fruſtra facta eſt) ſtetiſſe: tertio, cum a jurisdictione & tributis Monaſterienſibus ſemper antea liberi & immunes exſtitiſſent, primum Comitem Evervvinum, & quidem a. 1489. Epiſcopo Henrico, ex vicinitate, familiaritate, favore, gratia & precario aliquid ſubſidii & collectarum, ea tamen expreſſa conditione, ut ipſi nihilominus jus exigendi & percipiendi ſalvum relinqueretur, pro illa vice conceſſiſſe, & quaſi donationem, cum qua etiam ſimilitudinem precarium habet, præſentaſſe, non tamen aliter, quam ſub ſolenni & iterata proteſtatione de non præjudicando, nec in conſequentiam trahendo: quarto deinceps quoque hanc liberalem & conditionatam conceſſionem, quando ab Epiſcopis aliquid iterum petitum, ita fuiſſe continuatam, nec Comites ante d. obſidionem in jure ſuo & poſſeſſione turbatos, vel ſaltim de turbatione non fuiſſe queſtos: quinto circa tempora illius obſidionis & poſt eam, Comitem quidem Arnoldum Epiſcopo Franciſco multiplices collectas ſeu ſubſidia precario conceſſiſſe, & quidem occaſione prædictorum bellorum, & iisdem, quibus antiquitus, conditionibus ac reſervationibus jurium ſuorum. Epiſcop. vero, Principem præpotentem & animoſum, poſtea illud precarium in obligationem & jus trahere volentem, iſtis conditionibus & repromiſſionibus ſuis contraveniſſe, & turbationem præfatæ, longe ultra ſeculum non interruptæ poſſeſſionis vel quaſi per arrogatam ſibi proprio Marte collectationem iterum intentaſſe, ſub hoc inani prætextu, ac ſi jurisdictio territorialis in d. pagos ipſi competeret. Nam quod de præſcriptione hic illic affertur, omni caret fundamento, ob defectum eſſentialium requiſitorum, & nihil aliud quam nuda & vana verba ſunt: cum etiam alias in precaria poſſeſſione, ſi qua fuit vel dicenda eſt, æque

ac violenta & clandestina non locum habeat usucapio vel præscriptio per *l.* 10. *ff. si serv. vind.* & multas alias, infinitasque autoritates: quemadmodum ego veritatem horum omnium ex intricatissimis & prolixissimis Actis, summa licet & incredibili cura adhibita, aliter indagare & eruere non potui. Ex quo porro concluſive sequitur, per superius seducta interdictum retinendæ a parte Actoris salvatum; e contra vero Reum in contraventionibus suis, malaque fide & violentis turbationibus nullatenus manutenendum esse: cum interdictum illud retinendæ non competat possidenti per violentas exactiones.

Klock. *de contribut. cap.* 19. *num.* 197.

Hisce non obstat, quod ex adverso objicitur: primo collectas, quas Actor exegerit & receperit, in usum & emolumentum Episcopatus fuisse exactas & perceptas, & Monasterienſi ærario usque ad exortas controversias & lites illatas: secundo nunquam alias subditis sæpius d. locorum a Dominis & Comitibus Steinfurtenſibus fuisse impositas: & tertio, quas priori modo & fine interdum acceperint, id fuisse ex concessione & indulgentia Episcopi.

Nam ad primum respondetur, quod hoc ad conservandam bonam vicinitatem & amicitiam ex mera liberalitate & gratia secundum naturam precarii factum sit. Certum enim est, & supra satis superque demonstratum, nullas collectas jure subjectionis, sed omnes a prima sui origine & principio, precario & sub conditione & cautione de non trahendo in jus vel consequentiam, tanquam donum fuisse datas; donari enim videtur, quod nullo jure cogente conceditur, inquit Papinianus in *l.* 82. *ff. de reg.* jur. Et propterea etiam Heinricus Episcopus vigore sæpius allegati transumpti sub num. 7. in Rot. Benth. gratias pro iis, tanquam pro singulari beneficio, egit, & Comes Evervvynus per tam solennes protestationes juxta transumptum sub num. 8. eod. Rot. libertati & juri suo cavit. Jam vero si imposterum ejusmodi collectas precarias amplius quis concedere & præstare nolit, non tamen ex præcedenti concessione & præstatione jus alteri quæsitum erit, ab ipso etiam invito exigere: sed potius e diverso concedens liberalitatem suam semper & quandocunque libuerit, liberam revocandi potestatem habet. Est enim natura æquum, tamdiu te mea liberalitate uti, quamdiu ego velim: & ut possim revocare, cum mutavero voluntatem, inquit Ulpianus in *l.* 2. §. 2. *ff. de precar.* Ut taceam, quod etiam alias id, quod tempore belli, ejusque occasione factum, nullam post se trahat consequentiam.

Cacheran. *p.* 2. *decis.* 23. *n.* 96.

Uti ergo per hanc precariam concessionem nullum omnino jus Reo acquisitum est, ita nec possessio, & si qua fuit possessio, non nisi precaria aut violenta fuit, quæ nullius est momenti. Est enim precarium simile commodato, *l.* 1. §. 3. *ff. de prec.* Commodatarium vero non possidere, notissimum est *l.* 8. *&* 9. *ff. commod.*

Quare & precario possidenti non datur interdictum, uti possidetis, contra eum, quem rogavit. Edictum enim Prætoris ab hoc remedio excludit omnes, qui vi aut clam aut precario ab altero possident. *l.* 1. *in pr. ff. uti possidetis.*

Neque secundo refragatur, quod colorate opponitur, non alias steuras subditis sæpius d. pagorum a Dominis & Comitibus Steinfurtenſibus unquam fuisse impositas, exactas & receptas, quam in utilitatem Diœceseos, zu Behuff des Stiffts. Quam falsum enim hoc sit, ex superioribus patet, & infra adhuc amplius patebit.

Sed & licet hoc ita esset, & per omnes testes comprobatum fuisset, id tamen ad Rei intentionem nihil conducere posset. Sufficit enim pro conservando jure ejusque possessione vel quasi, quod Dominus vel Comes Steinfurtenſis illas ipsas collectas, quas precario & conditionate Episcopo concessit & donavit, jure proprio tanquam dominus & Superior istorum locorum, vi jurisdictionis & superioritatis semper censuerit vel æstimaverit, imposuerit, exegerit & receperit; quodque omnia illa, quæ ab Episcopo, vel ejus autoritate sive censendo, sive censum publicando, sive exigendo & percipiendo, sine Comitis voluntate, adsensu & concessione facta sunt, per meras contraventiones, violentias & turbationes facta & attentata fuerint: ita ut, etiamsi istiusmodi census, seu æstimationes rerum & bonorum, vel descriptiones jugerum & capitum, nec non publicationes, exactiones & receptiones per mille testes & documenta probatæ essent, nihil tamen Reo id proficere posset: cum tales actus, quorum initium vitiosum, nullius sint valoris, nec tractu temporis possint convalescere, *l.* 29. *ff. de reg. jur.* nec prorsus quicquam ad possessionem vel quasi faciant, quia semper initium possessionis sive origo inspici debet.

Primam vero originem, causam & radicem hujus prætensæ possessionis vitio fuisse infectam, ad nauseam non recoquam,

Sed etsi indulgentiores Reo esse, & possessionem aliquam non precariam etiam concedere eidem velimus, longe tamen antiquiorem possessionem, & quidem jam ab anno & ante annum 1343. apud Dominos & Comites Steinfurtenses fuisse, ex præcedentibus evidens & perspicuum fit. Qui autem in interdicto retinendæ possessionem antiquiorem probat, obtinere debet, quia possessio junior clandestina aut violenta, adeoque vitiosa censetur, in qua Prætor neminem tuetur,

Klock. *tit.* 1. *cons.* 29. *n.* 692. *&* 751.

Quinimo poſito etiam hoc, quod res omnino eſſet dubia, propter intricationem probationum & poſſeſſionum, atque mixturam actuum, hinc inde occurrentium, adhuc tamen ille vincere debet, qui habet antiquiorem poſſeſſionem, ob dictam rationem, uti ex Baldo allegat

Gail. *de pignorat. obſerv. 22. n. 8.*

Porro etiamſi non conſtaret de alterutrius poſſeſſione antiquiore, tamen ſi unus probet titulum ſuæ poſſeſſionis, alter vero non, pronunciandum eſſe pro eo, qui titulum probavit, per multa allegata docet idem Gailius *ibid. n. 9.* ubi ex Baldo dicit, quod titulata poſſeſſio ideo præferatur, quia magis juſtificatur per viam rationis. Nam ex titulo perſpicuum eſt, poſſeſſionem non eſſe clandeſtinam, aut violentam, vel precariam. Unde merito obtinere debet is, qui titulatam poſſeſſionem probat, num. 10. ibid. Jam vero ex parte Actoris titulum poſſeſſionis ſuæ abundantiſſime, Rei vero plane nullum prætenſæ ſuæ poſſeſſionis titulum probatum eſſe, ex ſuperioribus manifeſtiſſimum eſſe puto.

Deinde etiam alias collectas, præter has, quas ſupra dixi, ſubditis d. locorum a Comite Domino ſuo pro neceſſitate occurrente, als zu einem Wall um Steinfurt zu machen, item zu Fräulein-Aus-Steuren, und Türcken-Steuren, fuiſſe indictas, & ab iisdem ſolutas, patet ex dictis teſtium, ſcil. 27. ad Interrogat. 5. Rot. Benth. item teſt. 6. ad defenſ. 23. in primo Rot. & teſt. 5. ad defenſ. 15. nec non teſt. 9. ad defenſ. 23. ibid. item teſt. 7. & 13. ad defenſ. 23. in 2. Rot. Mon.

Quod autem ad inducendam vel conſervandam quaſi poſſeſſionem collectandi plures actus ne quidem requirantur, ſed etiam vel unus actus quietus, non violentus aut vitioſus ſufficiat, tradit Reinking *de reg. ſec. lib. 1. claſſ. 5. cap. 4. n. 190.* per alleg. ibid. Et hanc ſententiam communiter eſſe receptam, teſtatur Mich. *de jurisd. concluſ. 65.* Quæ etiam deciſive refertur in cauſa Ingelheim contra Chur-Pfaltz, apud Meichſn. *tom. 2. lib. 2. deciſ. ult. num. 133.* item *tom. 2. lib. 1. deciſ. 6.* ubi allegatis autoritatibus inter alia ita ſcribit: Licet poſſeſſio ſaltem in unica ſpecie collectarum acquiſita ſit, locum tamen habere videtur in omnibus aliis ſpeciebus occurrentibus: etiamſi in illis nunquam appareat obſervatum.

Sed & quod magis eſt, etiamſi Comites præter eos, quos memoravi, cenſus non egiſſent in d. pagis, nihilominus tamen, quia jus & facultatem cenſendi habuerunt, ejusque exercitium meræ voluntatis & arbitrii eſt, id nec Comitibus obeſſe, nec Epiſcopis prodeſſe poſſet: quia in rebus meræ facultatis, ſeu actibus, a mero alicujus arbitrio dependentibus, eorum omiſſio alteri nullum jus tribuit, nec omittenti præjudicat: maxime ſi ideo uſum & exercitium ejus juris omittamus, quod nobis jam non commodum ſit, eo uti, aut, ut utamur, opus non habeamus,

Struv. *Syntagm. jur. civil. exercit. 43. theſ. 22. num. 3.*

quemadmodum de Comitibus noſtris aſſerit teſt. 4. ad defenſ. 23. in primo Rot. Mon. Ihr. Gnaden mögen der beſonderen Schatzungen auch nicht vonnöthen gehabt haben, die auch ihr Land und Leute nicht gerne beſchwerten.

Illud vero inſigniter futile & ridiculum, quod pro tertio affertur & in Actis urgetur, quaſi ex conceſſione, aus Vergünſtigung des Biſchoffs, fuerit, quod originarius Actor collectas in d. pagis exegerit & receperit. Nam quamvis id per teſtes aliquot ad Interrogat. ſpeciale 8. Rot. Benth. verum dictum, id tamen contra omnem veriſimilitudinem negotii, imo contra omnem rationem eſt. Quam enim ſpeciem veri ac rationis habet, Comitem Arnoldum, cum proprium jus ejusque longævam quaſi poſſeſſionem haberet, voluiſſe uti jure conceſſo Epiſcopi Franciſci, ut ſibi liceret in proprio territorio a ſuis ſubditis pecuniam colligere, quam in uſum bellorum eorumve occaſione eidem roganti Præſuli ex mera gratia & liberalitate, ſalvisque omnino ſuis antiquis juribus, pro communi bono & utilitate conceſſit & dono dedit. Jam autem explorati juris eſt, quod teſtibus nulla adhibetur fides, ex quo eorum depoſitiones non continent veriſimile,

per *l. nupturam. in fin. ff. de jur. dot. l. fin. ff. quod met. cauſ. cap. quia veriſimile X. de præſumpt.*

Ut autem technæ, quæ latent, detegantur, & falſum a vero diſcernatur, bene animadvertendum eſt, illos teſtes, qui prædictam conceſſionem Epiſcopi tam audacter & animoſe affirmare non erubeſcunt, partim ſe fundare in literis, ab Epiſcopo Franciſco tempore obſidionis Monaſterienſis ad Quæſtorem Horſtmarienſem Dieterich Cloht (qui primus in ordine inter affirmantes teſtes eſt) ſcriptis: partim etiam in auditu, daß ſie es alſo hören ſagen; cæteris teſtibus, numero multo potentioribus, neſcientibus. Jam vero ſi inſpiciatur illa Miſſiva, ad quam teſtes 2. 10. & 34. imperite referre ſe voluerunt, quæque ſub num. 11. in primo Rot. Monaſt. continetur, & in ſecundo Rot. ſub num. 2. otioſe repetitur, ea ad propoſitum nihil habet, niſi quod Epiſcopus Franciſcus anno 1534. aus dem Feld-Lager vor Münſter reſcripſerit prædicto Quæſtori ſuo, daß er Rente-Meiſter dem Grafen zu Bentheim und Steinfurt, oder deſſen Befehlhabern vor dießmal und zu dieſer Zeit, jedoch Ihrer Fürſtl. Gnad. Gerechtigkeit unſchädlich, die Erhebung der Land-Schatzung von etzlichen Hausſitzenden in pagis quæſtionis unverhindert zu geſtatten hätte.

Quis

Quis autem ſanæ mentis diceret, ex tali ſibimet ipſi ſumpto conatu & actu clandeſtino Epiſcopi, qui plura alia adhuc magis præjudicialia Officiali ſuo reſcribere & injungere potuiſſet, conceſſionem aliquam in præjudicium Comitis evinci poſſe? Enimvero notum eſt, quod res inter alios acta aliis non præjudicet ac noceat, *l. quia ff. de jurejur. tot. t. Cod. inter alios acta.* Quin potius factum cuique ſuum, non adverſario, vel alii obeſſe debet, *l.* 155. *ff. de reg. jur.* Et regula naturæ dictat, ne alteri per alterum iniqua conditio ſeu conceſſio inferatur, *l. non debet ff. eod.*

Ex quibus conſequitur, hoc Reſcriptum Principis potius contra eum, quam pro ipſo interpretandum eſſe. Prout & alias contra ſcribentem ſcripturam vel epiſtolam probare expeditum eſt, per text. in *c. 2. extr. de fide inſtrum. l.* 26. §. 2. *in fin. ff. depoſit.* Ac pro ſcribente vel proferente ſcriptura vel epiſtola privata nunquam probat, *l.* 5. 6. *&* 7. *Cod. de probat.* præſertim, ſi (uti hic) agatur de præjudicio tertii: ut notant Dd. *in l. admonendi ff. de jurejur.* Gail. *l.* 2. *obſ.* 20. *n.* 1. Schneidevv. in *tit. Inſtit. de lit. obligat. n.* 14. quia, uti nemo teſtis eſſe in cauſa propria poteſt viva voce, ita neque ſcriptura privata.

Quemadmodum igitur fundamentum jactatæ hujus conceſſionis ex prædeductis falſum & nullius ponderis eſt, ita ex hoc divulgato erroneo principio etiam cæteri teſtes credendi ſunt depoſuiſſe, quod ita audiverint ab aliis dici.

Ultra hæc ſingulariter notandæ ſunt epiſtolæ Comitis Arnoldi ad Præſulem Franciſcum & ipſius in Epiſcopatu Osnabrugenſi Cancellarium, Joh. Merchel, ſcriptæ (quarum altera in ſecundo Rot. Mon. ſub num. 1. altera ſub num. Cam. 98. utraque vero ex parte ipſius Rei exhibita eſt) in quibus Comes per reverentiam erga prævalidum Principem, tribus Epiſcopatibus dominantem, quamvis fruſtra, petiit, ut, quia ab hujus Officialibus ipſi & antiquis ſuis juribus in exigendis in ſuo territorio collectis varia præjudicia inferantur, & adhuc ulteriora metuat, ipſis hoc interdicatur & id curetur, ne in priſtinis ſuis juribus impediatur: cum oblatione, ſe tunc e contra curaturum, ut exactæ per ſe ſuosve & perceptæ collectæ Epiſcopo præſentarentur. An vero hoc eſt petere vel dare conceſſionem aliquam juris, in quo contra morem receptum præjudicium & impedimentum ſibi non fieri, ſed ſalvum & illibatum relinqui, cum ſubmiſſis & officioſis oblationibus rogatur, & tamen denegatur? Certe propriis ſuis armis Reus vincitur, quæ cum in adverſarium dirigi fruſtra intenduntur, in ſe ipſum vertuntur. Scripturas enim vel documenta, quamvis privata, contra eum, qui ipſemet producit, pleniſſimam probationem inducere notiſſimum eſt. Nam qui uti vult aliquo inſtrumento, pati quoque debet, ut contra ſe valeat: per ſuperius allegata.

Quanquam vero ea, quæ hactenus dicta ſunt, ſufficere poſſent, cum ex iis veritas ſatis eluceat, ut tamen nihil omittamus, quod ad rem & defenſionem Rei facere videri poſſit, etiam cætera pro eo producta jura, quantum quidem opus fuerit, perluſtranda & examinanda duxi, eoque magis, quia veritas ſæpius examinata adhuc magis eluceſcit. Et primo quidem quantum ad Miſſivas ſub num. 1. 2. 4. 5. 6. 7. 8. 9. & 10. in primo Rot. & ſub num. 7. 9. & 15. in ſecundo Rot. Mon. attinet, illæ quomodo Reum juvare poſſint, non video. Nam omnes illæ Miſſivæ loquuntur de eo, quod collectarum eoque pertinentium nomine a Comite tunc temporis adhuc libera voluntate, & quidem occaſione bellorum conceſſum fuerat, non vero de eo, quod poſterioribus temporibus ratione tributorum, propria vi & autoritate, ſine voluntate & adſenſu Comitis indictorum & exactorum, in ipſius territorio per novationes & turbationes intentatum & uſurpatum, & ſuper quo præſens controverſia exorta eſt.

Deinde, cum collectæ ex capite ſuperioritatis vel præſcriptionis, vel ullo alio titulo nullatenus prætendi a Reo poſſint, in determinanda hac quæſtione reſpiciendum ulterius, & ſemper recurrendum eſt ad veram originem & primordium rei, ſeu primam conceſſionem, a Comite Evervvyno, Arnoldi patre, Epiſcopo Henrico anno 1489. factam (ut de ea immunitate, cui idem Epiſcopus an. 1473. Dominis de Steinfurt & Gehmen cavit, & de qua ſupra dictum, ne quidem mentionem faciam) quam precariam & conditionatam, juriumque reſervatoriam fuiſſe, ex ſuperioribus planum. Secundum hanc igitur primævam conceſſionem cætera omnia, quæ ſecuta ſunt, quia mutationem per aliam obligationem vel pactionem poſtea inter Præſules vel ipſum Franciſcum & d. Arnoldum Comitem interceſſiſſe, ex Actis non conſtat, regulanda, dimetienda, & tanquam ad Lydium lapidem revocanda & examinanda ſunt. Uniuscujusque enim rei initium ſemper ſpectandum eſt & cauſa,

text. *in l. ſi Procuratorem ff. mandat.* text. *in l.* 1. §. *ſi ſervus depoſuit. ff. depoſ.*

quia ex primordio tituli poſterior formatur eventus, per text. *in l. unic.* §. *fin. Cod. de imponend. lucrat. deſcript.* Quod ſi ergo in d. Miſſivis, vel etiam aliis documentis, hinc inde occurrentibus, quid contineatur, quod forte gratuitæ conceſſioni non omnino convenire videri vel interpretari poſſit, id potius ex metu vel reverentia inferioris & minus potentis erga ſuperiorem & multo potentiorem Statum, quam ex voluntaria libertate & ſpontaneo motu ſcriptum fuiſſe cenſendum eſt. Nam omnis actus recipit interpretationem a natura & qualitate perſonæ Menoch. *de præſumpt.*

ſumpt. 16. *n.* 14. & faciens actum præſumitur eo modo facere, qui ſibi utilior eſſe poteſt.

Idem *lib.* 3. *præſ.* 136. *n.* 16.

Quocirca talia, quæ per metum vel reverentiam ad conſervandam gratiam & amicitiam facta ſunt, non præjudicant. Nam ut obligent, alium contractum interveniſſe neceſſe eſt. Quod adeo factum non video, ut potius Comes Arnoldus antiquis juribus ſuis, ſeiner angeerbten und hergebrachten alten Gerechtigkeit, mordicus ſemper inhæſerit, & contingentibus læſionibus & contraventionibus, vel eas ſaltem metuens, ad vetuſta illa jura conſtanter provocaverit: uti hoc ex ſupra allegatis tranſumptis ſub num. 1. & 17. in ſecundo Rotul. Mon. item ex num. Cam. 98. clarum.

Præterea etiam ex illis ipſis Miſſivis, uti & ex num. 3. & 12. in primo Rotul. Mon. apparet, per Comitem vel ejus autoritate conceſſas a ſe collectas fuiſſe exactas & perceptas, ita ut ipſius intentio inde magis ſtabiliatur, quam infringatur. Quod vero ad rationes & collectam pecuniam Monaſterienſibus transmittendam & præſentandam ſe obtulit, id ſecundum primam conceſſionem ex bona gratia & liberalitate factum eſt: ex quo tamen nullum jus & conſequentia pro Reo evinci poteſt, ita ut Comes in futurum ad talia perpetuo obligatus ſit, etiam quando ipſi non amplius concedere libuerit. Nam etiam ſocius ſocio ad reddendas rationes ſe offerre poteſt, imo ad eas tenetur, non tamen ultra, quam ſocietas durat, ſi rationes ſalvæ ſint: nec propterea etiam alter in alterum ullum jus habet vel acquiſivit imperii.

Quid? quod multo maximum eſt, etiamſi verus dominus in poſſeſſione vel quaſi exiſtat imponendi collectas propriis ſuis ſubditis (quod tamen hic de Comite & pagis controverſis nullo modo dici poteſt) illi autem easdem præſtare inpoſterum nolint, non tamen ex priori præſtatione ſtatim jus domino acquiſitum erit, ipſis etiam invitis imponere, ſed neceſſe erit, ut de jure ſuo prius legitime doceat. Nam ad hoc ſola & nuda poſſeſſio non ſufficit, utpote quæ illud ne præſumptive quidem probat, uti ex Jacobo de S. Georgio de homagio refert Moller. *ſemeſtr. lib.* 4. *cap.* 38. *n.* 6. *&* 7.

Denique Reliquæ Miſſivæ ſub num. 11. in primo, & ſub num. 1. & 17. in ſecundo Rot. ſi penitius inſpiciantur, bene quidem contra Producentem probant, non vero pro eo, uti ex ſupra dictis patet.

Porro nihil quoque relevant Clauſulæ ſeu Extractus ex Regiſtris exactionum, 25. Aug. 1582. ſub lit. AA. BB. & CC. & num. Cam. 90. 91. & 92. producti, primo quia illa Regiſtra conceptis verbis ſunt confecta de Civitatibus & Parochiis Diœceſeos Monaſterienſis, & ex hoc principio, quaſi parochiæ controverſæ etiam ad Diœceſin pertinerent, tanquam ſubditæ; hi homines etiam inſcribi & cenſeri, ac nominatim ad Ambt Horſtmar, quaſi iſti Præfecturæ ſubeſſent, referri voluere. Quod fundamentum quia falſum, nec ullo modo ſubſiſtere poſſe edocuimus, cætera omnia corruunt. Secundo deſunt etiam de cætero debita talium inſcriptionum requiſita, ad probandum neceſſaria. Nam quemadmodum libris Dominorum contra ruſticos non creditur, niſi conſentientibus ruſticis fuerint conſcripti, iis prælecti & approbati, per tradita Nicol. de Paſſer. *lib.* 4. *q.* 1. *n.* 8. *Rubr. de libris Dominorum:* de quo in præſenti caſu plane non conſtat: ita multo minus d. Regiſtra ſeu libri æſtimi in præjudicium tantopere intereſſentis Comitis veri Domini ſui, absque ejusdem præſentia ſeu adſenſu & ratificatione concinnari valide potuere. Nec Comiti etiam præjudicat, quod forte dici poſſet, ipſum tales annotationes & exactiones non potuiſſe latere, & tamen ſiluiſſe & paſſum eas eſſe: quia ſcientia & patientia in rebus incorporeis tunc pro traditione non habetur, vel non nocet, quando inferior vel imbecillior patitur aliquid in rem ſuam committi a ſuperiore & potentiore. Nam id potius ex reverentia, aut certe per impreſſionem potentioris, quam ex inferioris & debilioris voluntate & libertate, toleratum fuiſſe cenſetur: prout etiam illis temporibus, & ante obſidionem Monaſterienſem, amicitiam inter Epiſcopos & Comites, multa per reverentiam & imbecillitatem tolerantes, non fuiſſe ruptam, jam ſupra intelleximus: ut proinde potentioris ejusmodi imbecillioris taciturnitas & patientia, neque in poſſeſſorio, neque in petitorio quicquam proficiat.

Maſcard. *de probat. concl.* 1301. *n.* 1. *& ſeq.* Cravet. *conſil.* 643. *n.* 9. *&* 10.

Tertio non ſufficit quoque, incolas annotare & taxare, ſed eos taxam ſolviſſe, per libros rationum clare, perfecte, & concludenter probare oportet. Quod hic factum eſſe non apparet, ſed tantum quædam annotationes ſolutionis imperfectæ, confuſæ, obſcuræ & non concludentes, a Collectore Monaſterienſi factæ videntur.

Ex quibus omnibus ſatis ſuperque liquet, d. Extractibus nullam omnino fidem & vim probandi adſcribi poſſe. Et quod ſi etiam vel maxime poſſet, tamen nihil relevarent, & non alia, quam clandeſtina, aut violenta, adeoque vitioſa poſſeſſio, contra primævam precariam & conditionatam conceſſionem uſurpata, aut certe precaria poſſeſſio, quæ ſimiliter nullius valoris, evinci inde poſſet. Nam quod jus aliquod vel juſtam Reus poſſeſſionem collectandi nonſubditos unquam habuerit, & natura, & legibus impoſſibile eſt, per latius ſupra deducta.

Simi-

Similis quoque farinæ sunt Extractus Regiſtrorum ſub num. Cam. 94. 95. 99. 100. 101. 106. 108. 111. & 112. & proptera eadem quoque, quæ modo dixi, huc repetenda ſunt: niſi quod addendum ſit, ex num. 99. 100. 101. 108. 111. & 112. de nulla plane facta ſolutione collectarum apparere, ideoque adhuc minus eos relevare.

Extractus vero ſub num. Cam. 96. 102. 107. 110. magis contra Producentem, quam pro eo faciunt: quia ex iis clare colligitur, collectas, in annis 1534. 36. 37. 38. & 39. occaſione ſæpius dictorum bellorum conceſſas, per Quæſtorem Steinfurtenſem, & ſic non per Monaſterienſes e pagis controverſis fuiſſe exactas & perceptas.

Æque plus contra quam pro Producente militat numerus Cam. 97. quia Comes ibi erga Epiſcopum Franciſcum a. 1534. proteſtatur, daß er die verwilligte Land-Schatzungen in parochiis Borckhorſt, Lahr und Holtzhauſen, als in ſeiner Jurisdiction, durch die Seine hätte beſchreiben und einnehmen laſſen, und weil ſolche Schatzungen ohne J. F. Gnaden Verkürtzung oder Nachtheil den Münſteriſchen wären gelieffert, ſo hätte er auch zu J. Fürſtl. Gnaden die Vertröſtung, Sie würden Ihm zu Unterhaltung ſeiner Herrlichkeit und Gerechtigkeit gleicher maſſen keinen Einbruch thun laſſen.

Nihil quoque momenti pro Reo afferunt numeri Cam. 104. & 105. quia illæ literæ a. 1536. ab Abbatiſſa zu Borckhorſt, reſpective ad Münſteriſchen Pfenning-Meiſter Hagebock, & Renth-Meiſter zu Horſtmar Dietrich Cloht ſcriptæ, Comitis juri præjudicare minime poſſunt: eoque minus, quia duobus annis ante, nimirum A. 1534. ab illa ipſa Abbatiſſa, vigore documentorum ſub num. 47. & 48. cum Duplicis Steinfurtenſibus productorum, pure contrarium ad Comitem Arnoldum, & quidem cum improbatione des Renth-Meiſters Cloht ſeines Unternehmens und Innovirens, ſcriptum eſt. Sed facta illorum documentorum collatione, iisque altius introſpectis, videntur ſub d. numeris Cam. 104. & 105. latere technæ. Denn weil die Aebtißin in literis ad Comitem ſub d. num. 47. eine diſtinction macht unter Ihren und Ihres Stiffts oder Capitels Gütern, ſo in Comitatu & diſtrictu Comitis, und denen, ſo unter dem Amte Horſtmar gelegen, und des Graffen Meynung zu vernehmen verlanget, ob Sie genanntem Renth-Meiſter von mehreren Gütern, als allein die in ſeinem Amte gelegen, das Regiſter und Tax überlieffern ſolte, weil Sie nicht zweiffelte, Ihro Lbd. würden die eingewilligte Schatzung in Dero Graffſchafft und Gebiethe, bisherigem Gebrauch nach, ſelbſt aufheben laſſen, und aber der Graff vid. doc. num. 48. Ihro per Secretarium anſagen laſſen, bey Ihm zu verbleiben, und die verwilligte Schatzung zu überlieffern, womit Sie, ſamt dem Capitel, auch hertzlich zufrieden, &c. Ideo d. num. Cameral. 104. & 105. non de aliis bonis, ex iisque exactis collectis videntur poſſe intelligi, quam quæ ſub præfectura Horſtmarienſi ſita, eique ſubſunt, non vero de iis, quæ Comitis jurisdictioni ſubjecta.

Porro nec quicquam pro Reo facit numerus Cam. 109. nam ex eo quidem apparet, quod Epiſcopus tempore belli Oldenburgici, ſcil. a. 1538. Abbatiſſam und das Stifft zu Borckhorſt collectis nimium gravarit, non autem quod Comes non ſit in jure & poſſeſſione conſtitutus, conceſſas a ſe ſecundum æquum & juſtum modum collectas in ipſius territorio per ſuos exigendi & recipiendi.

Denique numerus Cameralis 98. magis contra Reum, quam pro ipſo conducit (uti jam ſupra oſtenſum) & numerus 113. ejusdem tenoris eſt cum tranſumpto in ſecundo Rotul. Monaſterienſi ſub num. 15. ad quod ſuperius jam ſatis reſponſum.

Viſis igitur ſic & examinatis hactenus utriusque partis juribus, firmiter concludo, (ſalvo tamen melius ſentientium judicio) Reum neque jus, neque poſſeſſionem habere pagos litigioſos collectandi, ſed Actorem in poſſeſſione immunitatis & exemptionis, juriumque ſuorum, vigore jurisdictionis & ſuperioritatis territorialis ſibi competentium, conſervandum & manutenendum eſſe.

Licet vero originarius Actor querelam ſuam originaliter & principaliter ſuper inique impoſitis ex adverſo & exactis contributionibus in ſæpius d. pagis inſtituerit, Reus etiam non uno loco fateatur, principalem controverſiam pro hac vice in iſto collectandi jure conſiſtere, cætera ſcil. ex eventu judicaturus: cum tamen altius id conſilium occultare non potuerit, ſed cum alibi ſparſim per tota Acta, tum vero nominatim in Productis ſub num. Cam. 61. & 64. non tantum in d. pagos, ſed etiam in oppidum Steinfurt, totumque adeo Comitatum, & ipſius Comitis perſonam ſuperioritatem & univerſalem jurisdictionem, in territorio radicatam, prætendat, adeoque Comitem eximere a conditione immedietatis aperte & directo laboret, & vero hæc connexitatem quandam cum principali negotio habere videantur: ideo ut ea, quæ ſuperius deduximus, magis illuſtrentur, & iniquitas etiam hujus prætenſæ exemptionis juxta eluceſcat, in præcipua argumenta & documenta, quæ ad id ſpecialius directa adducuntur, inquirere, neceſſarium ſimul & utile duxi.

Potiſſima autem fundamenta hæc ſunt, primo quod primordialis Actor ejusque pater & majores ab immemorialibus annis ſemper ſe pro Landſaſſiis & ſubditis Epiſcopatus geſſerint, & qua tales ad Comitia Provincialia vocati, perinde atque alii ſubditi & Provinciales comparuerint: ſecundo quod onera Provincialia ſubierint, indi-

indictionesque & collectas solverint: & tertio quod d. Actor Comes Arnoldus fuerit Episcopi Vasallus, ipsique fidelitatis juramento obstrictus, & mandatis Domini paruerit, ipsique servitia præstiterit.

Ad horum autem omnium veritatem exactius investigandam & manifestandam, a primo suo principio & origine, quantum penetrari ex Actis potest, altius repetendum est, Dominos de Steinfurt, quamvis de cætero suo jure & libertate utentes, ab antiquo bonam semper vicinitatem & amicitiam cum Monasterienſibus colere studuisse; eoque magis, quia multos homines proprios & insignia bona hæreditaria, a ditione sua separata, & extra eam in & sub territorio Monasterienſi sita, possidebant. Et propterea valde ipsorum intererat, salutem Provinciæ curare, Episcopisque & ordinibus se potius jungere, quam ab iisdem alienare.

Quæ causa etiam fuit, quod in commune sedulo consuluerint, sæpius etiam pro communi defensione ac utilitate, fœdera & uniones tam cum ipsis Præsulibus & Cathedrali Capitulo, quam etiam cum solis ordinibus Diœceseos, & cum his quidem aliquando etiam contra ipsos Episcopos, eorumve ministros, tanquam injuste imperantes, & contemptis Provinciæ juribus & privilegiis, quicquid libuerit, justum putantes, diversis temporibus iniverint: uti hoc respective clare videre est ex collatis Adjunctis Duplicarum Steinfurtensium sub num. 25. & 44. item ex transumpto sub num. 6. in Rotul. Benth. nec non documentis, ab ipso Reo 25. Aug. 1582. sub lit. B. F. G. H. productis.

Quæ documenta si accuratius ponderentur, & quidem primo illud, quod sub num. 25. allegatum, ex eo nihil aliud apparet, quam temporale fœdus, quo anno 1384. Monasterienſium Præsul Henricus, tum Johannes & Henricus de Solmis, Domini de Ottenstein, nec non Ludolphus, Dominus de Steinfurt, Consulesque & Senatus Civitatis Monasterienſis, id temporis libertatem adhuc suam tuentis, se invicem ad quatuor annos obligarunt, pro publica Diœceseos utilitate, mutua sibi auxilia præstare mit Land und Leuten und Schlössern, idque contra diffidationes, tunc mirum in modum non modo in Westphalia, sed passim in Imperio grassantes. Contra quod malum etiam alios Principes, Nobiles & Civitates liberas jam longe ante sedulum, quando nimirum ab excessu Friderici II. Imperatoris, longo illo & ad 18. fere annos durante interregno, res Germaniæ in anarchiam & summam perturbationem conversæ erant, & invasiones, rapinæ, incendia & cætera libidines quasi liberales artes exercebantur, ejusmodi fœdera mutuæ defensionis gratia iniisse, ex historiarum monumentis constat. Ex quibus fœderibus illustre inprimis est id, quod anno 1255. nonnulli Principes cum urbibus Rheno adsitis contraxere.

Ex hac autem supra d. confœderatione inæquali, ad reciprocam defensionem icta, & ad certum tempus restricta, nulla certe subjectio Ludolphi Domini de Steinfurt inferri potest, non magis quam supra memorati Nobiles & Civitates liberæ per illud fœdus, quod cum aliis Principibus erexere, se ipsis subjecisse dici possunt. Nam ne quidem in inæquali fœdere perpetuo, nedum temporali, hoc fieri posse, cordatiores JCti & Politici non dubitant. Et hic incidit illustris illa & magnæ utilitatis quæstio, an imperium proprie dictum vel libertatem civilem habere vel retinere possit is, qui inæquali fœdere tenetur? Ad quam quæstionem ego cum Proculo in *l. non dubito* 7. §. 1. *ff. de captiv. & postlim.* affirmative respondeo. Inæquale fœdus autem hic cum Hugone Grotio *de jure belli & pac. lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 21. intelligo, non quod inter viribus dispares initur, quomodo Thebana Civitas fœdus cum Persarum Rege habuit, & Romani olim cum Massilienſibus, deinde cum Rege Massanissa, (uti ex Justino *lib.* 43. discimus) nec quod actum habet transeuntem, ut cum hostis qui sit, ad amicitiam recipitur, dum impensas belli solvat, aut aliud quid præstet (qua de re Valer. Max. exempla refert *l.* 7. *c.* 1.) sed quod ex ipsa vi pactionis manentem prælationem quandam alteri donat; hoc est, ubi alter superior in fœdere est, non quidem potestate vel imperio in alterum inferiorem, sed auctoritate & dignitate, quam inferior comiter observare tenetur, id est: tum operam dare, ut alterius imperium in tuto sit, tum ut dignitas ei constet; ut in fœdere Ætolorum cum Romanis erat, tradente passim Livio: Quod Tacitus in *lib. de morib. German.* imperii reverentiam vocat: ubi de gente Mattiacorum (per quos quidam Interpretes Marpurgenses intelligi volunt) loquens, subjicit, quod protulerit magnitudo populi Romani ultra Rhenum, ultraque veteres terminos, Imperii reverentiam, idque sic explicat: Ita sede finibusque in sua ripa (scil. Mattiaci) mente animoque nobiscum agunt, id est, affectione in Romanos ducuntur, eosque tanquam digniores & potentiores reverentur, non pro dominis agnoscunt. Ibidemque paulo superius de Batavorum cum Romanis societate ita notanter scribit: Manet honos, & antiquæ societatis insigne. Nam nec tributis contemnuntur, nec publicanus atterit, exempti oneribus & collationibus &c.

Et ad hoc genus societatis inæqualis non inepte d. loco refert prælaudatus Autor Hugo Grotius jura protectionis & advocatiæ, quæ uti Advocato seu Prorectori nullam omnino jurisdictionem in clientes tribuunt; ita hujus protectionis pactitiæ inter

inter diſpares hoc eſt proprium, ut potentiori plus honoris, infirmiori plus auxilii deferatur, nulla autem ſervitus vel ſubjectio imponatur.

Hiſce ita explicatis, videndum jam, quid ad hanc quæſtionem JCtus in d. *lege non dubito* §. 1. reſponderit: ſcil. liberum eſſe populum, qui nullius alterius populi poteſtati ſit ſubjectus, etiamſi in fœdere comprehenſum ſit, ut is populus alterius populi majeſtatem vel dignitatem comiter conſervaret.

Hoc enim adjicitur, ut intelligatur, alterum populum ſuperiorem eſſe, non ut intelligatur, alterum non eſſe liberum. Et quemadmodum clientes noſtros intelligimus liberos eſſe, etiamſi neque autoritate, neque dignitate, neque jure omni nobis pares ſunt: ſic eos, qui majeſtatem noſtram comiter conſervare debent (id eſt, qui inferiores in fœdere ſunt) liberos eſſe intelligendum eſt. Atque idem, quod de populo libero Proculus dixit, quin de libero quoque Domino, qui ab alio Domino, autoritate & dignitate majore, cum quo in ſocialem amicitiam coaleſcit, non dependet, pronunciandum ſit, quid vetat? quia utrobique eſt eadem ratio. Nam etiam Regi aut populo nexus feudalis, quo alteri adſtringitur, non demit jus ſummi imperii in ſubditos, quæ libertas eſt civilis: non tantum in feudo libero ſeu Franco (qualia plerumque ſunt Germanorum ditiones, præſertim antiquiſſimæ, & quæ exſtincta ſtirpe Caroli M. jam tum proprio jure a quibusdam Proceribus poſſidebantur, poſtea in Electoratus converſæ) ſed etiam in feudo ligio, quo promiſſa eſt domino opera & fidelitas adverſus omnes, nullo excepto.

Conferat. Grotius *d. cap. num.* 23.

Quod ſi ergo populus vel dominus liber tali fœdere inæquali perpetuo, ſeu quod permanentem prærogativam quandam alteri dat, obligatus, alterius poteſtati non ſubjicitur, ſed liber manet & priſtinum ſuum ſtatum, imperium & dignitatem per omnia retinet; quanto magis in ſocietate inæquali, ad tempus tantum durante, locum id habebit?

Et proinde tantum abeſt, ut ſupra nominatus Ludolphus, Dominus Steinfurtenſis, per illud fœdus inæquale, quod cum Epiſcopo Henrico d. anno 1384. ad certos annos coiit, & in quo is cum cæteris conſortibus inferior, Epiſcopus vero ſuperior fuit, ſe ſubditum ipſius oſtenderit, vel ipſius poteſtatis factus fuerit, ut potius contrarium inde inferatur, quod nimirum non fuerit ſubditus (nam tales confœderationes cum natura ſubjectionis nullo modo conſiſtere poſſunt) ſed quod ſua libertate gaudens, pro ratione & neceſſitate illorum temporum ad mutuam defenſionem tantum ſe ad tempus obligarit, nec tamen per id quidquam amiſerit, ſed priorem ſuam qualitatem, libertatem, privilegia & jurisdictionem integre retinuerit.

Atque hoc non parum confirmatur per aliud ſociale & revocabile ſeu temporale fœdus, quod juxta documentum ſupra ſub num. 6. poſt integrum ſeculum, nimirum circa annum 1484. inter Epiſcopum, etiam Henricum vocatum, ejus Capitulum, & ſæpius jam nominatum Evervvynum Comitem de Bentheim & Dominum de Steinfurt ab una, & Davidem Epiſcopum Ultrajectinum, ejusque Equeſtrem Ordinem & Civitates Daventrienſem, Svvollenſem & Campenſem ab altera parte celebratum apparet, utpote in quo d. Henricus Præſul expreſſe confitetur, quod iſta fœderis obligatio & ſigillatio a Comite Evervvyno non ultra facta fuerit, vel efficaciam habere debeat, quam quoad propriam ipſius perſonam, non autem quoad Ritterſchafft des Stiffts Münſter, quaſi ipſius nomine ad illud fœdus ſeſe obligaſſet. Per quam cautionem ſibi proſpicere Evervvynus voluit, ne, cum una cum Capitulo, Ordinem Eccleſiaſticum Diœceſeos conſtituente, ſe Epiſcopo junxerit, per hoc libertati ſuæ præjudicium fieret, quaſi hoc tanquam Membrum Equeſtris Ordinis, & ejus nomine feciſſet.

Quibus ſi addantur tranſumpta ſub num. 7. & 8. in Rot. Benth. jam ſæpius allegata, ex iis ſocietatis & libertatis inſigne vel eo ipſo adhuc magis clareſcet, quod idem ille Evervvynus tributis contemni noluerit, cum majoribus ſuis Dominis Steinfurtenſibus exemptum ſe oneribus & collationibus Monaſterienſium proteſtatus.

Quemadmodum vero plerumque accidit, ut, qui ſuperior eſt in fœdere, ſi is potentia multum antecellat, paulatim ſummum imperium in minores ſocios uſurpet: quomodo apud Tacitum *lib. 4. hiſtor.* Claudius Civilis Batavus de Romanis conqueritur, non jam ſocietatem, ut olim, ſed tanquam mancipia haberi: ita & Comites Steinfurtenſes, perinde ut Dominos de Gehmen & alios infirmiores, progreſſu temporis ſub Epiſcoporum imperium per vim, quamvis irrito conatu, reduci voluiſſe, non obſcure ex Actis patet, de eoque Advocatus Actoris palam in Productis ſub num. Cam. 142. & 172. queritur, ut ſupra plenius notatum.

Cum e diverſo priori ætate Domini Steinfurtenſes tanto honore & autoritate apud vicinos Monaſterienſes habiti ſint, ut etiam Ordines A. 1364. Dominum de Steinfurt Protectorem Diœceſeos ſibi adſciverint & elegerint, eamque electionem & aſſumptionem ipſe quoque Præſul Florentius eodem adhuc anno confirmaverit: uti hoc ex numero Camerali 147. inibique num. 4. & 5. ſatis conſpici datur.

Quantum porro Conventiones, transactiones & confœderationes, ſub num. 44. & lit. B. F. G. & H. ſupra citatas attinet, quas Domini & Comites Steinfurtenſes reſpective in annis 1346. 1368. 1452. 1466. & 1519. perinde ut alii vicini Comites & Domini, cum Ordinibus Diœceſeos pro bono publico iniverunt, & quidem vigore lit. G. & H. & num. 44. cum ſingulari præeminentia, tanquam Edelmänner ſecundum excellentiam conſiderati, & a Monaſterienſi Nobilitate diſtincti & ſeparati: eæ quidem pactiones, uniones & confœderationes in ſola perſonali obligatione conſiſtunt, qua alter alteri operam, præſidium & tutelam pollicitus eſt, ad defendendum omnium & ſingulorum jura & privilegia, adverſus Epiſcoporum, eorumve Præfectorum & Officialium injurias & oppreſſiones: exinde vero nullum certum & concludens argumentum ſubjectionis Comitum Steinfurtenſium ſumi poteſt.

Nam inter illos confœderatos etiam recenſentur, & quidem in doc. H. Evervvynus Comes de Bentheim pro ſe, & qua Tutor Arnoldi Comitis Steinfurtenſis (qui & ipſe minorennis interfuit) item Jodocus, Comes de Holſtein & Schavvenburg, Dominus de Gehmen: quos tamen Comites & Dominos jam longe ante annum 1519. quo iſta fœderatio concluſa eſt, Conſortes Imperii & Status immediatos fuiſſe, demonſtrant diverſæ Matriculæ, ſub num. Cam. 145. & num. 49. (qui reperitur inter Adjuncta Duplicarum Steinfurtenſium) ad Judicium traditæ, & alias quoque in Imperio notiſſimum eſt.

Quare nihil aliud dicendum & concludendum eſt, quam quod iſti, quos dixi, Comites & Domini talia fecerint, promiſerint & declararint, non qua Status & Membra Imperii immediata, ſed tanquam fœderati & Intereſſentes ratione particularium bonorum & hominum ſuorum, in & de territorio Monaſterienſi exiſtentium, ſalvo interim ſuo ſtatu immediètatis & libertatis. Prout etiam ab Actore noſtro in ſuis Reſponſionibus num. Cam. 16. ad art. defenſ. 18. 19. 20. 25. 30. 31. 33. & 35. item in ulterioribus Reſponſionibus num. Cam. 27. ad art. 18. 19. 20. 21. & 35. nec non in Exceptionibus num. Cam. 53. reſponſum, & ex adverſo non enervatum eſt, Dominos & Comites Steinfurtenſes talia, quæ præmemorata ſunt, feciſſe, uti & ad conventus Provinciales comparuiſſe eorumque Receſſus, die Land-Tages-Abſchiede, ſigillaſſe, collectas, in quas favore & precario, & ad certum tempus & finem conſenſerint, ſolviſſe, easque in commune ærarium, ſub certis tamen conditionibus, juriumque ſuorum reſervationibus & aſſecurationibus de non præjudicando vel in jus trahendo intuliſſe; Comitem Arnoldum etiam Diœceſeos vel Epiſcopi Landſaſſium & Vaſallum, eique juramento obſtrictum eſſe: non ratione ditionis vel Comitatus Steinfurtenſis, immediate Imperio ſubjecti, eoque pertinentium pagorum controverſorum, ſed reſpectu lautiſſimorum bonorum, jure ſucceſſionis vel hæreditatis ad ſe devolutorum, & extra Comitatum in & ſub diſtrictu Epiſcopatus poſſeſſorum: quorum amplitudine (uti in ſpecie in d. Exceptionibus ait) ſupra omnes ex Monaſterienſi Nobilitate eminuerint. Quæ etiam bona, poſſeſſiones & homines ipſorum ſpecificantur reſpective in d. Ulterioribus Reſponſionibus ad art. 21. nimirum Caſtrum & oppidulum, das Haus und Flecken zu der Gronaw, item in Producto ſub num. Cam. 142. quinque ſedes nobiles, fünff Ritter-Sitze in den Kirchſpeln Bühren, Saltzbergen, Nyenkirchen, Rhen, Meſumb, und Ehmsdetten, illisque in locis ultra ducentos & quinquaginta homines proprios. Ad quæ Procurator Rei in Replicis numer. Cam. 162. fol. 24. nihil aliud reſpondet, quam quod ſe ipſum confundens, certum eſſe dicit, quod a temporali Epiſcopo & Domino territoriali nemo ad Comitia Provincialia vocetur & admittatur, niſi qui ſit ſubditus, & præterea etiam in Diœceſi poſſideat tale Caſtrum nobile, & ortu ita qualificatus ſit, uti Tabula provincialis, die Land-Taffel, requirat. Quod vero Actor dicat, talem comparitionem, reſpectu bonorum in Epiſcopatu ſitorum, non autem ratione Steinfurt vel Comitatus Steinfurtenſis factam eſſe, id dicere non ſufficiat, ſed bona illa in ſpecie deſignare neceſſe ſit, de quibus vel quorum contemplatione convocatus comparuerit, de qua ſpecifica deſignatione hactenus altum ſit ſilentium.

Sed hæc omnia fruſtra adducuntur ad refellendum id, quod refelli debebat, & e contra intentionem probandum. Nam cum Actor ſatis luculenter & ſpecifice deſignarit das Haus und Flecken zu der Gronaw, item die fünff Ritter-Güter, quorum intuitu bonorum diætas Provinciæ, æque ac majores ſui, frequentarit, non niſi cavillatorie & fruſtratorie objicitur, quod de ſpecifica deſignatione altum hactenus ſit ſilentium. Sed Rei partes fuiſſent, id, quod tam clare ſpecificatum & exceptum, replicando, ſi potuiſſet, elidere, & e diverſo comprobare, quod Domini & Comites Steinfurtenſes, qua tales, vel ratione iſtius ditionis ſeu Comitatus, ad diætas Provinciales venerint & ſubjecti fuerint, quia publica juris præſumptio ex Matricula Imperii, in qua d. Domini & Comites per ſuperius tradita ab antiquiſſimis temporibus reperiuntur, probationem contrarii in adverſarium rejicit, per notata Gail. *de arreſt. Imperii cap.* 7.

7. *n.* 4. & alias etiam jure gentium regulariter quilibet præsumitur liber, donec contrarium probetur, per textum in *l. ff. de stat. hom.* Quæ probatio adeo a Reo præstita non est, ut potius multo maxima pars testium, videlicet 4. 5. 6. 7. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 27. 28. 29. 30. 31. 36. 41. 42. 43. & 45. ad Interrogator. speciale primum in Rot. Benth. deposuerint, quod Actor ipsiusque majores quidem ad Comitia vocati comparuerint: sed expressis verbis notabiliter addunt, quod de eorum interrogata subjectione, an scil. vid. Interrogatorii primi, ultra hominum memoriam semper Episcopatui & Episcopis Monast. subjecti fuerint, nesciant: ita ut ne quidem de simplici aliqua subjectione, nedum de qualitate subjectionis, quod scil. ratione ditionis Steinfurtensis subjecti fuerint, aliquid sciant.

Ex prædictis igitur fluit magna illa & dubia quæstio: an Status Imperii immediatus ratione talium possessionum seu bonorum, castrorum, oppidorum &c. quæ extra Comitatum vel Baronatum, in alterius Status territorio sita, & de territorio sunt, ejusdem censeri debeat subditus & Landsassius? De qua quidem quæstione occasione mandatorum super Constitutione pignoratitia respectu talium bonorum mediatorum decernendorum, jam olim in sublimi hoc Imperii Judicio diversas fuisse opiniones, video ex SConsulto Cameræ d. A. 1594. Dub. 12. apud Gylman. *tom.* 1. *part.* 3. *pag.* 135. Sed & eandem quæstionem in diversis Deputationum Imperii Conventibus ventilatam, nondum tamen plenaria Statuum decisione expeditam esse, constat ex *Recess. Imperii d. A.* 1594. §. **Weiter und als wir.** 49. *juncto* §. **Was und so viel.** 97. *& Recess. Deputat. d. A.* 1600. §. **Es haben uns.** 153. Et ipsam etiam definitionem der Landsasserey periculosam, & multis Imperii Conventibus sollicite & curiose quæsitam, nondum tamen inventam esse, scribit

Wahremund ab Ehrenberg *de fœder. l. 2. cap.* 1. *n.* 40.

Quapropter & quia etiam in præsenti casu Actor noster in d. Ulterioribus Responsionibus ad art. defens. 21. uti & d. Exceptionibus suis num. Cam. 53. ipse fatetur, se ratione supra dictorum bonorum, in Episcopatu extra Comitatum sitorum, esse ejusdem Episcopatus Landsassium & Vasallum, **des Stiffts Hintersaß und Belehnten**, Membrumque & Caput Ordinis Equestris, missis opinionibus de priori quæstione, id saltem disquirendum restat, utrum de cætero d. Actor nihilominus Immediatus per omnia maneat & haberi debeat?

De quo quidem vix puto aliquem futurum, qui ambigat, vel probabiliter saltem dubitandi causam habere possit. Hoc enim casu talis Status duplicem personam diversis respectibus sustinere & repræsentare dicitur, unam Imperialem, alteram Provincialem, idque utrobique æque principaliter.

Posse autem unum eundemque hominem diversis respectibus & qualitatibus, duplicem referre personam, diversoque jure censeri, in jure notissimum, & in Imperio multis illustribus exemplis comprobatum est: quorum nonnulla Gailius recenset. d. *tract. de arrest. Imper. cap.* 6. *n.* 15. & *num.* 16. in terminis scribit, quod sit notorium, per totam Germaniam multos esse Comites & Barones, qui etsi feuda dignitatum & nobilia ab Imperatore recognoscant, ideoque inter Status Imperii referantur; tamen, quia in aliorum Principum Provinciis dominia quoque & domicilia vel bona sua habeant, eorum respectu pro subditis illorum Principum indubitate haberi; & proinde ad onera & munera talium Provinciarum, æque atque alii Provinciales, teneri: ut in Austria, Bavaria, Saxonia, Marchia, Hassia & aliis Provinciis, in personis tam ecclesiasticorum quam secularium Statuum perspicuum sit. Quibus addi potest, quod Actoris Procurator, vigore documenti sub num. 42. Duplicis Steinfurtensibus annexi, ex Archi-Diœceseos Colonienſis descriptione, autore Streversdorffio an. 1670. edita, allegat, comparere nimirum ad Comitia Archiepiscopatus Colonienſis quosdam immediatos Imperii Comites & Dominos, ob respectum quorundam illic sitorum bonorum, qui tamen de cætero soli Cæsari & Curiæ Imperiali immediate subsint. Esse namque in ista Archidiœcesi quatuor Ordines, primo **das Thum-Capitel**, secundo **die Edelmänner** κατ' ἐξοχήν, hoc est, **die Grafen und Herren**, tertio **die Ritterschafft**, und quarto **die Haupt-Städte**. Apparere id etiam (uti porro in d. Duplicis affert) ex nota Unione Colonienſi de an. 1463. typis excusa, quam primo loco Capitulum, tum **Gerhard Graff zu Sayn, Wilhelm Graff zu Virnenberg, Johann Herr zu Reifferscheid, Graff zu Salm**, & alii **als Edelmänner, dein die Ritterbürtige wegen der Ritterschafft**, & postremo **die Städte** sigillarint. Simili modo fuisse quoque in Episcopatu Monasterienſi quatuor ordines, **das Thum-Capitel, die Edelmänner oder ohnmittelbare Graffen und Herren**, (scil. ratione certarum possessionum in Diœcesi sitarum) **und dann Ritterschafft und Städte.** Et sane hoc facile datur cognosci non tantum ex transumptis sub num. 79. & 80. in Rot. Benth. sed etiam ex documentis, a parte ipsius Rei sub lit. G. & L. 25. Aug. 1582. exhibitis.

Neque tamen ex hac distinctione diversarum qualitatum Imperio & Statui ejusque digni-

dignitati, immedietati & libertati aliquid decedit; Sed qui Status Imperii eſt, manet integre Status Imperii, cum omnibus ſuis qualitatibus, privilegiis & juribus Imperii, ſtationem & ſuffragium in Conventu Imperiali retinet, ſoli Cæſari ſubditus eſt, & alium ſuperiorem non recognoſcit. Qui vero diverſo reſpectu etiam alterius Status homo jurisdictionalis & ſubditus eſt, ſubjectionis onera patienter ferre, & parate ſubire debet: cum hoc caſu Status, ut ſupra dixi, duplicem perſonam ſuſtineat, unam Imperialem, alteram Provincialem.

Quæ qualitates plane diverſæ & ſeparatæ, in eodem ſubjecto, citra ejus corruptionem, ſimul conſiſtere poſſunt, nec ullam inter ſe ex natura ſeparatorum continent repugnantiam, neque per actum unius impeditur adminiſtratio alterius, uti hæc latius proſequitur

Gail. *d. cap. 6. per tot.*

Et quid multis? Res eſt publica Imperii lege in Comitiis Auguſtanis anno 1548. §. **Wiewohl auch in der Ringerungs-Handlung.** 66. clare deciſa: ubi etiam porro §. **Auch der Graffen.** 71. de Comitibus Tübingenſibus in ſpecie diſponitur, **daß ſie als Graffen des Reichs ihrer Güter halben, ſo Sie ohne Mittel im Reich haben, in des Reichs Anſchläge gezogen werden mögen; aber der Pfandſchafften, auch eigener oder Lehn-Güter halben, ſo Sie von Sr. Liebden** (ſcil. Ferdinando Rege Romanorum) **und in derſelben Oeſterreichiſchen Erb-Landen haben, vom Reich billig unbelegt bleiben ſollen.**

Ex quo perſpicuum, quod, ſicuti eadem perſona diverſis qualitatibus prædita, pro diverſa habetur: ſic unus idemque pro diverſitate bonorum, quæ poſſidet, ratione quorundam (quæ ſcil. non jure Imperii, ſed principaliter jure Provinciali, tanquam ſubditus ejus loci, ubi bona ſita ſunt, cum onere ſubjectionis tenet) ut mediatus, ratione aliorum, (quæ nimirum libera & immediate ab Imperio dependentia poſſidet Jure Imperii) ut immediatus cenſeri poſſit. Qua de re plura vid. apud Zachar. Viet. *d. exempt. concl.* 28. & Ziegl. *comm. concluſ.* §. *Landſaſſii n.* 52. *& ſeqq. n.* 63. 74. 75. *&* 79. Quanquam Gylmannus plura adducat præjudicia Cameralia, in quibus quoad Conſtitutionem pignorationis & arreſtorum, quæ immedietatem tam a parte Actoris quam Rei requirit, perſona Imperio immediate ſubjecta, etiam ratione talium bonorum, mediate Imperio ſubjectorum, pro immediata habita, nec medietas vel conditio bonorum, ſed dignitas & qualitas perſonæ attenta eſt. Cum quibus & ego ut tranſirem, non deſunt rationes, de quo tamen hic prolixior eſſe nolo.

Ex quibus omnibus conficitur, quod, etſi Actor reſpectu ſupra ſpecificatorum bonorum, quæ jure proprio vel feudali in Diœceſi extra diſtrictum Comitatus poſſedit, ad inſtar majorum ſuorum ab immemoriali tempore ſemper ſe pro Landſaſſio & Vaſallo Epiſcopatus geſſerit, ad Comitia Provincialia vocatus acceſſerit, eorundem Receſſus inter cæteros ordines ſubſcripſerit vel ſigillarit, onera & penſitationes Provinciæ ſuſtinuerit, mandatis Epiſcopi paruerit, ipſique debita officia præſtiterit, per hoc tamen qualitati immedietatis & Status Imperii in d. Actore nihil omnino derogatum ſit, ſed quod talis integre manſerit, cum omnibus ſuis qualitatibus, libertatibus, privilegiis & juribus Imperii.

Quocirca etiamſi ea omnia, quæ modo enarravi, per infinitos teſtes & documenta probata a Reo fuiſſent, nihil tamen hoc relevare poſſet: ſed cum ſit vehemens præſumptio pro Matricula Imperii, pro fundanda ſua intentione & Actore eximendo, illud præciſe docere debuiſſet, d. Actorem talia feciſſe & præſtitiſſe, ut Comitem Steinfurtenſem, vel ratione ejusdem Comitatus, ipſique eo intuitu & reſpectu immediate eſſe ſubjectum, nec votum & ſeſſionem in Comitiis, nec feuda in Imperio habere, vel etiam eximendum ultra hominis memoriam Imperio nihil penſitaſſe aut contribuiſſe, vel contra iſtas penſitationes ſingulariter & legitimo modo privilegiatum eſſe, ſecundum præſcriptam formam procedendi & probandi in *Receſſu Auguſtano de A.* 1548. §. **Wann auch ein ausgezogener.** 56.

Quorum nullum cum Reus præſtiterit, ſed potius contrarium & omnia requiſita Status Imperii, in Actore concurrentia, ſecundum ſuperius deducta per ipſum ſole meridiano clarius edocta ſint, certe cuncta Rei argumenta, atteſtationes, documenta, & quicquid ad fundandam ejus intentionem ad ſpeciem conquiſitum & compoſitum eſt, uno quaſi ictu convelli, & in nihilum recidere neceſſe eſt. Sed ut judiciali etiam confeſſione Reus convincatur, ſingulariter notandum eſt, quod ejusdem Procurator in Exceptionibus, contra Commiſſarios 20. Junii 1550. ſub num. Cam. 20. productis, diſertis & claris verbis propoſuit, videlicet: **Uber das ſeynd auch die Ernennte zu Commiſſarien alle auſſerhalb des Reichs geſeſſen, und will ſich nicht wohl gebühren, dieweil im Reich noch viel andere geſchickte und anſehnliche Perſonen zu befinden, daß die Zeugen-Verhör dieſer Sache, NB. ſich zwiſchen hohen Ständen des Reichs haltend, Fremden und Ausländiſchen, die dem Reich nit zugethan, befohlen und committiret werde.**

Et paulo ſuperius in eodem Producto verſic. **Und wiewohl** ꝛc. ibi: **In ſo wichtigen Sachen, und zwiſchen ſo hohen Partheyen** ꝛc.

Qua judicialiter facta confeſſione cum ipſemet Reus Actorem pro Conſorte & pari Statu Imperii apertiſſime agnoverit, quid aliud dicendum, quam quod par in parem non habeat imperium, & quod hæc ipſius

Rei

Rei confessio omnes probationum species superat? Ut taceam, quod Rei Procurator etiam in Responsionibus suis num. Cam. 17. ad artic. positionalem primum in puncto fractæ pacis, item in Responsionibus num. 18. ad articulum tertium & quintum in puncto mandati, Comiti immedietatem & omnem superioritatem ac jurisdictionem tam civilem quam criminalem, alle hohe und niedere Oberkeiten, Herrlichkeiten und Gerechtigkeiten, cum mero & mixto imperio, quoad oppidum Steinfurt, eo ipso concedit: quod ad istos articulos, in quantum pagos controversos attinet, per verba (non credit) respondendo, semper d. oppidum expresse excipit.

Sed & multo adhuc clarius & plenius in Replicis sub num. Cam. 56. diversis in locis, ut fol. 5. 17. & 111. rotunde confitetur, daß das Städtlein Steinfurt dem Graffen mit aller hohen Oberkeit und Gerechtigkeit alleine zuständig sey. Item fol. 21. Daß der Graff auch alle Oberkeit habe über seine eigenhörige Leute, vel homines proprios & adscriptitios glebæ, tam in d. oppidulo, quam ruri in pagis litigiosis degentes. Absurde autem & contra notorietatem Actorum excipit die Jurisdiction über die andere Unterthanen in selbigen streitigen Kirchspieln, quasi vero der Graff selbige allein Pfands-weise inne hätte.

Illud vero maxime futile & putidum, quod postea in Producto sub num. Cam. 61. istam judicialem confessionem in d. Replicis multoties factam, quasi per eam adhuc multum peccatum vel erratum sit, revocare, & tanquam erroneam corrigere conatus sit.

Nam posito etiam, quod talis revocatio & correctio jure valere posset, certe priores confessiones in d. Responsionibus, maxime vero in supra allegato Producto sub num. Cam. 20. tam luculenter & illimitate factæ, nunquam revocatæ sunt: ita ut, quoquo se vertat Reus, elabi non possit, sed præter alias evidentissimas & liquidissimas probationes, etiam propriis suis confessionibus constrictus teneatur. Sed de inepta illa & cavillatoria revocatione, ante memorata, ne quidem amplius quid dicendum. Illud autem sicco pede prætereundum non est, quod Advocatus Rei Comiti & Statui Imperii, quem ipse Episcopus Franciscus, originarius Reus, prædicto modo pro tali & Pare Curiæ Imperialis judicialiter agnovit, & in pari secum gradu collocavit, superioritatem & omnimodam jurisdictionem solummodo in oppidum Steinfurt und über die arme eigenhörige Leute, attribuere non erubuerit, quasi vero integer Comitatus duntaxat in illo oppidulo & hominibus propriis, seu glebæ addictis, consisteret, & Domini & Comites Steinfurtenses ratione tam exiguorum redituum, ex isto tenui oppidulo & hominibus propriis vel prædiolis & glebis, quæ colunt, provenientium, ad tantam quotam Imperio solvendam æstimati fuerint, uti ex supra adductis Matriculis videre licet. Sane hoc foret contra omnem æquitatem, symmetriam & proportionem facultatum & proventuum, secundum quæ quemlibet Imperii Statum censeri & taxari debere, ex Imperii Recessibus constat. Ideoque merito remissionem collectarum Imperialium, pro rata bonorum & reddituum, habere & moderari deberent: per tradita Mynsing. *Cent.* 3. *Obs.* 34. *n.* 1. 2. *&* 3. & Gail. *lib.* 1. *obs.* 21. *n.* 18.

Non enim debent onera facultatibus, quarum contemplatione præstantur, majora esse. Ad quod sunt multi textus notabiles tam in ff. quam Cod. a Gailio allegati *num.* 19. *eod.* In summa, ficta, affectata & absurda omnia, explosione magis quam refutatione digna.

Quanquam vero ex parte Rei injusta & mala causa ex iis, quæ dicta sunt, satis superque appareat, adeoque ulteriori ejusdem disquisitione supersederi posset: quo tamen nihil ex Rei productis juribus intactum relinquamus, quod ad rem facere vel veritatem magis illustrare videri possit, cætera quoque, quæ restant, documenta, & quidem potiora tantum & digniora inspicere & examinare non piguit.

Et quidem Extractum Münsterischen Land-Tags-Abschieds d. A. 1559. sub num. Cam. 59. productum quod concernit, is nihil relevare pro Reo potest. Nam quia Comes etiam pendente jam hac lite istum Recessum una subscribere non dubitavit, eo ipso data opera ostendere voluit, se id non alio intuitu & respectu facere, quam sæpe designatorum bonorum, in Episcopatus districtu extra Comitatum constitutorum, minime vero ratione Comitatus. Nam alias per talem actum, qui ab ipsius potestate dependebat, in lite & juribus suis non præsumitur sibimet ipsi voluisse præjudicare.

Atque hoc evidenter apparet ex notabili subscriptioni addita clausula: **Mit Vorbehalt voriger** *Protestation* **und Rechten, so auf letzten und anderen Land-Tagen stets eingegeben seyn worden.** Qualis protestatio non in vanum adjecta, sed per eam jus suum prudenter & efficaciter sibi reservavit Comes.

Nec majoris efficaciæ est copia literarum, de dato 10. Jan. 1536. num. Cam. 77. signata, quibus Episcopus Franciscus ad rogationem Comitis Arnoldi, apud Cameram hanc Imperialem pro ipso intercessit, daß er, Graff Arnold, des Fiscalischen Processi, so zu Eintreibung seines Antheils der zu Coblentz und Worms wider die Wiedertauffer zu Münster eingewilligten Anlage wider ihn erhoben, möchte entlediget werden.

Nam etsi Comes talia ab Episcopo rogarit, non tamen id eo animo feciſſe censendus est, quasi per hoc plane eximi per Episcopum a Collectis Imperialibus vellet. Sed quia tempore istius belli, ut bonus & maxime interessatus vicinus, amicus & adsociatus Diœceseos, una cum subditis suis tam ex Comitatu Bentheimensi (in quem tamen nihil juris ab Episcopis unquam prætensum) quam Steinfurtensi, fidelem operam & subsidia militaria, jam abunde satis ultro & liberaliter præstiterat, adeoque grave sibi nimis & iniquum putavit, ut nihilominus ad solvendam adhuc quotam suam collectarum Imperialium, in eundem finem belli decretarum, constringeretur, sicque duplici onere gravaretur, (uti hoc respective ex d. literis, & inter Adjuncta Duplicarum Steinfurtensium numero 31. videre est) ejusmodi Interceſſionales ab Episcopo ideo petiisse credendus est, ut ejusdem autoritate & testimonio subnixus, a Fiscalibus exactionibus pro ista vice eo facilius & citius liberaretur. Quod enim uno in loco quis jam solvit vel præstitit, alio loco solvere non tenetur.

Meichsner. *tom.* 2. *lib.* 1. *dec.* 8. *n.* 57.

Et sane Comitem ista interceſſione animo se eximendi usum fuisse, vel etiam Episcopum per hoc possessionem vel quasi exemptionis sibi acquisiviſſe, æque minus ex dictis Episcopi literis inferri potest, atque hoc ex aliis literis interceſſionalibus sub num. Cam. 78. quas & ipsi Diœceseos ordines ad Comitis preces eodem anno, & in eundem finem similiter ad Cameram exararunt, inferri & concludi potest. Nam si talis illatio procederet, illud inde absurdum sequeretur, quod etiam Status mediati possessionem exemptionis in Statum Imperii immediatum per istiusmodi interceſſionales sibi quæsiviſſent.

Quod vero Episcopus in d. suis literis pro ratione remiſſionis Fiscalium exactionum vel proceſſuum addidit, weil die Herrſchafft Steinfurt immediate im Stifft Münſter belegen ꝛc. ad hoc ex parte Actoris in Actis respondetur, istas literas Comiti Arnoldo nunquam esse visas, adeoque ipso ignorante talia esse scripta. Quapropter cum epistola illa clam Comite in talibus terminis concepta sit, ejusmodi narrata ita clandestine in favorem eximere cogitantis facta, nullum Actori præjudicium generare possunt, nec ullius sunt valoris.

Æque minus præjudicare Actori potest, quod vigore numeri Cam. 79. d. Comes Arnoldus Episcopo gratias pro d. sua interceſſione egit, ipsiusque auxilium, favorem & gratiam in hoc ulterius petiit. Id enim urbanitatis & speratæ utilitatis, minime vero eximendi sui causa ab ipso factum esse, vel mediocriter sapiens intelliget. Præterea ex illis ipsis Comitis literis notandum, quod non scriptæ sint, ut ab exempto vel eximendo Statu, & per consequens Landsassio vel subdito, ad eximentem Dominum territorii, sed tanquam a pari ad parem Statum, per verba: **Mein freundwilliger Dienst ist Ew. F. Gnad. stets voran bereit**: Item: **Derhalben ist meine unterdienstliche Bitte und Begehren**, nulla facta mentione **von unterthänig**, quemadmodum subditis ad Dominum territorialem scribere convenit.

Quod vero Episcopum non tantum in his, sed etiam pluribus literis vocat **seinen gnädigen Herrn**, id non tantum ab ipso, ceu ratione certorum bonorum ejusdem Vasallo, factitatum esse dicendum est, sed etiam per reverentiam, tanquam erga Statum superiorem, non quidem imperio, sed autoritate, dignitate & ordine: prout adhuc hodie videmus, Principes Electores a Comitibus Imperii prædicari **gnädigste Herren**. Quis tamen diceret, eos propterea Electoribus esse subjectos?

Quantum porro transactionem, inter Episcopum Bernhardum & Comitem Arnoldum, prioris sæpius nominati Arnoldi filium, an. 1564. super litigiosis collectis & aliis controversiis initam, & per Extractum seu clausulam sub lit. Q. & num. Cam. 81. productam, attinet, cujus clausulæ vi invicem conventum, ut facta a Comite inhibitio de non exsequendo mandata Monasterienſis Officialis seu Commissarii vel Vicarii Generalis, statim tolleretur, & proceſſibus d. Officialis in quatuor pagis controversis juxta receptum usum, liber relinqueretur cursus, e contra vero indictum ex parte Episcopi arrestum & interdictus Commerciorum usus cassarentur, nec non captivi Comitis Officiales & subditi relaxarentur: illud equidem documentum non tantum in se ipso jure nullum est, sed etiam parcendæ famæ præstitisset, plane omisisse, quam attulisse.

Nam per hoc adversæ parti occasio videtur data, in sæpius allegatis Duplicis Steinfurtensibus clarius manifestandi, quam atroci vi ista transactio a d. juniore & infirmiore Comite fuerit extorta: dum virtute documenti d. Duplicis sub num. 38. affixi, Episcopus Comiti, ejusque Officialibus & Subditis Steinfurtensibus cuncta victualia seu commeatus, commercia, pensiones & reditus intercluſit & detinuit, publicato desuper Mandato sub gravissima pœna duorum millium florenorum aureorum, eo fine & intentione, ut sæpe dicti pagi hoc durissimo medio ad exsolutionem iniquarum collectarum, durante hac lite, compellerentur: nec antea d. Mandatum tolli voluit, donec Comes, tantis constrictus angustiis, ad ineundam d. transactionem coactus fuit.

Quod certe uti contra ipsum jus gentium est, in communi societatis humanæ utilitate & necessitate fundatum; quemadmodum

Materialia causæ si consideremus, in Actis prioribus neque libellum, neque implorationem Actoris primam offendere licuit; Ex refutatione tamen exceptionum & citatione reproducta Act. prior. f. 12. conjicio, non tam in contractu venditionis sub [5] & hypotheca pro evictione constituta, (cujus non nisi incidenter mentio facta in Actis prior. f. 119. & in [47] f. 3. Actorem posuisse agendi fundamentum, cum actio empti personalis, & hypothecaria realis locum habuisset haud dubie: Act. prior. sub [12. b.] fol. 5. 6. 7. 8. 9. 11. inprimis fol. 33. 34. 63. 64. Sed potius innixum esse Actorem rei judicatæ sive sententiæ An. 1658. publicatæ. Act. pr. sub [12. a.] f. 163. 166. seq. 180. Actionem judicati non male vocares ejusmodi implorationem, quæ etiam contra hæredes datur & omnes, in quibus est eadem condemnandi ratio.

Act. prior. [12. b.] & [12. a.]

Lynkerus *decis.* 156.
Carpz. 1. *resp.* 22. *& decis.* 254.

Hæc

Hæc igitur qua ratione ab Actore fuerit probata, jam erit indagandum.

An Actio probata?

Act. prior. f. 35.

Verba Sententiæ, quam Actionis sive implorationis fundamentum præcipuum esse diximus, sunt hæc: Daß denen Oestinghausischen Interessenten der Regreß gegen einander vorbehalten, und sie deshalber ad separatum processum verwiesen seyn sollen.

Ergo duo erant probanda Actori:

(1) Esse reos B. de Billehe ex iis, qui vocantur Oestinghausische Interessenten.

(2) Constare ex sententia, quid, ex qua causa impleta, liquidum esset deberi. Hoc enim nisi sit certum, processui executivo locum non esse infra ostendemus, ubi gravamina, ob quæ appellatum, speciatim examinabuntur.

Prius ab actore satis esse probatum, in examine exceptionis præjudicialis elucebit.

Posterius ut ex sententiæ verbis constet, tantum abest, ut potius contrarium ex iis sit apertum.

Nam si separato processu erat tractanda causa evictionis, sequitur, in eodem definiendum fuisse quantum, modumque præstandæ evictionis. Quorum neutrum cum ex sententia constet, imo maxime disputetur, concluditur ex sæpe dicta sententia Anni 1658. intentionem Actoris male fuisse probatam.

Actio an elisa?

[12. b.] f. 1. sq.

Inspiciamus porro reorum exceptiones, atque ex iis præ cæteris præjudicialem, qua Rei appellantes utuntur, negantes, esse se hæredes Principis Stabulensis, adeoque neque ex ejus contractu, neque re judicata teneri.

Exceptio præjudicialis: Non sum hæres.

[12. b.] f. 60.

Exceptio hæc tametsi ad decisionem causæ hujus ultimo non faciat, ut infra elucebit, cum tamen uterque Actor & Reus eam magno nisu defenderint & impugnaverint, ita ut maxima Actorum pars eidem sit insumta; Nobis etiam eidem erit paulisper immorandum.

Replicat itaque Actor:

ibid. f. 33. 66. & [12. a.] f. 31.

(1) Esse reos P. de Stablo proximos cognatos, ergo hæredes præsumendos.

(2) Possidere res hæreditarias mobiles, speciatim documentum sub [6]

[12. a.] f. 116. 119. 263. [59] f. 1. junct. Act. [60] f. 17. 29. 37. [12. a.] f. 116. 117. [60] f. 17. 37. [47] f. 3. [59]

(3) Possidere bona immobilia hæreditaria, Castrum Hollingkofen, aliaque allodia ei conjuncta.

(4) Gessisse se semper pro hæredibus, transigendo cum Creditoribus, solvisse æs alienum, non confeciſſe inventarium.

(5) Confessos esse titulum hæredum in Actis contra Duker.

[12. a.] f. 119. 234. 239.

(6) Renunciasse etiam in literis ad Fürstenbergium huic exceptioni.

Duplicant Rei:

(1) A cognatione ad præsumptionem hæredis non valere consequentiam.

[12. b.] f. 48. b. [12. a.] f. 59. 89.

(2) Negant possessionem Mobilium titulo hæredis, cum alius adsit, cessionis, emptionis.

[23] f. 5. junct. [9] Doc. sub [26] [10] [12. a.] f. 88. [66] f. 14. 15.

(3) Hollingkofen esse feudum non hæreditarium, sed masculinum, per literas investituræ sub [60] [10] neque ei cohærere allodia.

[66] per totum. [66] f. 2. 10. 19. 23. 25. 30. [23] f. 13. 14.

(4) Gestionem pro hærede negant, successisse se in locum Creditorum.

(5) Verba transactionis cum Dukero in sensum anomalum trahuntur.

(6) Ex epistolis renunciationem probari non posse.

Meum ut de dicta exceptione, replica duplicaque expromam judicium, operam sum daturus, ut jura factis distincte accommodentur. Dicam prius de jure. Aditio hæreditatis præsumitur in descendentibus

Membr. 1. Replicæ.

L. 14. *de suis & legit. hær.*
Mev. 3. *d.* 100. *&* 8. *d.* 193.

non in collateralibus, qui sunt hæredes voluntarii, neque acquirunt hæreditatem, nisi prævia voluntatis declaratione.

Cum ergo Rei appellantes sint Principis Stabulensis ex sorore nepotes, satis elisum est replicæ membrum primum.

Mev. 8. *d.* 192.

Membr. 2. Replicæ.

Declaratio voluntatis fit verbis vel factis, si faciat quis, quæ sine jure hæredis fieri non possunt, §. 7. *Inst. de hær. qual. & diff.* adeo ut etiam rei minimæ hæreditariæ possessione inducatur præsumptio hæredis.

Carol. de Mean *Obs. ad Jus Leod. Obs.* 57.
Mev. 4. *dec.* 173. 227.

Sed quemadmodum ex facto aliquo oritur præsumptio non juris statuentis, sed tantum conjicientis, sive, ut cum JCtis loquar, Juris simpliciter, non Juris & de Jure, adeo ut locus sit probationi contrariæ:

Ita, si constiterit de animo alio, quam hæredis, non præsumetur, vel, ut dicam clarius, non statuetur a Jure, esse hæredem *per l.* 20. *ff. de A. vel O. hær.*

Mev. 2. *dec.* 166.
Brunn. 2. *dec.* 28. *adde* Mev. 1. *dec.* 142.

[23] f. 7.

Appellantes allegant alium titulum possessionis rerum mobilium P. de Stablo, cessionis sc. documenti sub [6] a Dukero sibi factæ & emptionis aliarum rerum mobilium, per docum. [9]

Posterius satis est probatum, neque ab Actore contradictum.

Prius non probatum, cum in transactione cum Dukero facta, quæ extat [60] fol. 16. nullum cessionis adpareat indicium.

Porro probant Appellantes, se non possidere mobilia hæreditaria, per document. sub [24]

Quod est testimonium Judicii Stabulensis, mobilia P. de Stablo fuisse publice licitata, Curatorem hæreditati constitutum.

Hoc

Hoc vero quam minime proficiat Reis, mox ad membr. 3. hujus exceptionis dicemus.

Supereſt igitur unica præſumptio ex poſſeſſione documenti ſub [6] Ex qua ſola, niſi aliæ adeſſent circumſtantiæ, tantum abeſt ut confirmetur præſumptio, ut potius in re tanti præjudicii illa cauſa ſit præſumenda, quæ cum minimo eſt conjuncta periculo,

Mev. 1. *dec.* 172.

Sed hic alia concurrunt, quæ præſumptionem juvant, de quibus jam videbimus: Ut adeo dicendum ſit omnino, præſumptionem hæredis ex poſſeſſione documenti non eſſe remotam.

Membr. 3. Replicæ. Poſſeſſio rerum immobilium hæreditariarum, domus puta Hollingkofen & allodialium, inſignis eſt & gravis contra reos præſumptio, quam elidere conantur allegando

1. Titulum feudalem, per docum. [10] [26] de quo non eſt dubium, neque ab Actore contradicitur.

(2) Pertinentias allodiales negant.

[66] fol. 14. 15. (3) Ex documento ſub [24] Judicii Stabulenſis ita argumentantur: Hæreditati datus fuit Curator, ergo nos non poſſidemus bona immobilia hæreditaria.

Mihi tamen, videtur per duplicam Appellantium replicas actoris non eſſe remotas.

Ad (1) Nam quod 1. ad literas inveſtituræ Caſtri Hollingkofen attinet, titulus feudi non ſufficit, ut quis pro hærede non habeatur.

Dantur enim feuda hæreditaria, quorum poſſeſſio efficit hæredes, & veniunt in petitionem hæreditatis, imputantur in legitimam,

Mev. *dec.* 173. *n.* 4.
Struv. *I. Feud.* c. 4. *aph.* 13. *n.* 2.
Mynſing. 3. *obſ.* 67.

Eſſe autem caſtrum Hollingkofen feudum proprium, non hæreditarium, Appellantes ex literis inveſtiturarum ſatis non probant.

[10] Nam vox: **an Mann-Statt**, vel, ut in prioribus ſub [26] exprimitur, **zu bemannen**, hunc ſenſum minime infert, cum nec maſculini feudi & proprii ſit indicium nunquam fallax, ſi dicatur: **zu rechten Mann-Lehn**, ubi ſcilicet aliæ concurrunt circumſtantiæ impedientes.

Eyben *Elect. feudal.* c. 3. *pag.* 535. & 603. *edit. in Fol.*
Klock *Relat.* 26. *n.* 118. & 2. *Conſil.* 82. *num.* 106.
Beſold. 5. *Conſil.* 112.

Et quam Juris feudalis interpretes dant regulam, Feudum in dubio cenſeri propriam habere naturam,

Struv. *c.* 16. §. 13. *n.* 3.

ejus eſt generis, ut per fortiores præſumptiones facile elidatur, quæ ſane hic non deficiunt, & ſunt ſequentes:

(a) Ipſe literarum inveſtituræ contextus arguit, eſſe feudum improprium: Nulla mentio ſucceſſorum maſculorum: Inveſtitura ſimultanea nepotem ex ſorore. Hollingkofen eſt feudum hæreditarium.

Docum. [25] veroſimiliter probat, eſſe feudum improprium, cum alias ceſſione juris hæreditarii a ſorore Fürſtenbergia facti non fuiſſet opus, neque eſt credibile, ſi per mortem P. de Stablo conſolidatio fuiſſet ſperanda, nepotes ejus ex ſorore fuiſſe admiſſos.

(b) Alienatio ſive oppignoratio feudi a Poſſeſſore in Dukerum facta ſine conſenſu Domini & eorum, qui inveſtiti erant ſimultanee.

(c) Agnitio iſtius oppignorationis, & reluitio ſucceſſorum, de qua Membr. 4. & 5. dicemus pluribus.

(d) Conditio feudorum Colonienſium, de qua Lynckerus *in Anal. ad Struv. Jur. Feud. l.* 3. *aph.* 4. teſtatur, eſſe hæreditaria.

(e) Accedit Appellantium confeſſio in Actis ſub [60] f. 29. in verbis: Jure feudi & hæreditario relictum caſtrum Hollingkofen, neque removetur in [66] f. 26.

Ad (2) Contrarium & quod allodia feudo ſint admixta, probatur ex transactione Appellantium cum Dukero ſub [60] f. 17. alle Hollingkofiſche, ſowohl Feudal- als Allodial-Güter, & f. 29. annexa bona cum allodialibus, quod argumentum per adducta [66] f. 14. 15. non deſtruitur; nam ſi feudo unita fuere Allodia, nomine allodii inſigniri non poterant. Obſervamus ſæpius, ubi de excludendis cognatis agitur, bona laudari feudalia, ubi de adquirendis bonis eſt quæſtio jure cognationis, pugnari pro allodio.

Vid. Struv. *Jur. Feud. cap.* 16. *aph.* 11. *n.* 4.
Carpz. 1. *Reſp.* 72.
Lynk. *dec.* 565. & 700.

Itaque ſecurius claris inſiſtimus probationibus, ubi conjecturis non eſt opus.

Ad (3) Infirmum eſt argumentum a teſtimonio Stabulenſi deductum, loquitur enim (1) de bonis allodialibus mobilibus, (2) de iis, quæ in arce Stabulenſi erant relicta.

Ergo non de hæreditate univerſa P. Stabulenſis, ſed tantum de ea parte, quæ jurisdictioni Stabulenſi erat ſubjecta, neque enim reliquis bonis dare poterant Curatorem.

Adeoque teſtimonium, quod adfertur, eſt quidem fide dignum, neque opus erat, ut Actor repoſuit, citatione partis, ſed quæ ex eo probare annituntur Appellantes, non probat, neque enim fides habetur judici atteſtanti de re, quæ non eſt ſuæ jurisdictionis.

Mev. 1. *dec.* 118.

Et

Et haud dubie vel ignorarunt Judices isti, alia fuisse Principi bona hæreditaria, vel voce *hæreditatis* tantum sunt usi ad designanda bona ibi sita.

Replicæ Membr. 4. Gerit se pro hærede, qui actus celebrat, qui sine jure hæredis fieri nequeunt, §. 7. *Inst. de hær. qual. & diff.* Tales actus sunt, possessio rerum immobilium pro hærede.

Possidet pro hærede, qui putat, se esse hæredem §. 3. *Inst. de Interd.* B. de Billehe putarunt, esse se hæredes, quod ad memb. 5. ostendetur. Ergo gestio est probata.

Qui transigit cum creditoribus, gerit se pro hærede.

Fecisse hoc Appellantes, ex sequenti membro adparebit.

[66] f. 7. Ad hæc argumenta iterum pro clypeo sumunt Appellantes testimonium Stabulense [24] Curator bonorum, inquiunt, & Creditores sustinent vicem hæredis, ergo nos non sustinemus.

Vera illatio, si toti hæreditati datus est Curator.

Mev. 2. *dec.* 166.

Sed cum testimonium diserte loquatur de bonis mobilibus, & quidem Stabuliæ sitis, ibique relictis, non potest intelligi de universa hæreditate. Frustra igitur Actorem ad Concursum ablegant Appellantes. Coram Colonienſi Judice si motus fuisset concursus, tunc objectioni isti locus esset futurus. Sed Pr. Stabulensis bona immobilia, in Colonienſi Ditione sita, erant aut vendita, aut Dukero præfecto oppignorata & tradita.

[66] f. 6. 12. & passim.

(1) Transegisse se cum Dukero, inquiunt, quo facilius feudo fruerentur, non pro hæredibus.

(2) Cessionem sibi a Creditore factam, adeoque singulari titulo possidere.

(3) Transactione illa Actori Jus contra se non adquiri.

Omnia vera sunt in thesi, sed in hypothesi falsa, idque cum ex sequenti membro fiat apertum, ad id accedamus.

Replicæ Memb. 5. Confiteri dicitur, qui qualitercunque contra se pronunciat. De judiciali Confessione hic non est quæstio, sed de extrajudiciali.

Neque opus est, ut repetamus controversiam de adquirendo jure per tertiam personam, quam movent Appellantes; hoc enim est in lite, an ex instrumento, inter transigentes confecto, tertius aliquid contra transigentes probare possit. Certe nisi omnem probationum vim elevare velimus, concedendum hoc erit.

[66] f. 2. vid. [62] Quot quæso probationes in Judiciis ex factis inter alios petuntur? Sufficit, Appellantes transactionis & rei ita gestæ veritatem fateri, nam quod dubium movent de Actis non rite editis, ei per declarationem adversæ partis facile iri poterat obviam.

Neque, si aliter gestum fuisset ac scriptum, tanta industria Appellantes fuissent usi ad alienum & improprium sensum verbis adfingendum. Nobis liceat supponere, hæc Acta fidem habere rerum gestarum.

Frustra sane Appellantes licere sibi putant formulis loquendi secure uti citra præjudicium, negotiumque esse inter alios gestum. [66] f. 10

Nam si de jure aliquo ex Confessione adquirendo ageretur, obstaret Actori, quod præsens non fuisset, quod non acceptasset. *L. 6. §. 3. de Confess.* Et licet Germanico jure per tertium, etiam non procuratorem, adquiri nobis possit obligatio, subtilitasque *Jur. Rom. ex §. 18. Inst. de inutil. stip.* etiam per Romanam Jurisprudentiam multum sit enervata:

Schilt. *Ex.* 8. *ad ff.* §. 23.
Eyben. *disp. ad Inst. l.* 3. *disq.* 16.
Huber. *præl. ad Inst. d. t. n.* 7.

Id tamen non nisi de volentibus alteri adquirere est intelligendum, ne contra naturam omnium obligationum dicamus adquiri alicui per alium non volentem, ut adquireretur. Verum hic agitur de probando facto ex alterius confessione etiam eum aliis gesto. Ubi confessionem extrajudicialem sufficere probat *L.* 26. §. 2. *depositi. L.* 25. §. 4. *de Probat.* quam confessionem etiam judicem attendere oportet.

Mev. 7. *dec.* 154. *seq.*

Frustra plane futuræ essent leges, quæ de obligatione hæredis ex facto aditionis loquuntur, si liceret animum hæredis, qui ab homine inspici nequit, negare, neque ejusmodi reservata patitur bona fides.

B. de Billehe si non professi fuissent animum hæredum in transactione, poterant defendi, quod gessissent negotium pro ea, quæ cuilibet Creditori competeret, facultate per *L.* 20. §. 20. *ff. de A. vel O. hæred.* quod successissent in locum Creditorum per *L. qui potior. in pignor.* vide Mev. *l. c.* [66] f. 12. 14.

Sed quid clarius est verbis: Wir, Ihro Fürstl. Gnaden Erb-Folgere, si feudi solum successores esse voluissent, dicendum fuisset, Lehns-Folgere, & porro: Samt allen und jeden andern Allodial-Gütern, Erbe und Erbschafften, so unser Herr Ohm verlassen ꝛc. verhypotheciret, und verschrieben. Verba enunciativa cohærentia in contextu contra scribentem omnino probant *L. 6. C. de donat. L.* 25. *de probat.* In terminis Jason. *ad L.* 2. *C. de testam. milit.* dicendo: Ego hæres Sempronii, probatur, me hæreditatem adire, add. Mev. 7. *dec.* 154. Et cum, quod quis non habet neque habere velit, alienare nequeat, si hoc non est confiteri, se esse hæredem, ego, quid sit confessio, me non perspicere confiteor. Adde confessionem Procuratoris dict. Act. fol. 29. [60] f. 17.

Argutantur Appellantes, si hæredum nomine transegissent, obligatos non fuisse ipso jure, nec opus fuisse transactione.

Facilis est responsio. Non erat opus transactione ad solvenda debita, quanquam & proprium debitum possit constitui §. 9. I. *de action.* Sed ut Creditor, qui hypothecæ Antichretico jure insistebat, hæredes possidere eam permitteret, quod absque transactione sperandum non erat.

Huc faciunt verba introitus: Wir Gebrüdere uns allhier zu Hollingkofen gerne aufhalten, und die Güter selbst administriren möchten. Quæ porro reponuntur: Separatim loqui Appellantes in transactione de bonis propriis, quod posita confusione ab hæreditario jure orta fieri non potuisset:

Vana sunt, si consideremus, voluisse B. de Billehe Creditori consulere, ut non veteri modo, sed & nova hypotheca esset securus.

[66] f. 19. Sed ajunt: Objectum transactionis non fuisse hæreditatem neque novum jus acquisivisse Dukerum, antiquum ipsis invitis retinuisse.

Resp. (1) De objecto transactionis non quæri, sed de confessione juris hæreditarii, quod in transactione fundamenti constituitur. (2) Consensum testantur verba transactionis, in cujus omni contextu nullum invenire licet vestigium, quo testati fuerint B. de Billehe, ad debita avunculi solvenda se non fuisse obstrictos, vel saltem non credidisse. Hæres, qui consentit, ut Creditor hypotheca antiqua fruatur, eo ipso hæredem se esse profitetur.

f. 25. 26. 27. Negant Appellantes, allodialia bona feudo cohærere, verba procuratoris rigorose non esse accipienda, sed quid ad propria verba: Samt allen und jeden Allodial-Gütern, respondeant, non video.

fol. 15. Pergunt: Allodialia, si quæ demonstrari possint olim adfuisse, hodie esse feudo unita. Resp. facti esse unionem, neque præsumi.

Mev. 2. *dec.* 185. *n.* 12.
Brunn. *Consil.* 162. *n.* 56. & 125.

Deinde fac, esse unita feudo, erunt cum feudo hæreditario jure quæsita, ut ad Memb. 3. fuit ostensum.

Non itaque liberarunt sese Appellantes a professione & qualitate hæredum P. Stabulensis.

Replica Memb. 6. Levior est ratio postrema, ex epistolis B. de Billehe desumta, in quibus renunciatio expressa exceptionis non continetur, sed id tantum, esse sibi animum seponendi exceptiones alias, andere Objectiones auf Seiten lassend, certa sub conditione; neque etiam acceptio istius declarationis in Actis reperitur. vide de hisce literis, quæ infra dicentur.

Actio per Except. Cum itaque actionem Actoris elisam non esse per exceptionem præjudicialem, demonstraverim, erit nunc discipiendum, an a reliquis exceptionibus præsidium aliquod sint habituri. præjudic. non elisa.

Ad eventuales exceptiones sese contulerunt Appellantes, easque in diversis scriptis non eodem proponunt ordine, nobis idcirco liceat ordinem sequi naturalem. Exceptio Eventual. prima. Plurium hæredum.

De pluribus hæredibus excipiunt quarto loco.

Deduct. grav. ulter. f. 36. sub [36]

Add. Act. prior. sub [12. b.] ubi occurrit, sæpe subscriptio: Hollingkofische Successores.

Mortem quidem Senioris B. de Billehe docet Procur. vid. Protocoll. 31. Mart. & [63] sed num hæredes reliquerit descendentes, non adparet, & hic ipse defunctus erat filius unius ex transigentibus cum Dukero [60] f. 16.

Esse autem tres fratres de Billehe, patet ex Actis sub [60] fol. 16. neque ex Actis discere potui, num per mortem unius vel pacta familiæ exceptio hæc sit sublata. Certe Actor ad eam nihil reposuit.

Actiones autem & obligationes inter Cohæredes dividuntur ipso jure per *L.* 6. *C. famil. herciſc.* Unde secure inniti videntur hac exceptione Appellantes. Nam etsi ex sententia quorundam interpretum, actio de evictione contra plures hæredes detur in solidum, pari ratione ut contra plures venditores per *L.* 85. §. 5. & *L.* 139. *ff. de verb. obligat.* quam sententiam etiam a Cameræ judicio probatam refert

Gail. 1. *Obs.* 14. *n.* 6.

verior tamen est, me judice, sententia eorum & æquior, qui textus non de unoquoque ex pluribus venditoribus, vel pluribus hæredibus, sed de omnibus conjunctim, intelligunt,

v. Huber. *præl. de Evict.* §. 10.
Brunnem. 1. *dec.* 29.
Franzk. *de Evict. n.* 526.
Lyncker. *de Evict.* §. 22.

ita ut defensio seu causa individua unius pro parte non admittatur, omnibusque sit facienda denunciatio, in solidum vero a singulis peti evictio non possit per *L.* 65. *de Evict.* cum nemo teneatur de Evictione alterius quam vendidit, inter hæredes autem sit actio ipso jure divisa. *L.* 6. *C. famil. herciſc.* Verum cum & reali hypothecæ non solum personali jure Actorem suffultum esse dixerim, & si principaliter rei judicatæ insistere voluisse videatur, actio vero hypothecaria contra possessorem hypothecæ in solidum dirigatur,

Mev. 1. *dec.* 115.
Carpz. 2. *const.* 2. *def.* 28.

poterit hæc exceptio proficere contra actiones personales, contra realem non satis tutos ultimo futuros hac exceptione Appellantes existimo. Videamus itaque de aliis.

Ap-

Exceptio Eventual. 2. Non factæ litis denunciat. nec citat. [23] fol. 12.28.30.

Appellanten sagen ferner, excipiendo, sie seyn, oder vielmehr ihr Vorfahr, der Fürst von Stablo, zu der Sache nie rechtmässig citirt, noch ihm der Krieg Rechtens angekündiget worden, wie sichs doch bey suchender Eviction gebühre.

Nun ist in Rechten verordnet, Reum non citatum non defensum condemnari non posse, ad obtinendam evictionem opus esse denunciatione litis solenni, & causa cadere emptorem, qui venditori suo litem denunciare neglexerit.

L. 53. §. 1. *de Evict. L.* 7. *L.* 2. *C.* eodem.
Franzk. *de Evict. n.* 659. *seqq.*
Lyncker. *dec.* 715. *& in Respons.* CXLVIII. *num.* 33.
L. 55. §. 1. *de Evict.*

quod adeo verum est & necessarium, ut, etsi sciat emptor, actionem moveri, videat audiatque, rem evinci, nihilominus denunciatione opus habeat emptor ad consequendum evictionis effectum.

Mev. 8. *d.* 465. 466. *&* 5. *dec.* 50.

Plures enim sunt denunciationis fines, non solum ut certior fiat venditor litis motæ, sed etiam ut animum suum capiendi regressum contra venditorem testetur, causaque per eum defendatur.

Perez *in Cod. de Evict. n.* 28.
Eichin. 2. *Contr.* 35.
Huber. *præl.* §. 14.
Lyncker. *de Evict.* §. XII.

Act. prior. [12. b.] fol. 8. 35. 49. 81. b.

Ut adeo plane erret Actor, existimans, sufficere Sententiam litis cœptæ atque executionis decretæ.

Porro de forma denunciationis observamus, opus esse, ut contineat significationem litis, postulationem, ut adsit Venditor & adsistat liti, utque emptorem defendat.

Tempus denunciationis in jure definitum non est, nisi ut fiat integra adhuc defensione, h. e. exprimente ita textu, ne fiat prope ipsam condemnationem

L. 29. §. *f. ff. de Evict.*
Mev. 7. *dec.* 400.
Brunnem. 1. *dec.* 24.
Lyncker. *de Evict.* §. 12. *pag.* 16.

Ergo non sortitur effectum denunciatio, re jam tum per sententiam evicta.

Jam, quid in facto contigerit, examinabimus.

Litem denunciatam fuisse forma solenni, affirmare non potest Actor.

Provocat ad citationem, contra P. de Stablo decretam An. 1656. & insinuatam testantibus literis P. de Stablo [12. b.] f. 85.

Legitur citatio sub [8] & Act. pr. f. 189. [12. b.] f. 34. 62. 77.

Ipsa citatio non nisi ad inrotulandum Acta est concinnata, i. e. post absolutas probationes prope condemnationem,

Franzk. *de Evict. n.* 702.

ubi l. 29. §. f. de Evict. interpretatur, ut denunciatio ante publicatas attestationes sit facienda.

Petiit itaque P. de Stablo in literis communicationem præviam Actorum, ut videat, num processus rite sit institutus, & paulo post est defunctus.

Mentio fit in citatione supplicium literarum Fürstenbergii ad Electorem, sed cum literarum exemplum in Actis non extet, colligere licet ex narratis citationis generalis ibid. f. 76. & [8] petitum Actoris non ad litis denunciationem, sed ad inrotulationis Actum, fuisse directum, neque credidisse Actorem, fuisse necessariam denunciationem solennem, quod evictionis jura essent aperta, cui resisti non posset. Sed falli Actorem in hypothesi causæ præsentis, existimo. Nam quod denunciatione litis opus non esse tradant JCti, si constiterit, Auctorem non posse tueri rem evincendam,

[12. b.] f. 77.
[12. b.] f. 8. 35. 81. b. f. 49

Franzk. *de Evict. n.* 666.
Covarruv. 2. *resol.* 27. *n.* 6.
Lynckerus *de Evict.* §. *X.*

ut liceat Emtori agnoscere bonam fidem per *L.* 12. *de A. E. V.* locum non habebit, nisi emtor probaverit, jure rem esse evictam, neque est emptoris, causam venditoris judicare, ut potius cum evincente videatur collusisse.

Emtor non audiendus est, si absque sententia injustitiam causæ prætendens rem petitori restituat. . *L* 11. §. 12. *de A. E. V.*

Afflict. *d.* 49. *n.* 3. Franzk. *n.* 669.

In hypothesi notandum: Actum fuisse An. 1656. seq. inter Potgiesser pro hypotheca dotis Agnesæ de Wrede, & possessorem hypothecæ von der Düssen. Ille hypothecam prosequebatur, hic rem a Fürstenbergio habebat, qui dissimulatis, ut ex literis viduæ von der Düssen conjicio, oneribus, prædium vendiderat, quod a Principe Stabulensi cum onere emerat, pretium pro liberanda re vendita retinuerat, rem viginti annis circiter possederat. Sententia autem An. 1658. lata, de nullo alio Creditore, quam Potgiesser, loquitur, huic soli immissio in bona adjudicatur, reservato regressu in processu separato, denen Oestinghausischen Interessenten gegen einander.

[12. a.] f. 137.

Non exprimit sententia, quid cuique debeatur inter eos, sed separato esse agendum processu.

Erat igitur causa Potgiessers ita comparata, ut ei resisti non posset, sed nondum est apertum, fuisse causam tempore venditionis, inter P. Stabulens. & Fürstenberg. celebratæ, in eodem statu, scilicet ratione summæ petitæ, quo erat tempore evictionis.

Insignis porro objecti actionis tunc agitatæ cum eo, de quo contra B. de Billehe agitur, est differentia, quod non ob debitum illud dotale solum petatur jam evictio, sed & ob alia onera, prædio vendito incumbentia, juraque in controversiam deducta, contra quæ an Venditori nulla competierit defensio, minime est apertum, neque

vid. Liquidationem Actoris sub [11] & Act. pr. f. 133. sq.

neque ab Actore probatum. Ergo opus erat denunciatione litis solenni & formali.

Ergo exceptio hæc ab Actore non est remota.

[12. a.] f. 234. b. seq. Vid. [42] f. 5. ad Obj. 5. Extract. f. 19. in fin. Nam quod argumentum sumitur ex literis B. de Billehe, de quibus ad exceptionem præjudic. Membr. 6. diximus, & ex declaratione Arnsbergiæ facta, Act. prior. f. 163. seq. Actorem non juvat. Declaratio est facta Arnsbergiæ ita: Er müste die Rechnung in ihren Würden beruhen lassen. Sed paulo post additur, wolte sich mit seiner Comparition nichts præjudiciren, reservando quævis competentia. Neque ex dictis epistolis agnitionem ejus, quod Actor postulaverat, ulla ratione elici posse arbitror, ut potius is literarum consensus eluceat, er wolle andere Objectiones auf Seiten lassen, und nichts suchen, als directo & unico tempore regressum gegen die Schorlemmer richtig zu machen, id quod per communem Advocatum fieri posset.

Vid. Act. pr. f. 236. f. 236. b.

Et porro: Sich ohne weitere Aufhalt- oder Einredung stracks an die Schorlemmer beruffen, cum conditione, daß Fürstenberg helffen möge, die Sache dahin dirigiren, auf daß die Execution auf bemeldeten Herrn Schorlemmer fallen solle. Quis non videt, esse declarationem satis quidem imprudentem, sed tamen conditionatam, qua conditione deficiente, ut ex actis hisce satis est certum, omnis labascit argumentatio.

Et ex epistola, enunciativis verbis concinnata, nullam nasci obligationem, traditur in *L.* 26. §. *f. de Posit.*

v. H. Pist. 1. *quæst.* 13.
Brunn. *ad L. 6. C. de donat.*

& cæteras obligationes in sua causa manere *L.* 47. §. 1. *de pact.* cumprimis si non acceptata, quod hic non factum, neque etiam confessio erronea nocet confitenti.

v. Balthas. 1. *Resolut. jur. Bavar. t.* 5. §. 8. *num.* 9.

Et erroris appellatio in facto proprio locum invenit, quando de vitando damno est negotium, adeo ut contrarium ostensurus admitti debeat.

Lyncker. *Resp.* 14. *n.* 50. *seq.*

Concludo igitur, Exceptionem appellantium Reorum ab Actore remotam non esse, id, quod ex sequentibus majorem capiet lucem, si ostensum fuerit, quod præstiturum me esse confido, facta etiam debite denunciatione litis, nihilominus intentionem Actoris reliquis exceptionibus esse elisam.

Exceptiones Event. Pacti conventi. Non secuti implem. &c. [12. b.] f. 4. 28.

Sequuntur itaque Exceptiones reliquæ, quas conjungendas esse putavi, utpote iisdem fundamentis subnixas.

Pacti conventi, vel ut alibi exprimunt Appellantes, non secuti implementi contractus.

Rei secundum suam naturam evictæ.

Facto actoris in eum statum deductæ. [23] f. 17. 18. 27. 32.

In hisce totius causæ hujus cardo præcipue est positus.

Factum, de quo excipiunt, est illud ipsum, quod sub num. [6] est exhibitum. Ex eo sequentia annotamus:

(a) Venditum fuisse prædium Fürstenbergio pro 3500. Imp.

(b) Cum onere 9200. Imp. Creditoribus solvendorum, ex quibus potissimum locum dicitur habuisse Potgiesser, cui jam An. 1613. immissio erat decreta. [28]

(c) Evictionem promissam in eventum, sed non ultra pretium constitutum.

Ratio non obscura, quod residui 9200. Imp. ad satisfaciendum Creditoribus essent suffecturi. [12. a.] f. 27. 28. 53. Adde, quæ dicentur inferius. [37] [38]

(d) Emtori omnia ad defendendum necessaria Instrumenta fuisse tradita, cum conditione, ea, si opus esset, edendi retradendique.

Vi hujus pacti Appellantes

(1) Postulant, ut doceat Actor, quomodo sit Creditoribus satisfactum, neque enim licuisse rem cum pretio retinere.

Quod si debito tempore liberatum prædium ab ære alieno non fuerit, culpam fore Actoris.

(2) Contra verba pacti postulari evictionem summæ longe majoris, nempe 47264. Imp. conqueruntur. [12. a.] f. 29. b. seq.

(3) Documenta ab Actore retineri dicunt, eorumque petunt editionem.

Ad hæc replicat Actor:

(1) Adponendo designationem creditorum, quibus satisfactum, summam 9200. non suffeciisse. [11] Exceptiones Eventuales reliquæ.

Designationem sibi ab-initio non traditam, nesciviisse se, quis ex iis prælationis jure gauderet. Unde cum Potgiessero esset solvendum, summam illam jam pridem fuisse absumtam. [12. a.] f. 39. 40. 41

Ad (2) Nihil reponitur, quam quod post numerationem 9200. Imp. alii supervenerint creditores instrumentis guarentigiatis instructi, antea ignoti. [47] f. 5. [12. b.] f. 41. 66. 39.

(3) Documenta sibi tradita fuisse, contra verba pacti negat.

Duplicant Appellantes:

Ad (1) Posito, designatos non fuisse Creditores, hypothecam Dukeri pro dote fuisse notoriam.

Non esse simile vero, emptorem cum onere solvendorum Creditorum de iis non inquisiviisse, quodsi minus fuerit de iis sollicitus, a culpa non excusari. [12. b.] f. 54. 55. 56.

Quam culpam elucere eo magis, quod potissimum Creditorem postposuerit,

Deponendo summam 9200. a Creditoribus sese non liberaverit, usuras excrescere ultra sortem passus fuerit. [48] f. 32. 37. 38.

Se ipsum non satis defenderit, cum ultra pretium rei non fuerit obstrictus.

Pot-

Pottgiesserum ad solvendum debita de Wrede vi Sententiæ 1658. non compulerit.

Ad (2) Cum Actor Creditoribus ultra verum rei pretium satisfeciisse se affirmet, hoc Venditori non futurum præjudicio, pacto de evictione inito sese tuenti.

Mihi circa hæc monendum videtur:

Recognitio in Protocollo 22 Aug. 1698

(1) Pactum illud Actorem agnovisse.

(2) Non obscuram esse mentem contrahentium, quod Venditor ad ulteriorem summam, quam quæ sibi esset soluta, adstrictus esse noluerit.

Et videntur contrahentes controversiam JCtorum de restitutione pretii, si emptor sciens rem obligatam emerit, pacto expresso evitare voluisse,

vide Schilter. *ad tit. de Evict.* §. 24.
Lynker. *tr. de Evict.* §. 21. *&* §. 35. *p.* 69. *& in Responsis, Resp.* 43. *n.* 3.

(3) Documenta tradita fuisse, verbis temporis præteriti est expressum.

(4) Non diffitetur Actor, agnita a se fuisse plurima credita sine prævia communicatione cum venditore suo.

(5) Potgiesserianum creditum aliis fuisse postpositum, & summam 9200. Imper. ex solutione aliorum creditorum fuisse exhaustam, ipse fatetur.

Act. prior. f. 134. (6) Designatio ipsorum Creditorum sub [11]

(a) Non exprimit modum & tempus obligationum.

(b) Nominantur aliqui Creditores sine causa debendi.

(c) Usuræ credita ob moram longe excedunt.

Act. prior. [12. a.] f. 139. & [53] (7) Transactio cum ultimo emptore, ex qua Actor non minimam partem summæ evictionis loco petitæ elicit, est

(a) Negotium inter alios gestum,

(b) Rei desuper non auditi,

(c) Ex conventione peculiari inter Fürstenberg & Dussen profectum.

(d) Incertum, qua ratione jura illa, pro 9094½. Imp. æstimata, fuerint evicta.

(8) Adeoque certum, Emptorem Fürstenbergium verum rei pretium solvendo tot credita excessisse, posito, ex ejus facultatibus eam pecuniæ vim fuisse solutam, neque instrumenta Creditorum per cessionem nudam in eum translata, quo casu cavendum foret, ne quid esset actum contra leg. Anastasianam *L.* 22. *seq. C. Mandat.*

(9) Accedit inprimis notandum, quod contra rem judicatam An. 1658. Potgiesser ad solvendum debita de Wrede non fuerit adstrictus, sed tota summa cum usuris ei a Fürstenbergio per transactionem soluta.

[12. a.] f. 185. & f. 94. Præmissis hisce ex facto circumstantiis, de Jure constat, Evictionem non deberi ab Auctore seu Venditore.

(1) Si certa conditio rei, certus modus evictionis est inter contrahentes dictus.

v. *L.* 60. *d. Evict.*
Franzkius *Num.* 241. 301.

(2) Si emptori liceat rem quomodocunque habere, prout fuit vendita, utendo exceptionibus legitimis, & hoc facere neglexerit. *L.* 54. 56. *de Evict. L.* 19. *C.*

Franzkius *Num.* 258.
Mev. 8. *decis.* 462.
Lynkerus *de Evict. th.* 3.

(3) Si venditor tantum de suo facto, ut hic de venditione pro 3500. Rthlr. cavit.

Franzk. *Num.* 259.

(4) Si sciverit, Emptorem esse obligatum.

Idem *Num.* 167. 301. *vid. L.* 27. *C. de Evict. L.* 7. *C. comm. utrique jud.*
Gail. 2. *Obs.* 137. *n.* 9. *& obs.* 139. *n.* 15.

(5) Si ex facto emtoris solvendo credita securius, transigendo, evictio contingat, vel etiam moram in solutione faciendo.

L. 17. *C. h.*
Franzk. *Num.* 281.
Lynk. *Resp.* 3. *n.* 46.
& *Tractat. de Evict.* §. 15. *&* §. 35. *pag.* 69. *& pag.* 73.

(6) Si res juxta naturam suam sit evicta, cujus qualitatem emptor scivit, quo casu non nisi ad pretium competit actio contra venditorem, quod ipsum voluere contrahentes in pacto 1624.

Franzk. *Num.* 308.
Lynk. *Resp.* 43. *n.* 8.
v. Schilt. *Pr. Jur. Rom. Exerc.* 35. §. 24.

(7) Si res judicio non sit evicta, sed forte per transactionem emtoris cum petitore.

Franzk. *Num.* 744. 758.

Hæc omnia cum in causa præsente concurrant, ut paulo ante in novem articulis fuit demonstratum fol. præced. concludimus, Exceptiones Reorum Appellantium esse firmas, atque actionem per eas elisam.

Actio per eas elisa. Exceptiones reliquas ad formam processus pertinentes in gravaminibus Appellationis speciatim discutiemus.

Provisionalis exceptio etiam opponitur Laudationis Auctoris de Schorlemmer.

Exceptio provisionalis Laudat. Auctoris. Qua exceptione id volunt Appellantes, regressum sibi contra Schorlemmer reservari, & eadem sententia executionem contra eosdem debuisse decerni. Nam alias differt ab evictionis denunciatione laudatio Auctoris. Hæc fieri dicitur, quando quis alieno nomine possidet, eum in finem, ut nominatus judicium suscipiat, in quem solum etiam sententia fertur.

1. *c.* 3. *d.* 29. Mev. 6. *dec.* 349. *&* 375.

Sed absolvenda est primum causa principalis, deinde de hac provisionali aliqua afferemus in medium f. 26. b.

Gravamina Appellationis ad Aggredimur itaque gravamina Appellationis, quorum resolutio post conclusiones

merita causæ. nes ad exceptiones 2. 3. 4. erit eo facilior breviorque.

Pertinent gravaminum alia ad merita causæ, alia ad processum; ad illa refertur gravamen

(7)(8) Sententiam a qua alios nominare reos, quam qui in lite fuerint An. 1658. Nititur hoc gravamen exceptione præjudiciali de jure hæredis, ad quæ igitur repetimus resolutionem.

(9) Haberi Reos pro hæredibus P. de Stablo. Convenit gravamen cum priori ejusdemque decisione.

(10) (11) Non factæ citationis, litisque Denunciationis.

Sententiam nostram exposuimus ad exceptionem Eventual. secundam.

(12) (13) (14) (15) Non secuti implementi contractus, facti & culpæ propriæ. Firmissimas esse has exceptiones, demonstratum est ad Exc. 3. 4.

(16) Exceptiones, quæ P. de Stablo competierint, Appellantibus non esse denegandas. Est juris, & fluit ex præcedentibus.

(17) Non reservati regressus contra Schorlemmeros. Cadit gravamen, cum per Sententiam An. 1658. confirmatam in sequente, regressus expresse sit reservatus.

(18) Expensarum refusione injuste onerari Appellantes. Actio si est elisa, cadit refusio expensarum.

Gravam. Appellat. circa processum. [23] fol. 43. b. Ad processum referuntur gravamina priora, sequemur nos ordinem in deductione ulteriore servatum.

(1) Litem in Sententia supponi decisam, quæ adhuc sit decidenda. Decidendam putant Appellantes quæstionem præjudicialem de jure hæredis. Non male decisio in sententia foret expressa, sed etiam sine vitio omissa, cum tacite in condemnatione contineatur.

Ergo levius est hoc gravamen. Ego aliud argumentum deprehendi, quo Sententia iniquitatis accusari possit, ex hoc capite, infr. num. 10.

(2) Ex processu ordinario fieri executivum, merito conqueruntur Appellantes. Verba sententiæ An. 1658. sunt aperta. Jure etiam receptum, causam evictionis esse ordinariam, h. e. non executiva via regulariter tractari. Nam alio sensu Jure Romano distinguebantur judicia ordinaria ab extraordinariis, alio jure nostro. Executivo processui autem locus non est, nisi agatur ex instrumento, ex quo constare poterit, quis, quid, cui, ex qua causa impleta, & quantum debeatur.

Lynckerus *dec.* 785.

Tametsi vero ad evictionem obtinendam sufficit probatio per sententiam, de re evicta latam, exhibitamque;

Franzk. *Num.* 964.

Non tamen sequitur exinde, agendum esse executivo processu, deficientibus jam dictis requisitis, quæ profecto ex sententia illa Anni 1658. elucent, minime, ut potius diserte ad processum separatum causa evictionis fuerit remissa.

(3)(6) Non actum fuisse processu simultaneo contra reliquos præcedentes venditores.

Superfluum est gravamen, si sciamus, emtori non competere actionem, nisi contra Auctorem suum, neque poterat judex a quo sententiam ferre contra eos, qui in lite tum non versabantur.

Lynck. *de Evict.* §. 22.

(4) Negatam diu citationem arctiorem contra Schorlemmeros. Constat ex Actis, dudum fuisse petitam, non nisi 9. Jan. 1696. decretam. v. f. 224. 244. 251. 274.

(5) Non reservati regressus ulterioris. Cadit per ea, quæ dicta sunt supra ad gravam. 17. in materialibus.

(6) vid. supra n. 3.

(7) Sententiam latam contra Minores, Curatore destitutos; Ex Actis hæc constant: Petiisse matrem viduam minoribus dari Curatores. Constitutum Curatorem ad litem Proc. Kœber, jussumque solennia præstare. Solennia hæc an fuerint præstita, ex Actis non constat. f. 96. b. & f. 80. fol. 108.

Si tamen de Judice sit optime præsumendum, credamus oportet, præstita fuisse.

Sed hic oritur quæstio juris: An sufficiat dari Curatorem ad litem Curatorem non habenti? Hodie enim minoribus liberum non est, ut apud Romanos, an Curatoribus uti velint, nec ne.

Imo invitis dandus est Curator R. I. 1577. t. 32. Curator ad litem verus Curator quidem est, sed non administrat, neque a Procuratore alio litis causa constituto differt. Ergo videri possent nulliter egisse judices, constituendo Curatorem ad litem sine alio Curatore,

Ant. Fab. 3. *Cod. def.* 29. *tit.* 1.
Mev. 4. *dec.* 344.
v. Schilt. *Prax. Jur. Rom. Ex.* 37. §. 66. sq. ubi hanc sententiam contra dissentientes. Mev. 2. *dec.* 167. *Carpz.* 5. *resp.* 86. defendit.

Ubi enim est Copia Curatoris ad litem, non debet constitui a Judice alius. Sed poterit locum habere sententia Mevii & Carpzovii in casu præsente, ubi deficiebat alius Curator. vid. Act. prior. f. 26. seq.

v. Gail. 2. *Obs.* 108.

Ut adeo nulliter egisse judicium hac in parte dici non possit. In eo tamen existimo esse peccatum, quod in decreto f. 108. tempus admodum breve concessum fuerit ad perlustrandum Acta Procuratori seu Curatori novo, homini, ut ab Appellantibus insimulatur, minus habili.

Quæ-

Quæcunque tamen vel nullitas vel iniquitas exinde potuerit oriri, non est tanta, quæ sit insanabilis.

Act. prior. f. 257. b. fol. 62. fol. 262.

(8) Negatam fuisse transmissionem Actorum: Referentem adversæ parti esse familiarem, Advocatum. Nihil ad hæc respondet Actor. Legitimum autem est gravamen Appellationis, si Judex denegat transmissionem Actorum in casu, ubi ob summam appellatio locum esset habitura,

vid. Lynck. *de gravam. extrajud. cap. 6. §. 18. Rec. Imp. 1654. §. 113. Concept. C. G. O. part. 2. t. 23.*

Judicem porro suspecti postulatum judicare non posse sine vitio nullitatis, tradunt Gail. 1. 34. Mev. 2. *dec.* 31. sed hic postulatio solennis non intervenit. Ergo gravamen est quidem justum, sed tamen sententiam non facit nullam.

(9) Recepta nova documenta, post conclusionem causæ.

Ex Actis hæc observavi:

F. 23. Actor submittit ad Act. prior.

F. 82. Reus concludit.

F. 110. Actor denuo admittitur.

F. 256. Data Reo potestas respondendi sub præjudicio.

F. 280. & F. 286. Procurator Reorum colligit terminos ad respondendum.

Tum vero, præterlapsis hisce terminis, festinatum est ad Sententiam.

Si non alia adessent gravamina, hoc esset rejiciendum. Cum etiam procuratoris contumacia noceat parti, etsi sit minor, salva de cætero in integrum restitutione.

(10) Differre sententiam a qua ab ea, quam confirmat, referens a relato esse diversum.

Observabimus nos differentias subjecti An. 1658. Actor erat Potgiesser, Reus von der Düssen. Jam sunt Fürstenberg & Billehe; incidenter tamen vel potius provisionaliter mentio facta evictionis. Ergo sententia a qua est intelligenda de illis verbis sententiæ prioris, quibus reservatus erat regressus. Ergo ratione subjecti, nulla est diversitas.

Objectio: tunc agebatur de hypotheca pro dote, jam pro evictione, sed & tunc evictionis præstatio fuerat decreta, vel potius ad processum separatum remissa. Sed in eo differunt: Quod An. 1658. de evictione tantum esset quæstio ratione hypothecæ evictæ, quam Potgiesser habebat. Hodie sit quæstio de Evictione, ob multa alia credita & præstationes. Ergo revera differt sententia utraque, & inique judicatum, supponendo rem decisam, quæ decisa non erat.

Forma: An. 1658. Actio de evictione ad separatos processus erat remissa, jam locus fit processui executivo. Ergo a vitio iniquitatis sententia non liberatur.

(11) Convenit cum gravamine 9. in materialibus.

Quandoquidem vero, absolutis ab Actione Appellantibus, profuturum id etiam Schorlemmeris, facile sit intellectu, ne tamen & hanc materiam in Actis pari diligentia utrinque tractatam intactam relinquam, breviter, quid sit probatum, sum expositurus. De exceptione provisionali v. supra. fol. 23. seq.

Factum, de quo constat, est:

(1) Schorlemmeros bona Ostinghausiana ab Erich de Wrede emta vendidisse Pr. de Stablo. [6] [29]

(2) P. de Stablo ejusque successores de Billehe constanter petiisse, ut ad adsistendum sibi citarentur. Act. prior. f. 23. 85. [12. b.] & [12. a.] f. 5. 6. 2. 26. 166. 272.

(3) Fuisse citatos.

(4) Comparuisse Procuratorem in termino Liquidationis, & protulisse illa verba, quæ leguntur Act. prior. f. 279. & [50] [8] & Act. prior. fol. 222. 274.

(5) Postea recusatum fuisse judicium, oppositas exceptiones fori declinatorias, aliasque, de quibus jam dicemus. [19] [20] [40] [45]

Ubi non prætereundum, per Sententiam Cameræ ulteriorem defendendi viam Schorlemmeris fuisse præclusam, adeoque scripta sequentia quoad causæ merita fore rejicienda. Protocoll. $\frac{20}{30}$. Oct. 1699.

Factum, de quo inter partes disputatur, sequentibus comprehenditur articulis:

(1) An iisdem conditionibus contraxerint Schorlemmer & Stablo, quibus Stablo & Fürstenberg?

(2) An Procurator habuerit mandatum sese declarandi, prout fecit Arnsbergiæ?

(3) An declaratio illa eum habeat effectum, ut obtulisse sese censeatur Schorlemmer ad præstanda omnia, ad quæ Billehe condemnaretur?

Nihil horum satis est probatum ab Appellantibus.

Non primum, quia deficit formula contractus, documentum primarium, ex quo actio fundanda.

Non secundum, quia deficit mandati exemplum in Actis. Etsi sit credibile, adfuisse.

Non tertium, quia verba Procuratoris, seine Principalen wären schon vorlängst, und anfänglich dasjenige, was Rechtens wegen schuldig, zu præstiren Willens gewesen, supponunt præviam causæ cognitionem. Accedunt verba: Habe zu diesem Proceß keine Ursach gegeben, it. behielte Principali seine Nothdurfft vor. Act. prior. f. 180.

Fundamentum agendi contra Schorlemmer ex contractu emtionis nascitur.

Celebratus esse dicitur An. 1613. Bona An. 1618. revendita. Causæ, quæ evictionis

nis processum hodie reddunt duriorem, diu post sunt exortæ, bonis jam dudum ad alium emtorem translatis.

vid. *L.* 1. *C. de peric. rei vend.*

Lynck. *de Evict.* §. *XV.*

Ergo actio non sufficienter foret probata.

Foret etiam per exceptionem causæ supervenientis elisa.

Franzk. *Num.* 328.

Sed huc nondum est deventum. Utuntur Schorlemmeri exceptione:

[57][58] fol. 10. (1) Fori declinatoria. Venditorem esse conveniendum in foro suo, non emptoris.

Quam juris quæstionem optime decidit Mevius distinguendo inter obligationem ad adsistendum, & ipsam evictionis præstationem. Illa petenda in foro emptoris, hæc in venditoris.

Mev. 7. *dec.* 107. *&* 9. *dec.* 157.
Sande *dec.* 1. *tit. d.* 5.
Carol. de Mean. *Obs.* 182.
Huber. *præl. ad tit. de Evict. n.* 20.
Lyncker. *de Evict.* §. *XIII.*
Gail. 1. *obs.* 37. §. 33.

Ergo ad adsistendum non poterant uti exceptione fori declinatoria Schorlemmeri, etiamsi in Appellationis judicio facta demum fuisset denunciatio litis.

Mev. 7. *dec.* 4.
Brunnem. 1. *dec.* 24.

(2) Præjudicialis non sum hæres, quam removent Appellantes per præsumtionem, de qua supra satis dictum.

(3) Non sum tutor: Contrarium probatur per documentum [51] ab Appellantibus.

(4) Contra me non competit actio, per docum. [53] worinne die Schorlemmer zu Sichelborn benennet.

Resp. ab Appellantibus, confessionem judicialem Arnsbergiæ factam hoc refellere. Deest in Actis informatio de Descendentibus von Caspar Dietrich von Schorlemmern, primo emtore, unde non nisi obscurum potest fieri de hac exceptione judicium, neque demonstrant Appellantes reos Schorlemmeros, esse illius primi emtores descendentes.

(5) Eventualiter omnes exceptiones, quibus Appellantes utuntur, sibi competituras confidunt, de quibus, quod sint justæ, a nobis jam dictum.

Ut itaque relationem concludam, brevibus quæ huc usque dixi complectar, addiro voto. Quid pronunciandum?

Actor petit evictionem, pro 47264. Imp.

Fundamentum agendi præcipuum est sententia An. 1658. publicata, & per sententiam Cameræ confirmata. Verbo: res judicata.

Reorum Appellantium exceptiones Præjudiciales non sum hæres, ab Actore fuit remota.

Eventualis, plurium hæredum, insufficiens deprehensa, quoad jus reale hypothecæ.

Litis non denunciatæ, Jure oppositam vidimus.

Pacti conventi, reique secundum naturam evictæ & facto emptoris in eum statum deductæ, ex documentis probatas contra Actorem intelleximns.

Vitia processus primæ instantiæ, mutati objecti litis,

Processusque ex ordinario in executivum.

Recusatæ transmissionis Actorum festinatæque sententiæ, ostendimus.

Ergo sententia, a qua appellatum, erit corrigenda, Rei ab actione absolvendi.

Quæ absolutio etiam proderit Schorlemmeris, cæteroquin in contumaciam condemnandis.

De expensis addendum, compensari in sententia reformatoria, teste Gail. 1. *Obs.* 110. *n.* 6. *&* *Obs.* 152.

Sententia Expedit. 28. April. 1733.

IN Sachen weyland Annâ Catharinâ Wittib von Billehe, jetzo deren Successoren in Actis benannt, und Consorten, wider auch weyland Ferdinanden, nun Christian Frantz Dietrich, Frey-Herrn von Fürstenberg, Appellationis: Ist D. Brand sein der End-Urtheil halber beschehen Begehren, noch zur Zeit abgeschlagen, sondern allen Umständen nach erkannt, daß sein Principal, Frey-Herr von Fürstenberg, zuförderst die bey Erkauffung der Oestinghausischer Güter seinen Antecessoren extradirte sämmtliche Documenten, besonders auch den Schorlemmerischen Kauff-Brief, um aus diesem ersehen zu können, ob und wie weit allenfalls die von Schorlemmer die von Billehe zu indemnisiren verbunden, mittelst Eydes zu ediren, sodann die angeblich beschehene Zahlung der Wredischen und Gellinghöfischen Schulden, mit Producirung Original-Obligation uud Qvittungen, besser als geschehen, zu justificiren, darüber einen ordentlichen Calculum, mit Beysetzung Jahrs und Tags, wenn die Zahlung geschehen, zu formiren, von der herauskommenden Summa hingegen, die bey Erkauffnng der Güter über-

An klagender Seite hat man hergegen regeriret, daß man sogleich wider solche Dationem in solutum bey einem Hoch-preißlichen Reichs-Hof-Rath protestiret, selbiger auch die Protestation sofort ad Acta zu nehmen per Decretum verordnet hätte, (vid. Act. prim. Instant. pag. 25. Num. 15. it. 29. Num. 16.)

Es haben auch die Beklagte in prima Instantia ferner vorgestellt, daß der Dominus Directus Anno 1606. sich an der Agnatorum Giechensium Contradictiones nicht gekehret, sondern derselben ungeachtet den Verkauff der Lehen propter debita Vasalli necessaria, & alias causas urgentes vor sich gehen lassen, da dann die Kläger an statt des protestirens billig appelliren sollen, und weilen sie solches nicht gethan, rei judicatæ Exceptionem anjetzo gegen sie hätten, zumalen da secundum Consuetudines Bambergenses es ad alienationem feudi genug sey, wann der Lehn-Herr consentiret hat; Sie auch ferner nach dem An. 1640. erfolgten Tod des Alienatoris Johann Sigmunds, die Lehen nicht in gebührender Zeit, sondern allererst, wie oben gedacht worden, Anno 1644. gesuchet, mithin auch desfalls nichts mehr zu prætendiren hätten, zu geschweigen, daß sie sogar mit ihrer Klage bis ad annum 1681. still gesessen, einfolglich selbige von Anno 1640. an bis dahin völlig und überflüßig præscribiret, auch sonsten fides Principum (indem sie, Beklagte, gleichwohlen von Zeit zu Zeit beliehen worden wären) darbey mercklich interessiret sey.

Klagenden Theils hat man replicirt, daß man zu appelliren nicht nöthig gehabt; So wären auch die Lehen zeitlich genug gesucht, und Bescheinigung darüber ertheilet worden. Ferner sey pars adversa allezeit in mala fide gewesen, und hätte also nichts usucapiren oder præscribiren können, zumalen wann man zugleich von Anno 1640. bis ad Annum 1681. da die Action ernstlich instituirt worden, die Kriegs-Jahre, und die Zeit, da Appellans, Christian Carl von Giech, in der Minorennität gestanden, darvon abrechnete, (vid. Act. prim. Instant. p. 65. num. 40.)

Endlich fallen die Beklagte in ihrer Duplic noch auf eine andere Exception, daß nemlich der Kläger noch nicht dociret habe, daß er a primo acquirente der sogenannten Rackensteinischen Lehen von der Brunnischen Linie herstamme.

Darauf ist den 7. August. st. n. 1694. zu Bamberg nach vielem urgiren und Erinnern, auch pro Giechenlibus ergangenen Käyserlichen Promotorialibus ein Interlocut dahin erfolgt, daß Kläger entweder seine Descendenz von der Brunnischen Linie, oder aber daß die Lehen quæstionis der gantzen Giechischen Familie zugehöret hätten, erweisen solte.

Als sich aber derselbe darüber beschwert befunden, hat er den 16. August. st. n. dicti anni 1694. intra decendii fatalia darvon appelliret, Acta intra trigesimum requiriret, solche Requisition wiederholt, auch sich ad quævis solennia offeriret, und darauf plenarios Appellationis Processus bey diesem höchsten Gericht erhalten.

In

In sothaner Apellations-Instanz nun ist neben denen in Actis prioribus guten Theils vorgekommenen Puncten und Exceptionen, insonderheit der Punctus descendentiæ a primo acquirente wegen der Lehen quæstionis starck getrieben, und ex utraque parte, wiewohlen auf eine ziemlich verworrene Art, von denen Advocaten ventiliret, und bald dieser bald jener pro Agnato Brunnensi, vel etiam Buchavienſi, ut & Crottendorffenſi angegeben worden, so daß darinnen der hauptsächlichste Status controversiæ nicht allein bestanden, sonden auch der Bambergische Lehn-Hof dahin attestiret hat, daß ausser denen Fällen, wo man a primo acquirente posterirte, die Investitura simultanea dociret werden müste, (vid. hic die hinten an den Acten liegende den 22. Nov. 1712. extrajudicialiter übergebene Supplic.) Worbey zugleich juxta [31] Meldung geschehen, daß allenfalls, und wann auf diese Consuetudinem Bambergensem nicht reflectiret werden solte, der Recursus ad Comitia ergriffen werden dürffte.

Et tantum quoad speciem facti.

PRæmissa autem sic facti specie, eum in referendo ordinem servabo, quem in Augustissima hac Camera Imperiali observatum memini, & sic primo Formalia, deinde Materialia proponam, &, tandem secundum *Recessum Imper. noviss.* §. 147. Votum sine ulla longa deductione annectens, examinabo rerum momenta.

Quamvis autem Formalia Appellationis jam tum eo tempore, cum Processus decernerentur, ab illustri Domino Referente quoad maximam partem accuratissime considerata atque perpensa fuerint, tamen denuo indicabo, quod

1) A sententia a qua de 7. August. st. n. 1694. intra decendii fatalia die 16. dicti mensis & anni Appellatio Norimbergæ coram Notario & Testibus interposita, præsertim si tempus a die notitiæ, scilicet 11. Aug. st. n. (vid. hic Gail. 1. *Obs.* 139. *n.* 8.) computetur, conf. Instrum. Appellationis sub [10] Et

2) intra triginta dies a die interpositæ Appellationis, nimirum die 4. Septembr. st. n. dicti anni 1694. Acta priora requisita, & ad solennia, si quæ essent, oblatum, de quo vid. [11] nec non

3) cum trigesimus Octobris pro Termino edendorum Actorum a Judice inferiori præfixus fuisset, intra hunc Terminum denuo, nimirum vigesimo tertio Octobris, juxta *Recess. Imper. noviss.* §. 63. Requisitio facta fuerit, conf. hic documentum desuper ulterius obtentum sub [12]

4) Etiam Fatalia introducendæ Appellationis optime servata sunt, & quia hæc sunt duplicia, vel respectu supplicationis exhibendæ pro Processibus impetrandis, vel respectu Reproductionis.

Per-Illustr. Dn. de Ludolph *Commentat. Jur. Cameral. Systemat. p.* 422.

Sic in illis, quæ consistunt in 4. Mensibus, Augustissimum Cameræ judicium secundum [4] Appellanti 6. Menses pro Prorogatione successive concessit; Quoad hæc autem, (quorum fatalia sunt duo menses) cum insinuatio per Nuncium die 27. Mart. st. v. anni 1695. facta fuisset, Appellantis Procurator die 8. Maji dicti anni petiit ex causa adducta ad 3. Mens. prorogationem, conf. hic Protocoll. Judiciale, ejusque [1] hancque petitionem denuo ad tres menses repetiit die 1. Jul. anni 1695. Vid. Protocoll. & [4] Et sic Fatalia sunt servata.

5) Appellantes non minus, quam ipsorum Advocatus Causæ in Termino Reproductionis, nempe die 21. August. 1695. Juramentum Calumniæ de non frivole appellando præstiterunt, (vid. hic Protocoll.)

6) Summa quoque est appellabilis, siquidem feuda quæstionis juxta præmissam facti speciem pro decem mille florenis Appellatis Künspergensibus, vel potius ipsorum Autoribus, a Vito Ulrico Marschallo de Ebert anno 1607. vendita fuerunt. Nec video

7) Aliquod Privilegium obstare, aut tale quid Principi & Episcopo Bambergensi, utpote Judici a quo, concessum esse, licet *Catalogum Privilegiorum, a Per-Illustr. Dn. Assessore de* Ludolph *Appendice* 5. *dicti Systematis editum* data opera perlegerim. Et quia

8) Episcopus & Princeps Bambergensis est immediatus Status Imperii; Hinc & ex hoc capite Jurisdictio Cameræ fundata est, sive Principis Regimen (uti hoc voluit) sive ejusdem Curia feudalis secundum expeditionem Processuum Cameræ Imperialis sententiam tulerit. Negari quidem

9) Non potest, quod ab Interlocutoria (id quod regulariter prohibitum) appellatum fuerit, sed quia hæc Interlocutoria (quod scilicet Actor non satis probaverit, sed ulterius probare debeat) irreparabile damnum intulit, vimque Definitivæ habuit, præsertim cum nemo injusta & supervacanea probatione onerandus est, argum. *l.* 14. §. 1. *ff. ut Legator. causa cav.* Hinc utique appellare licuit,

Harppr. *Consil.* 75. *n.* 591.
Mev. *P.* 8. *Dec.* 14.

Quandoquidem quævis sententia Interlocutoria, in causa principali præjudicium afferens, habetur merito pro appellabili.

Per-Illustr. Dn. de Ludolph *d. l. p.* 203.

Quod tandem 10) Procuratoria attinet, Appellantium Procurator, Doctor Gülich, suum quidem Mandatum generale in primo Termino, nimirum 21. Aug. 1695. in

in Reproductione debite exhibuit, sed nihilominus in eo palpabilem nævum offendi, „dum *sequentia de more inserenda*: „Replicare scil. duplicare, triplicare, sigilla & „manus recognoscere, vel diffiteri, in „contumaciam procedere, plane omissa; Et quamvis hæc ex mera incuria scribentis profecta sint, tamen Appellatorum Procurator, D. Hoffmann, secundum disertum tenorem *Ordinationis Cameralis Part. 3. tit. 14. §. 1. & 2.* sine inspectione ac debita attentione ita simpliciter, uti 6. Martii Anni 1696. fecit, recognoscere non debuisset, atque hinc propter hanc suam supinam negligentiam pœnam meretur, quam & ex eadem causa D. Gülich, si adhuc in vivis esset, mereretur.

Porro cum D. Gülich diem obiisset supremum, atque Lic. Dimpffel in ipsius locum suffectus fuisset, hic sub [60] produxit novum Mandatum, ut & post obitum Christiani Caroli de Giech adhuc recentius Mandatum nomine Tutorum sub [79] & [80] & quamvis Procurator substitutus hic omissus, tamen sub præcedente [60] nominatus, & debito modo insertus est.

Appellatorum Procurator D. Hoffmann exhibuit suum Mandatum generale d. 6. Martii 1696. & demum mortuis Appellatis, nomine Tutorum Künspergensium adhuc aliud die 19. Februar. 1716.

Et hæc de Formalibus, quæ ex omni parte recte se habent, sic, ut nulla Exceptio non devolutionis, vel desertionis hic obstet.

Quænam Actio instituta?

Quoad Materialia, ante omnia dicendum est, quodnam Genus, vel, ut magis philosophice loquar, quam speciem Actionis Giechenses contra Künspergenses instituerint? Et hic nullo Oedipo opus erit, cum partes ipsæ, Actionem feudi Revocatoriam institutam fuisse, passim in Actis consentiant.

Feudi autem Revocatoria, qua feudum sine consensu Agnati, & sic indebite alienatum ab eodem revocatur, est utilis Rei Vindicatio, contra quemcunque Possessorem competens.

Struv. *Syntagm. Jur. feudal. c.* 13. §. 17.
Klock. *Vol.* 2. *Consil.* 6. *n.* 111.

Utile enim dominium, quo Vasalli gaudent, ad producendam hanc Actionem sufficit.

Stryck. *de Action. forens. investig. Sect.* 2. *membr.* 1. §. 13.

Et sic in hac Actione, sicut in Rei vindicatione, requiritur ex parte Actoris Dominium, & ex parte Rei Possessio.

Postremum Requisitum, nempe Possessio, cum eam Rei & Appellati nunquam in Actis negaverint, omni dubio caret.

An Actio sit probata?

Sed quoad Dominium Actorum & Appellantium, res est altioris indaginis, mereturque paulo accuratius tractari, siquidem principalis controversiæ status, quæstionisque cardo potissimum in hoc momento vertitur, ut Appellantes fundamentum suæ intentionis & feudi Revocatoriæ debito modo probent.

Quamvis autem Giechenses post obitum alienatoris, Johannis Sigismundi de Giech, se pro hæredibus sæpe dictorum feudorum Rackensteinensium venditaverint; quamvis etiam hæres sit successor in universum Jus, quod defunctus habuit *l.* 24. *ff. de V. S.* tamen hæc omnia hic non sufficiunt, cum petitio principii semper obstet, & quæstio præjudicialis, an Giechenses sint hæredes & proximi Agnati, nec dum clara, sed eatenus adhuc sub Judice lis sit; nam Actor revocans feudum alienatum probare tenetur, se ex Linea primi acquirentis descendere, vel ejusdem cum alienatore esse lineæ, feudique successionem ad se delatam esse.

Struv. *d. l. num.* 1.

Et in hoc consistit jus agendi, quod Judex, etiam parte altera non petente, ex officio requirere debet.

Zaunschliff. *de Offic. Jud. supplet. part.* 2. *concl.* 4. §. 3.

Sed quia Agnationis & Consanguinitatis probatio ad ea pertinet, quæ difficulter probantur, hinc & probationes artificiales, conjecturas scilicet, indicia, & præsumtiones, præsertim urgentes, admitti æquum est.

Knipschild. *de Fideicommiss. Famil. c.* 14. *n.* 8. *&* 9.
Gail. 2. *Obs.* 149. *n.* 8. *&* 9.
Consilior. Marburgens. *Vol.* 1. *Consil.* 30. *n.* 35. 36.
Bruckmann. *Consil.* 21. *n.* 80.

Certe in hoc consistit officium & arbitrium prudentis bonique Judicis, utpote cui unice, non parti probatur.

Klock. *Relat.* 38. *n.* 13.

Et hoc opus, hic labor est, in quo versutissimus ingenii sui lumen exercere, quamque habeat discretionem, ostendere potest, uti ex Carpzovio, & Periculo Statutorum Giesseberti refert

Lauterb. *Colleg. Theor. Pract. l.* 22. *Tit.* 3. §. 20.

Quemadmodum itaque 1) feudum in dubio præsumitur antiquum, ob id, quod tum etiam admittantur Agnati, qui

alias eſſent excluſi, & æquitati ſit conveniens, ut bona conſerventur in famlia, diſertis verbis ſic docente

Vultejo *de feud. l.* 1. *c.* 8. *n.* 15.

ita in præſenti caſu res hæc eo minus in dubium vocari poteſt, quo magis ex Actis conſtat, feuda hæc Rackenſteinenſia quæſtionis jam ante aliquot ſecula in familia Giechenſi exſtitiſſe.

Conf. hic *Act. ſecund. Inſtant. ſub* [49] *&* [50]

Jam autem non requiritur, ut ſucceſſurus oſtendat, quoto gradu a primo ſtipite diſtet, ſed ſufficit, ſi probet, feudum eſſe antiquum, & ſe ultimo feudi poſſeſſori proximiorem eſſe.

Klock. *Vol.* 2. *Conſil.* 6. *n.* 108.

Siquidem hoc caſu, quando de qualitate antiqui feudi res clara eſt, ſimulque de Agnationis proximitate (de qua nulla hic controverſia eſt) ratione ultimo defuncti conſtat, tunc præſumitur, quod Agnatus a primo feudi acquirente deſcendat,

Lyncker. *Deciſ.* 778. ubi caſus noſter fere in terminis, & quæ ibidem contra ipſum Dominum feudi obtinuerunt, certe multo magis, per argumentum a majori ad minus, contra Extraneos, quales notorie ſunt Künſpergenſes, hic obtinere debent.

Levior enim, uti dixi, in hujusmodi rebus antiquis probatio admittitur.

Klock. *Vol.* 5. *Conſil.* 84. *n.* 12.
Lauterb. *d. l.* §. 33.

Præſertim cum hic contra familiam plane extraneam Actio feudi Revocatoria inſtituta ſit, quo caſu nullam coinveſtituram doceri neceſſe eſt, ſed ſola Agnationis probatio ſufficit.

Conſil. Marburgenſ. *Vol.* 1. *Conſil.* 30. *num.* 59.
Item *Vol.* 3. *Conſil.* 32. *n.* 119. *&* 120.

Cui urgenti præſumtioni 2) accedit, quod Giechenſes, tam Brunnenſis, quam Crottendorffenſis Lineæ, fuerint ejusdem nominis & clypei, (Schild- Helms- und Namens-Verwandte) id quod tantam habet præſumtionem, ut etiam NB. ex deſcendentibus primi acquirentis eſſe credantur.

Thummermuth **Krumm-Stab ſchleußt niemand aus**, *Fundam.* 2. *n.* 70. *pag.* 41. ubi etiam de conſuetudine Franconiæ agit.

Add. Rhetius *Comment. in Jus feudale l.* 1. *t.* 1. *n.* 5. *p.* 93.

Identitas enim unitasque familiæ ex identitate nominis Agnationis præſumitur & probatur.

Menoch. *l.* 6. *præſumt.* 15. *n.* 48.

Sed nunc 3) alia adhuc longe fortior, imo clariſſima ex Actis ſequitur Probatio, quod, dum Johannes Georgius de Giech. Pater alienantis Johannis Sigismundi, ſibi Anno 1586. propoſuerat, ſubfeuda Rackenſteinenſia quæſtionis in Cenſualia mutare, ante omnia Agnatorum ſuorum, & a quibus Appellantes in linea recta deſcendunt, conſenſum non ſolum deſuper petierit, ſed & hosmetipſos (quod bene notandum) ſuos, *ſuique filii Johannis Sigismundi proximos feudi ſucceſſores, & hæredes* vocaverit, agnoveritque, vid. hic Acta prim. Inſtant. pag. 84. Num. 46. & Act. ſecund. Inſt. ſub [36] ubi exemplar allegatum ex Originali per Notarium transſumtum.

Et ſic jam hic habemus ingenuam confeſſionem Agnati ex ipſa Linea Brunnenſi, quæ primus ſeu principalis probandi modus eſt.

Stryck. *Introd. ad Prax. forenſ. c.* 17. §. 9. *num.* 1.

Inprimis quia hæc confeſſio ex altera parte, ab Agnatis ſcil. Giechenſibus in ipſorum Inſtrumento Conſenſus acceptata eſt, & ſic plene probat, ita quidem, ut, qui hanc pro ſe habet, fundatam intentionem habere intelligatur, nec alia probatione opus habeat.

Mev. *Part.* 7. *Deciſ.* 154. *n.* 4.

Imo tunc pro deſcendente a communi ſtipite habetur,

Theſaur. *l.* 1. *quæſt.* 61. *n.* 8.

Certe hæc probatio eo magis attendenda, quo magis certum, jurisque indubitati eſt, quod Conſanguineus ſuos cognitos habeat Conſanguineos.

Brunnem. *Conſil. ult. n.* 107. *&* 108.
Pruckmann. *d. Conſil.* 21. *n.* 14.

Hinc etiam teſtis conſanguineus in hujusmodi cauſa longe aptior, & magis idoneus cenſetur, quam homo extraneus.

Maſcard. *de Prob. V.* 1. *Concl.* 410. *n.* 33. 34.

Adeo quidem, ut Conſanguinitas etiam per Inſtrumentum (licet de illa ſolummodo loquatur enunciative, & in præjudicium tertii) probari poſſit.

Maſcard. *d. l. concl.* 411. *n.* 20. 21. *&* 22.

Deinde 4) hæc confeſſio conſanguinitatis, & ſucceſſionis feudi, non tantum in Inſtrumento Agnatorum Conſenſus (de quo vid. Act. prim. Inſtant. p. 85. n. 47.) ſed & in literis ſubinfeudationis, Sub-Vaſallis Giechenſibus anno 1587. conceſſis (de quo videatur in Actis ſecund. Inſt. [22] ſub lit. H. & I. item [38] & [39]) iteratis vicibus repetita eſt.

(Nec obſtat, quod dictum Inſtrumentum Conſenſus aliquantiſper antiquius ſit petitione pro conſenſu, ſiquidem 1) Agnati jam ante illud Inſtrumentum in mutationem ſubfeudorum Rackenſteinenſium conſenſerant, prout id pater ex ipſis literis Ioh. Georgii de Giech. 2) Duo actus facti intra modicum tempus, unus poſt alium, cenſentur unico contextu facti.

Borcholt. *Conſil.* 31. *pag.* 450.)

Jam

Jam autem de vi Geminationis JCti multa congerunt, quod nimirum deliberatam mentem indicet, quod enixæ sit voluntatis, & quod instar juramenti se habeat,

Mev. *P.* 8. *Decis.* 6. *n.* 5.
Add. cumprimis Brunnem. in terminis *d. Consil. ultimo n.* 111. 112.

tollatque omnem fraudis suspicionem

Benjam. Leuber *in der* Magdeburgischen Stapels-Unfug *n.* 1034.

5) Fundamentum, quod Actores, & respective Appellantes pro sua intentione allegare possunt, non quidem explicite ab Advocatis prolatum, sed tamen implicite in Actis reperitur, neque minoris momenti est, quam proxime præcedentia fundamenta. Constat enim ex Actis (vid. Act. prior. pag. 79. num. 44.) quod Achatius de Giech, Lineæ Crottendorffensis, modernorum Appellantium respective Abavus & Atavus, fuerit Tutor vel Curator legitimus feudorum alienatoris Johannis Sigismundi de Giech. Jam in propatulo est, quod, sicut illi, qui non sunt descendentes a primo acquirente, nec simultanee investiti, ad successionem feudi non admittuntur, ita & hi similiter a Tutela Vasalli impuberis, respectu feudi, & removeantur & excludantur,

Schrader. *de feud. Part.* 10. *sect.* 19. *n.* 64.
Rosenthal. *de feud. c.* 12. *concl.* 10. *n.* 26.
Stryck. *Exam. Jur. feud. c.* 7. *qu.* 19.

Dum itaque Achatius de Giech dicti Johannis Sigismundi, Lineæ Brunno-Rackensteinensis, legitimus Tutor vel Curator extitit, necessario sequitur, quod a primo acquirente descenderit, & consequenter etiam suis abnepotibus & atnepotibus, quales sunt Appellantes, hæc descendentia negari nequeat, præcipue cum non ita clare & perspicue in Actis legatur, quod per Testamentum (id quod facti, & probandum fuisset) Tutor constitutus fuerit, quin, etsi Achatius per ultimam voluntatem Johannis Georgii de Giech nominatus fuisset, (uti forsan verba initialia: **als weyl. Hans Georgen von Giech verordnete Vormünder**, juxta Acta prim. Inst. pag. 79. num. 44. eo trahi possunt, nisi post dicta verba: **Hans Georgen von Giech**, ex incuria scribentis, id quod valde verisimile videtur, omissum est: **hinterlassenen Sohns**) tamen eum non aliter, quam ut suum Agnatum, hæredem, & proximum feudi successorem, elegisset, utpote quem ita jam antea secundum superius deducta agnoverat; ut taceam, Testamenti factionem ex nonnullorum opinione non adeo simpliciter hic valere, sed ad minimum semper legitimos Curatores in feudis esse debere.

Engelbrecht *Disputat. XVI. ad ff. thes.* 4. *n.* 4. *verb.* In feudis vero cum testamentum non valeat, & ita successio Agnatis adimi nequeat; Legitimi Curatores erunt.

Quam sententiam quoad Curatores etiam suam fecit

Stryck. *Exam. Jur. Feudal. c.* 7. *qu.* 27.

6) Giechenses Lineæ Crottendorffensis, cum Johannes Erhardus, Lineæ Brunnensis, anno 1628. ἄπαις decessisset, non solum in feudo Castri Brunnensis, ejusque accessoriis, sed etiam in dimidia parte feudi Turnaviensis tanquam Agnati & gradu proximi feudi successores habiti, atque a Domino directo, Episcopo & Principe Bambergensi, investiti sunt, de quo videri possunt Acta secund. Instant. sub [42] [44] & [61] Imo quod adhuc magis est, etiam in illo feudo Ecclesiastico, quod dicebatur **Seel-Meß-Lehen**, & semper ad seniorem Lineæ, instar Feudorum Rackensteinensium quæstionis, devolvebatur, successerunt, & quidem absque investitura simultanea, conf. hic Act. secund. Inst. [32] & [62] in fin. Num. 16. Quod itaque juris fuit in una parte, cur illud in reliqua non esse dicendum est? Partis enim feudorum Bambergensium eadem ratio esse debet, quæ totius, *l.* 76. *ff. de R. V.* atque unum idemque feudum diverso jure censeri non præsumitur. Si itaque Giechenses lineæ Crottendorffensis absque ulteriori demonstratione descendentiæ a primo acquirente, nec non sine coinvestitura in dictis feudis Brunnensibus tanquam proximi Agnati successerunt, & a Domino ipso admissi sunt, cur non & eodem Jure in reliquis succedere, feudumque alienatum ab extraneis possessoribus non vindicare possint, rationem nullam video, cumprimis quando

7) Mecum perpendo, quod ipse quoque Episcopus & Princeps Bambergensis, ut Dominus feudi, Agnatos Giechenses non solum *pro proximis Venditoris Consanguineis* eo ipso habuerit, quod Jus protimiseos illis offerri voluerit,* sed & in literis Investituræ, quas indulsit Emtoribus dictorum feudorum Rackensteinensium, hanc clausulam semper adjecerit: *Quod Investitura salvo cujuscunque jure facta esse debeat*, (vid. Act. prim. Instant. pag. 60. num. 35. it. pag. 62. num. 38.) Quæ salutaris clausula effectu suo carere nequit, potissimum, quod Princeps tertio præjudicare non præsumitur, accedente in præsenti casu præsertim & hoc, quod Curia feudalis Bambergensis Testimonium petitæ Investituræ (**Muth-Zettul**) Crottendorffensibus non denegaverit, (conf. Act. prim. Inst. pag. 76. num. 42.)

* Conf. hic Struv. *Exercit.* 23. *ad ff. thes.* 57.
Engelbr. *Disput.* 12. *thes.* 9.

Et sic instituta Actio feudi Revocatoria eo magis robur suum obtinebit, quo jam tum major fraudis suspicio militat contra alienatorem feudorum, Johannem Sigismundum de Giech; nam quia non nisi

unicam filiam reliquit, cui magis, quam Agnatis favere, meliusque cupere, & benefacere velle præſumitur, hinc ex ære alieno feudo impoſito, imo multo magis ex ipſa alienatione feudi, extra familiam inſecuta, fraudis ſuſpicio oritur.

Mev. *part.* 7. *deciſ.* 259.

Ne dicam, Alienatorem id, quod ex pretio rei venditæ, ſoluto ære alieno, reliquum eſſet, in Conſanguineorum ſuorum favorem deponere quidem voluiſſe, vid. [22] ſub G. ſed non adimpleviſſe, ſicque & hac in parte majorem fraudis ſuſpicionem ſibi conciliaſſe.

Denique hæc omnia hactenus adducta plane extra omnis controverſiæ aleam poſita erunt, quando

8) SCHEMA GENEALOGICUM
Familiæ Giechenſis,

Quod ex Actis, quantum potui, eruere, hicque ſubjicere placuit, ſi non apodictice, tamen probabiliter, verum eſſe intelligitur.



A. Dieſe ſind ſub [32] zu finden, und haben gelebt Anno 1431.

B. Dieſe beyde Hanſen, als Vater und Sohn, geben die Appellati ſub [58] fol. 6. alſo nach.

C. Dieſe in einer Linie neben einander ſtehende 4. Brüder, Eberhard, Clauß, Heintz, und Otto ſind ſub [34] zu finden, und die Appellati geben ſie in ihrer Schrifft ſub [58] fol. 6. nach, und haben An. 1459. gelebt.

D. Von

D. Von jetztgedachten 4. Brüdern ist dieser Clauß der Urheber der Crottendorffischen Linie, conf. hic **die Durchlauchtige Welt**, de An. 1710. & add. meum Extractum Actor. pag. 82.

E. Dieses Heintzens wird auch in **der Durchlauchtigen Welt** de An. 1710. pag. 537. gedacht, und ist er der Urheber des sich durch seine 2. Söhne, Veit und Georg, successive in 3. Linien getheilten Brunnischen Stamms, nemlich Brunn-Rackenstein, Brunn zu Brunn, und Brunn-Buchau.

F. Veit ist der Urheber der Brunn-Rackensteinischen, (so daß er auch die Lehen quæstionis besessen, vid. Act. prim. Instant. pag. 83. b. num. 44. & add. [52]) und der Brunnischen zu Brunn Linie, da nemlich jene durch seinen ältesten Sohn

G. Christoph, diese aber durch den jüngern

H. Matthes, (conf. hic [69] in fin.) und dann durch

I. Georg, des Veiten Bruder, die letztere Brunn-Buchauische Linie gestifftet, so aber An. 1628. mit Hans Erhard wieder erloschen, und darauf die Lehen an die Crottendorffische Linie gekommen, (conf. hic [40] [41] [42] & [44] in fine.)

K. Dieser ist der Alienator feudorum Rackensteinensium.

L. Ist sein legitimus Tutor gewesen.

M. Dieser Eberhard ist der Urheber der ersten oder alten Buchauischen Linie, so An. 1528. mit Georg abgegangen, (vid. **die Durchlauchtige Welt** pag. 537.) und darauf muthmaßlich die Buchauische Güter an Georg sub I. wieder gefallen.

Posito autem casu, præcedens Schema (quod certe non sine labore & studio ex obscurissimis partium schedis produxi) non ex omnibus partibus justum esse, attamen in re difficilimæ probationis, qualis est descendentia a primo feudi acquirente, superioribus argumentis, & probationibus tam artificialibus quam inartificialibus non leve momentum allaturum æque ac mea fundamenta ulterius corroboraturum esse, mihi persuadeo, utut negare non ausim, plures adhuc Ascendentes & Majores, ut & Lineas Giechenses, v. g. Eltmanensem, Zettmannsdorffensem, Melsendorffensem, Brugelensem, *Brunnensem*, * Kottelsdorffensem, aliasque, jam ab anno 1391. usque ad Albertum, quem pro communi stipite novissimorum posterorum exhibui, nec non post fuisse, sicut hoc facile judicari potest ex Actis prim. Inst. pag. 81. num. 45. item ex Actis secund. Inst. sub [29]

* (de hac speciali Linea vid. [29] sub anno 1427. & 1466.)

Negari etiam porro nequit, feuda quæstionis Rackensteinensia jam ab aliquot seculis ambulatoria fuisse, moxque hunc, mox alium hujus vel illius Lineæ possessorem habuisse, quamvis ultimum horum feudorum Majoratus penes Lineam Brunno-Rackensteinensem usque ad Johannem Sigismundum inclusive fuerit: conf. in Genealog. Lit. E. F. & K.

An Actio sit elisa?

Ordo jam postulat, ut examinem, an Actio instituta per Reorum & Appellatorum Exceptiones elisa sit? Sunt autem sequentes potissimæ & principaliores, quas tam in prima, quam in secunda Instantia opposuerunt, scilicet

1) Rei judicatæ.

2) Præscriptionis.

3) Neglectæ intra annum & diem post obitum Johannis Sigismundi Investituræ Renovationis & sic commissæ feloniæ.

4) Factæ alienationis feudorum quæstionis ex causa necessaria, & cum consensu Domini Directi, qui secundum mores Bambergenses sufficit.

5) Non factæ probationis descendentiæ a primo acquirente, præsertim cum feuda Rackensteinensia quæstionis semper fuerint Brunnensia, & sic

6) Non observata Consuetudine Bambergensi, vi cujus vel simultanea Investitura, vel primus acquirens doceri debuisset.

7) Quod Instrumentum Agnatorum Giechensium Consensus de An. 1586. sub [37] cum literis pro consensu scriptis sub [36] ratione temporis non cohæreat, & quod dictum Instrumentum in Actis prim. Instant. pag. 85. num. 47. exhibitum solummodo per quatuor Giechenses, illud autem exemplum, quod in secunda Instantia sub [37] productum, per sex personas subscriptum, atque ita denuo non consonet. Denique

8) Quod in tota causa versetur fides Principum, utpote qui Familiam Künspergensem de his feudis jam ex multis annis investivissent.

Quod 1) Exceptionem Rei judicatæ attinet, illam Appellati in hoc fundare videntur, quod Appellantes, vel potius ipsorum Majores, non in tempore anno 1606. provocaverint, cum tamen vidissent, quod Episcopus Bambergensis, Johannes Philippus, non attenta ipsorum protestatione, Contractum Emtionis Venditionis inter Johannem Sigismundum de Giech & Vitum Ulricum Marschallum de Eberr ratione feudorum Rackensteinensium initum confirmaverit.

Sed facilis est responsio, quod nimirum in Giechensium libera facultate positum fuerit, utrum bona alienata jure Retractus Gentilitii, & refuso pretio in se transferre, vel tandem postea casu evenente feuda sine ipsorum consensu alienata per Revocatoriam vindicare voluerint.

Struv. *Syntagm. Jur. feud. c.* 13. §. 15.
Add. Schnobel. *Disput. feudal.* 9. *th.* 27.

Dum itaque Dominus feudi, videns Agnatos emere nolle, Johannis Sigismundi Contractum alienationis in Extraneum comprobavit, Giechenses autem ab hac approbatione non appellaverunt, eo ipso quidem Jus protimiseos, elapsis praesertim retrahendi fatalibus, amiserunt, sed neutiquam mortuo alienatore feudi revocationem, siquidem sententia est stricti Juris, nec parit Exceptionem rei judicatae in aliis, de quibus supersit Actio.

Mev. *part.* 3. *decis.* 308.

Et quia jus hoc revocandi demum post mortem Alienatoris competere incipit, in quem quaeso finem necessaria erat haec provocandi voluntatis declaratio, quae jus hoc conservet, cum non entis nullae sint qualitates?

Hartm. *Pistor. l.* 2. *quaest.* 8. *num.* 29.

Omnis quippe privatio secundum Philosophos praesupponit habitum, & sic, quia Agnatis Giechensibus vivente Alienatore Actio nondum nata erat, hinc nec a Domino feudi ea per sententiam privari potuerunt.

2) Exceptio, Praescriptionis scilicet, non majoris momenti est, nam sicut omnes Praescriptiones feudales 30. demum annis absolvuntur,

Stryck. *de Action. forens. sect.* 4. *membr.* 5. *pag.* 421. *it. sect.* 3. *memb.* 3. *axiom.* 5. *num.* 1. *&* 2.
Vultej. *de feud. l.* 1. *c.* 9. *n.* 5.

ita quidem, ut, etiamsi post mortem Alienatoris (quo tempore praescriptio currendi initium sumit) proximior Agnatus, vel etiam sequens non revocaverit, & emtor feudum alienatum 30. annorum spacio possederit, atque propterea contra proximiores Agnatos Jus revocandi praescripserit, haec tamen praescriptio, proximioribus e medio sublatis, non obsit sequentibus in gradu, ut ideo minus feudum proprio ipsorum jure revocare possint.

Hartm. Pistor. *d. l. quaest.* 8. *n.* 41.
Gottfr. Anton. *Disputat. feudal.* 10. §. 6. *lit. e.*
Itter. *de feud. Imp. cap.* 23. §. 15.

Sic potius ex Actis constat, quod, jam defuncto Alienatore, Carolus Gothofredus de Giech, Appellantium Avus & Proavus (vid. hic Acta primae Instantiae pag. 73. num. 41. & pag. 110. 111. num. 49.) feuda quaestionis omnibus viribus quaesiverit & praetenderit, & licet etiam (quod tamen non praesumitur) suum jactasset, & negligens fuisset, tamen filio, Christiano Carolo die 8. Martii anni 1645. nato (vid. die Anno 1710. zu Hamburg gedruckte **Durchlauchtige Welt**, *part.* 2. *tit.* 5. *pag.* 533.) non praejudicasset, quo minus hic jus suum (uti postea anno 1681. acriter fecit) persequi potuisset, nec huic ulla praescriptio obstitisset, cumprimis si tempora bellica ex anno 1640. quo Johannes Sigismundus diem suum obiit, usque ad concluśam Pacem Westphalicam, nec non ex anno 1673. (quo Rex Galliarum occupando Alsatiae civitates bellum cum Imperio coepit

Vid. Schraderi *Tab. Chronol. p.* 32.)

usque ad Pacem Noviomagensem, anno demum 1679. insecutam, prout juris, non computantur, ut annos minorennitatis dicti Christiani Caroli, qui usque ad annum 1666. (vid. Act. prim. Inst. num. 40.) durarunt, silentium praeteream.

3) Exceptio neglectae intra annum & diem Investiturae, sicque commissae feloniae, nihil in praesenti casu facit ad rhombum; nam utut ponam, Carolum Gothofredum de Giech, lineae Crottendorffensis, non statim post mortem saepius dicti Johannis Sigismundi renovationem Investiturae petiisse, sed demum anno 1644. non tamen exinde infertur felonia, quia 1) in casu praesenti res feudalis fuit (sicut adhuc est) in manibus tertii, & tunc Vasallus semper excusatur,

Gothofr. Anton. *Disput. feudal.* 8. *thes.* 4. *n.* 5.

atque hinc etiam 2) vigore Actorum primae Instant. Num. 42. Dominus directus dicto Carolo Gothofredo de Giech ratione petitae Investiturae testimonium indulgere non dubitavit, non ignarus, quod

3) Vasallus, qui justo tempore Investituram non petiit, tunc demum feudum amittat, si dolose Investituram petere neglexerit, a dolo vero quaevis causa, injusta, fatua, insulsa, inepta, imo bestialis & hic excusat.

Borcholt. *Consil.* 31. *pag.* 451.

Ut taceam 4) hic de Jure Tertii, Domini scilicet feudi, Exceptionem moveri, id quod regulariter prohibitum; nemo quippe vel agendo, vel excipiendo, sive se defendendo jus tertii in Judicium deducere potest, sed proprio quilibet Jure niti, & ex eo suas petitiones vel defensiones formare debet.

Klock.

Klock. *Tom.* 2. *Consil.* 17. *n.* 87. *&* 88.
Harppr. *Consultat.* 42. *n.* 47. 48. *&* 49.

Quod autem

4) Hæc feudorum Giechensium alienatio ex causa necessaria, & cum consensu Domini, qui juxta mores Bambergenses hic sufficit, facta fuerit, nihil refert, nam 1) Feudum ne quidem cum Domini voluntate, & sine consensu proximorum Agnatorum, ad quos successio pertinet, alienari potest, sed si nihilominus hujusmodi alienatio remotis Agnatis fiat, mortuo alienante, sine pretii reddendi necessitate, jus successionis propiori Agnato competit.

Bitsch. *Commentar. in consuetud. feudor. l.* 2. *t.* 39. *n.* 1. *&* 2.
Obrecht. *de Jur. feudor. lib.* 3. *cap.* 9. *num.* 4.

Quod 2) causam alienationis necessariam attinet, ea ne quidem in Actis probata, sed potius mordicus semper contradicta, & quod Johannes Sigismundus de Giech feuda sine consensu Agnatorum obæraverit, nimioque luxu, cui se totum dedisset, omnia consumserit, summopere improbatum fuit, vid. hic Num. 40. Act. prim. Instant. it. pag. 76. num. 43. & pag. 87. num. 48. & pag. 96. usque 110. & adde [36] & [37] ubi jam tum ipsius parenti propter sumtus, quos horum feudorum in ordinem redigendorum gratia impenderat, debite satisfactum erat, ita ut filius novum æs alienum conflare, suisque Agnatis in feudis, non ab ipso, sed a Majoribus quæsitis, præjudicare non potuerit; ne dicam, feuda nec ex causa necessaria, v. g. famis, aut æris alieni, imo ne quidem pro animæ salute, ut vulgo loquuntur (præsertim absque Agnatorum consensu) vendi posse.

Schnobel. *Disputat. feudal.* 9. *thes.* 10.

Quod denique 3) consuetudinem Bambergensem, alienationem feudi (modo solus Dominus consentiat) approbantem, concernit, personatus quidem ille Justus Veracius *Consuetudinum Bambergensium Libello quæst.* 3. *pag.* 11. hanc Consuetudinem prima fronte asserere videtur, sed si verba penitius inspiciuntur, totusque contextus legitur, tunc sole meridiano clarius patebit, Autorem sibimetipsi contradicere, dum ait: Jure Bambergensi ad oppignorationem feudi (& sic multo magis ad Venditionem) præter Domini & Agnatorum, etiam Capituli consensum requiri; mox iterum: quod deficiens Agnatorum consensus non attendatur; & tandem: quod nihilominus super hac prætensa consuetudine lis adhuc pendeat in Camera Imperiali, sic ut hac in parte Pseudonymus iste consuetudinum compilator mihi subleste fidei, imo neque satis Justus, neque Veracius videatur, præsertim quia consuetudo plene probanda est, si eam sequi oportet, cumprimis contra Legem & Jus commune, cujus in dubio potior est autoritas.

Mev. *part.* 8. *decis.* 3. *n.* 4.

5) Exceptio non factæ probationis descendentiæ a primo acquirente, & quod feuda Rackensteinensia quæstionis semper fuerint Brunnensia, refutata est supra per octo & mea sententia solidissimas rationes, ex Actis ad longum deductas, & communis Giechensium stipes mediantibus probationibus qua artificialibus qua inartificialibus omnium oculis subjectus est, & quamvis forsan Appellantibus incubuerit, atque propterea partibus nonnunquam per Interlocutoriam injungi soleat, ut Genealogiam conficiant, & Judicio exhibeant,

Struv. *Syntagm. Jur. Feudal. c.* 13. *aph.* 17. *n.* 3.

attamen hunc laborem in me ipsum suscipiens Schema qualecunque familiæ Giechensis adhuc in superfluum componere & adjicere ausus sum. Utut etiam feuda Giechensia quæstionis ab initio, & in prioribus seculis mox penes hanc, mox penes aliam Lineam jure majoratus fuerint (conf. hic Acta primæ Instant. pag. 81. Num. 45. it. Acta secund. Instant. sub [29]) attamen omnes has Lineas, quæ ibi commemorantur, Brunnenses fuisse, in Actis non probatum, sed potius in dicto quadrangulo [29] sub anno 1427. & 1466. contrarium, & Brunnensem Lineam aliis contradistinctam esse, videre est. Utut etiam porro a tempore Henrici de Giech (qui in Genealogia vocatur Heintz) Satoris seu Autoris Lineæ Brunno-Rackensteinensis, modo dicta feuda ipsius Posteri in eadem Linea Rackensteinensi juxta senium usque ad Johannem Sigismundum, Alienatorem, debite possederint, hæc omnia tamen reliquis Agnatis cæterarum Linearum Collateralium Jus, quod suo tempore quoad successionem in his feudis habituri, nequaquam invertere vel adimere potuerunt, prout etiam tandem in omnibus feudis Bambergensibus a Linea Brunno-Buchavensi, Anno 1628. cum Johanne Erhardo extincta, relictis, Crottendorffenses Agnati successerunt: (conf. hic supra fundamentum 6.)

Consuetudo itaque Bambergensis, quæ quoad demonstrationem communis stipitis, & primi acquirentis Juri communi non repugnat.

Struv. *Syntagm. Jur. feudal. c.* 13. §. 17. *num.* 1.

6) Opti-

6) Optime obſervata, atque Appellantium a primo acquirente deſcendentia, ut ſic dicam, per ſuperius deducta cuivis, ut opinor, ante oculos poſita eſt, ſic ut nullo Recurſu ad Comitia (qui & hic plane incompetens eſſe videtur) amplius opus ſit.

7) Oppoſitio eſt quoad diſcrepantiam temporis Inſtrumenti Conſenſus de anno 1586. conſtat autem 1) ex Appellatorum Exceptionibus ſub [16] quod eam contra *Rec. Imp. Nov.* §. 38. in proprium præjudicium plane omiſerint, ut & in Actis prioribus non tetigetint. 2) Agnati jam ante illud Inſtrumentum conſenſerant in mutationem feudorum, uti hoc patet ex ipſis Literis Johannis Georgii de Giech, & ſic inter has & Inſtrumentum nulla eſt temporis diſcrepantia. 3) Duo actus facti intra modicum tempus, unus poſt alium, cenſentur unico contextu facti.

Borcholt. *Conſil.* 31. *p.* 450.

Quod autem ſubſcriptionem attinet, ſufficere puto, quod utrumque Inſtrumenti exemplum per Achatium Crottendorffenſem ſubſcriptum, (add. hic [39]) & quoad contextum ipſum nihil in Actis, quod momentum habeat, monitum fuerit, ſed potius tenor Inſtrumenti cum literis ſubinfeudationis Sub-Vaſallorum Giechenſium prorſus conveniat: Ne dicam, fundamentum factæ agnitionis Agnatorum Crottendorffenſium non tam in hoc Inſtrumento Conſenſus, quam in Johannis Georgii Literis principaliter poni.

8) Exceptio iterum eſt de Jure Tertii, Dominusque feudi per importunas preces alienatoris, & Emtorum, eo inductus fuiſſe videtur, ut conſenſum & Inveſtituram, ſalvo tamen ſemper cujuscunque Jure, & ſic revocabiliter indulſerit.

Quid pronunciandum?

Reliquum eſt, ut exponam, quid in hac ardua cauſa pronunciari debeat, ſed brevibus me expediam, & dicam: Appellantium rationes ad minimum longe prægnantiores & fortiores eſſe quam Appellatorum, ſicque bene appellatum, & male judicatum fuiſſe. Quia vero tria ſunt capita, quæ definienda, nempe cauſa principalis, fructus, & expenſæ: Hinc

Quoad cauſam principalem, feuda quæſtionis Appellanti familiæ Giechenſi ab Appellatis, & quidem ſine refuſione pretii *argum. L. 2. C. de furt.* (reſervato tamen contra Autores debito regreſſu) reſtituenda eſſe judico. Conf. hic

Vultej. *de feud. l.* 1. *c.* 11. *n.* 161.
Mynſinger. *Centur.* 4. *Obſ.* 85. *n.* 2.
Struv. *Syntagm. Jur. feudal. cap.* 13. *aphor.* 16.

Quoad ſructus puto, Appellatos ex anno 1664. quo non tantum per Commiſſionem Cæſaream juſtam poſſeſſionem adepti, ſed & per Dominum feudi inveſtiti ſunt, in bona fide adhuc fuiſſe; bona enim fides cum conſiſtat in bona conſcientia, ſeu, ut breviſſimis dicam, in actu a crimine & dolo vacuo, exinde ſequitur, non ſtatim ſolam rei alienæ ſcientiam (quam Appellati forſan ex proteſtatione Giechenſium, de qua vid. Act. prim. Inſtant. pag. 25. num. 15. & pag. 29. num. 16. habere poterant) inducere malam fidem, ſed tum demum, quando conjuncta eſt, & concurrit cum ſcientia injuſtæ poſſeſſionis, quæ plurimum facit ad expellendam fidem.

Ockel. *de Præſcript. Immemorial. c.* 8. *theſ.* 2.

Et ſic ratione fructuum conſumtorum eatenus nihil contra ipſos prætendi poteſt; Quia tamen poſt Litis conteſtationem bonæ fidei poſſeſſor æquiparatur malæ fidei poſſeſſori, ideirco ad fructuum tam perceptorum, quam percipiendorum, reſtitutionem Appellatos ex hoc tempore teneri autumo per §. 2. *Inſtit. de Offic. Jud. in fin.*

Conf. hic Lyncker. *Analect. ad Struv. Syntagm. Jur. Civ. h. tit. theſ.* 25.
Stryck. *Uſ. Modern. ff. h. t.* §. 15.

Quoad Expenſas ſentio, eas compenſandas eſſe, eo quod in hoc ſummo Judicio, quando ſententia a qua reformatur, ordinariæ expenſæ compenſantur, per rationes allegatas a

Gail. 1. *obſ.* 110. *n.* 6.

Et ſic, ſi clementiſſime placuerit, ſequens ferri, & publicari poterit

Sententia.

IN Sachen weyl. Chriſtian Carls, Frey-Herrn von Giech, modo deſſen Erben in Actis benannt, Appellanten eines, wider weyl. Georg Friedrich und Johann Chriſtoph, Gebrüder von Künſperg, modo deren Erben, Appellaten andern Theils, iſt allem Vorbringen nach zu Recht erkannt, daß durch Richter voriger Inſtanz übel geurtheilet, wohl darvon appelliret, und ſothane Urtheil dergeſtalt zu reformiren ſey, daß Appellati die eingeklagte Rackenſteiniſche Lehen-Stücke (jedoch die wider

ihre

ihre Autores angestellte Rechtfertigung allhier an diesem Käyserlichen Cammer-Gericht zu vollführen unbenommen, sondern vorbehalten) samt denen von Zeit der Kriegs-Befestigung eingehobenen Früchten, auch so viel sie deren einheben können, denen Appellanten, ohne Wiedererstattung einiges Kauff-Gelds, abzutreten schuldig, und darzu zu condemniren und zu verdammen seyn, als wir hiermit reformiren, schuldig erkennen, und verdammen: die Gerichts-Kosten an diesem Käyserlichen Cammer-Gericht aufgelauffen, aus bewegenden Ursachen gegen einander compensirend und vergleichend. Dann ist denen Appellatis zu würcklicher Vollziehung dieser Urtheil Zeit drey Monat pro termino & prorogatione von Amtswegen angesetzt, mit dem Anhang: Wo sie solchem also nicht nachkommen werden, daß sie jetzt als dann, und dann als jetzt, in die Straffe zehen Marck löthiges Golds, halb dem Käyserlichen Fisco, und zum andern Theil denen Appellanten ohnnachläßig zu bezahlen schuldig seyn, auch der Real-Execution halben auf derselben Anruffen ferner ergehen soll, was Recht ist. Sodann ist wider Doct. Hoffmann wegen des am 6. Martii 1696. unbesehenen und unerwogenen gemeinen gegenseitigen Gewalts die Straffe der Ordnung hiermit vorbehalten.

Atque ita, salvo semper & ubique rectius sentientium judicio, statuit.

N. N.

Wetzlar, den 18. Mart. 1719.

Censura Relationis pro Statu Præsentati Circuli Suevici Domino N. Augustanæ Confessionis.

FAma viri dudum in celebriori officio versati, non minimam dedit Augusto huic Judicio spem, quod Assessoratu Cameræ foret dignus. Neque deminuta fuit per elaboratum ab eo specimen Assessorale concepta de eo opinio.

Acta, ex quibus specimen compositum fuit, sunt, uti existimo, plerisque hujus illustris Judicii Membris ex auscultatione præsentis noviſſime susceptа, tum etiam ex variis scriptis typis excusis & distributis, non admodum peregrina & nova, quorum rubrica: *Giech* contra *Künsperg* Appellationis. Judex a quo fuit judicium Bambergense. Materia litis est feudalis.

Actor *Comes de Giech*, qui revocat feudum a possessoribus ex titulo singulari emtionis adquisitum. *Quæstio principalis totius causæ est:* An Actor tanquam agnatus alienatoris ad revocationem feudi sit qualificatus? Qualificatio ex duobus postulatur fundamentis alternative, vel quod descendat ex linea primi adquirentis, vel quod feudum non uni saltim Lineæ Giechianæ, sed universæ Genti, fuerit adquisitum. Judex a quo imposuit per sententiam a qua Actori probationem alterutrius, quam ipse satis in Actis præstitam fuisse contendit. Hic gravamen appellationis in eo constituit, quod per sententiam onus probandi ulterius præter necessitatem fuerit impositum.

Facti species Præsentati nostri ita sese habet. Legatur. In qua facti specie nihil magnopere desidero, nisi quod objectum litis, die Giechische umgehende Lehen, ratione quotæ lineæ Brunnensis & lineæ Crottendorfficæ accuratius distingui potuisset.

In Censura Voti eam mihi in censuris mihi demandatis, quarum hæc est quarta, proposui regulam, ut non tam materialia causæ quam ad speciminis qualitatem respicerem. Non tam ad sententiam decisivam causæ Præsentati, quam ad ejus doctrinam & judiciariam prudentiam. Neque enim est inter ipsos etiam Assessores semper una eademque sententia.

Itaque in ordine tractationis Præsentatus noster, examinatis satis bene formalibus, ita ut nec Procuratorem, ob neglectam considerationem mandati adversariæ partis, sine pœna dimiserit, & præmissa monitione, quod sententia a qua vim habeat insignem definitivæ, *Actionis genus*, quod quidem ex obscuritate ipsi non erat evolvendum, nominat actionem feudi revocatoriam, neque hic errare poterat.

In probatione potissimus est hujus causæ labor, in qua etiam suam industriam Præsentatus ostendit, recensendo probationes ex documentis & actis depromtas, tum & ex conjecturis, quibus illas juvari debere officio judicis statuit. Quo labore defunctus est clare, distincte & diserte, exponens, feuda, de quibus controvertitur, per aliquot secula familiæ Giechensis fuisse, adeoque antiquissima Actorem

ultimo possessori & alienatori esse propinquitate agnationis conjunctum. Institutam autem actionem adversus extraneum, & sufficere Agnationis probationem, non vero primi acquirentis. Porro requisitionem consensus Actoris ad alienandum, quem ille vero dare recusavit, & protestando Jus suum conservavit. Tandem & successionem in aliis Feudis Lineæ extinctæ Bronnensis. Quæ omnia juridice neque tamen superfluis verbis vel allegationibus deducit & confirmat.

Schema Genealogicum etiam, quod in Actis non reperitur, sua opera construxit satis laborioſe, sed in nonnullis personis conjecturaliter. Poterat in articulo de actionis probatione ex loco de probatione negativæ positionis utilia varia in medium adferre, quem locum tamen non attigit, in specimine toto elaborando non ita versatus, ut, quæcunque unquam adferri possent, etiam doctrinalia compilaret, sed quæ ad decisionem sufficere credidit.

Stylus judicium viri ostendit; nihil enim superflue positum, adeo ut per modum excerptorum recenseri specimen non facile queat.

Concludit itaque, actionem esse probatam. Dehinc exceptiones examinat singulas, easque resolvit ex præsuppositis suis principiis juridice & practice stylo æquali, ut in priore articulo. Concludendo, non esse actionem elisam.

